

In D. Pauli priorem Epistolam ad Timotheum commentarius [Geneva] : [Lambertus Dannaeus], [1577]

CONTENTS

<i>ILLVSTRISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI ac domino D. Gulielmo Principi Auracio Comiti Nassauao etc. Christi gloriae assertori in Hollandia et Zelandia fortissimo, Gratiam et pacem a Domino. . . .</i>	2
<i>IN D. PAVLI APOSTOLI priorem ad Timotheum Epistolam.</i>	10
L. Danaei Commentarius. CAP. PRIMVM.	10
<i>PAVLUS Apostolus Iesu Christi ex ordinatione Dei seruatoris nostri, et Domini Iesu Christi, spei nostrae.</i>	10
<i>Timotheo germano filio in fide. Gratia sit tibi misericordia et pax a Deo Patre nostro, et Christo Iesu Domino nostro.</i>	11
<i>3 Quemadmodum te sum precatus vt permaneres Ephesi, quum proficiscerer in Macedoniam, permaneto, vt denunties quibusdam ne diuersam doc- trinam doceant:</i>	12
<i>4 Nec attendant fabulis et genealogiis infinitis, quae potius quaestiones praebent, quam aedificationem Dei quae est per fidem.</i>	13
<i>5 Porro finis mandati est charitas ex puro corde, et conscientia bona, et fide non simulata.</i>	15
<i>6 A quibus quum quidam vt a scopo aberrarint, deflexerunt ad vaniloquentiam</i>	17
<i>7 Quum velint esse Legis doctores, nec intelligant quae loquuntur, neque de quibus asseuerant.</i>	17
<i>8 Scimus autem bonam esse Legem, siquis ea legitime vtatur.</i>	17
<i>9 Nempe sciens Legem iusto positam non esse, sed Legis contemptoribus, et iis qui subiici nesciunt: impiis et peccatoribus, nefariis et profanis, patricidis et matricidis, homicidis.</i>	18
<i>Io Scortatoribus, maseulorum concubitoribus, plagariis, et mendacibus, peri- uris, et siquid aliud est quod sanae doctrinae sit oppositum:</i>	19
<i>11 Quae est, secundum gloriosum Euangelium beati Dei, quod concreditum est mihi</i>	20
<i>12 Gratiam igitur ei habeo, qui me robustum effecit, id est, Christo Iesu Domino nostro, quod me fidelem duxerit, vt qui me in ministerio con- stituerit.</i>	20

13. <i>Qui prius eram blasphemus et persecutor et iniuriosus: sed mei misertus est. nam ignorans id faciebam fidei expers.</i>	21
14 <i>Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide et dilectione in Christo Iesu</i>	22
15 <i>Fidus est hic sermo, et modis omnibus dignus quem amplectamur, Christum Iesum venisse in mundum vt peccatores seruaret, quorum primus sum ego.</i>	22
16 <i>Verum ideo misertus est mei, vt in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam: vt essem exemplo credituris ipsi in vitam aeternam.</i>	22
17 <i>Regi autem aeterno, immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo honor, sit et gloria in secula seculorum. Amen.</i>	23
18 <i>Hoc mandatum commendo tibi, fili Timothee, nempe vt secundum prae- gressas de te prophetias, milites per eas bonam illam militiam.</i>	25
19. <i>Retinens fidem et bonam conscientiam: qua repulsa, nonnulli fidei naufrag- ium fecerunt.</i>	26
20 <i>Ex quibus Hymenaeus et Alexander: quos tradidi Satanae, vt discant non blasphemare.</i>	27
CAP. II.	27
A DHORTOR igitur ante omnia vt fiant deprecationes, preces, postulationes, gratiarum actiones pro quibus uis hominibus.	27
2 Pro regibus et quibusuis in eminentia constitutis: vt tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate et honestate.	32
3 Nam hoc bonum est, et acceptum coram seruatore nostro Deo.	34
4 Qui quosuis homines vult seruari, et ad agnitionem veritatis venire	34
5 Vnus enim Deus, vnus etiam mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus.	36
6 Qui semetipsum dedit redemptionis pretium pro quibusuis, Christus inquam, teStimonium illud suis temporibus destinatum.	38
7 Cuius constitutus sum ego praeco et Apostolus (veritatem dico per Christum, non mentior) doctor, inquam, Gentium cum fide ac veritate.	40
8 Velim igitur viros precari in quouis loco, puras manus attollentes absque ira et disceptatione.	41
9 Itidem et mulieres amictu honesto, cum verecundia et modestia ornare sese, non, cincinnis, vel auro, vel margaritis, vel pretioso vestitu.	46
10 Sed (quod decet mulieres pietatem spondentes) operibus bonis.	49
11 Mulier cum silentio discito cum omni subiectione.	49
12 Mulieri enim docere non permitto,	50
neque auctoritatem vsurpare in virum, sed esse in silentio.	50
13 Adam enim prior formatus est, deinde Eua.	52
14 Et Adam non fuit seductus: sed mulier seducta, causa transgressionis fuit.	52
15 Seruabitur tamen liberos gignendo, si manserit in fide, ac charitate, et sanctificatione cum modestia.	53
CAP. III.	54

F	IDVS est hic sermo, Si quis Episcopatum apperit, praeclarum opus desiderat.	
		54
2	Oportet igitur Episcopum irreprehensum esse, vnius vxoris virum, vigilantem, sobrium, compositum, hospitem, aptum ad docendum.	58
	Non vinosum, non percussorem, non turpiter lucri cupidum: sed moderatum, ajienum a pugnis, alienum ab auaritia.	73
4	Qui suae domui bene praesit, qui libeTos combineat in iuviectione tum omni honeJtate.	78
	(Nam si quis propriae domui praeesse nescit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?)	80
6	Non novitium: ne inflatus, in criminationem incidat diaboli.	80
7	Oportet autem eum etiam bonum hapere testimonium ab extraneis: ne in probrum incidat et laqueum Diaboli.	86
8	Diaconos itidem honestos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucri cupidos.	86
	Tenentes mysterium fidei cum pura tonscientia.	88
10	Atque hi etiam probentur prius, deinde ministrent, si sint inculpati.	91
11	Vxores itidem honestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus.	91
12	Diaconi sint vnius vxoris mariti, qui liberis recte prasint, et propriis domiDux.	91
13	Nam qui bene ministraverint, gradum sibi bonum acquirunt, et multam libertatem per fidem quae est in Christo Iesu.	91
14	Haec tibi scribo, sperans forevt celerius ad te veniam.	91
15	Quod si tardiùs venero, vt noris quomodo oporteat in domo Dei versari, quae est Ecclesia Dei viui, columna et stabilimentum veritatis.	92
		95
CAP. III.		99
S	PIRITVS autem diserte dicit fore ut postertorions temporibus desciscant quidam a fide, spiritibus deceptoribus attendentes, ac doctrinis daem-niorum.	99
4	Nam quicquid creavit Deus, bonum est, nec quicquam reiiciendum est, si cum gratiarum actione sumatur.	106
5	Sanctificatur enim per verbum Dei et preces	107
		108
	bus fidei, bonaeque doctrinae, quam assectatus es.	108
	Caterum profanas et aniles fabulas reiice: sed exerce teipsum ad pietatem.	110
8	Nam corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis: at pietas ad omnia utilis est, vt quae promissionem habeat vitae praesentis ac futurae.	111
9	Fidus est hic sermo, et dignus qui omnibus modis recipiatur.	120
10	Nam idcirco etiam fatigamur, et probris afficimur, quod speremus in Deo viuo, qui est conseruator omnium hominum, maxime vero fidelium.	121
11	Haec denuntia et doce.	121
13	Interim dum uenio, attende lectioni, exhortationi doctrinae.	124

14	<i>Ne negligito donum quod in te est: quod datum est tibi ad prophetandum, cum impositio ne manuum presbyterii.</i>	125
15	<i>Haec exerce, in his esto: vt tuus profectus manifestus sit inter omnes.</i>	126
16	<i>Attende tibiipsi et doctrinae: persiste in istis, id enim si feceris, et teipsum seruabis et eos qui te audierint.</i>	127
CAP. V.		128
	S <i>ENIOREM ne increpato, sed hortare ut patrem, iuniores vt fratres.</i>	128
2	<i>Mulieres natu grandiores, vt matres iuniores et sorores, cum omni puritate.</i>	134
3	<i>Viduas honora quae vere viduae sunt.</i>	134
5	<i>Porro quae vere vidua est ac sola, sperat in Deo, et permanet in supplicationibus et precibus nocte ac die.</i>	136
o	<i>At quain tuxu viuuit, ca viuens mortua est.</i>	139
	<i>Haec igitur denuntiato, vt sint irreprehensae.</i>	140
S	<i>Quod si qua suis et maxime domesticis non prouidet, fid em abnegauit, et est infideli deterior.</i>	140
9	<i>Vidua allegatur non minor annis sexaginta, quae fuerit vnus viri vxor.</i>	142
to	<i>In operibus bonis idonec testimanió ornata, si liberos educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subuenit si omne bonum opus est assidiue sectata.</i>	147
12	<i>Ex eo damnandae quod primam fidem reiecerint.</i>	150
13	<i>Simul autem etiam otiosae discunt circumire domos: imo non solùm otiosae, sed etiam nugaces et curiosae, garrientes quae non oportet.</i>	150
15	<i>Iam enim nonnulla deflexerunt, sequubae Satanam.</i>	158
10	<i>Quod si quis fidelis aut si qua fidelis habet viduas, eis subuenito, et non onerator Ecclesia, vt iis qua vere viduae sant subueniat.</i>	158
17	<i>Qui bene praesunt Presbyteri, duplici honore digni habentor: maxime qui laborant in sermone et doctrina.</i>	160
18	<i>Dicit enim Scriptura, Boui trituranti non obligabis os. Et, Dignus est operarius mercede sua.</i>	163
19	<i>Aduersus presbyterum accusationem ne admittito, nisi sub duobus aut tribus testibus:</i>	164
20	<i>Eos qui peccant, coram omnibus argue, ut et reliqui timeant.</i>	166
21	<i>Obtestor in conspectu Deï, et Domini Iesu Christi, et electorum Angelorum, ut haec serues absque eo, vt vnum alteri prae</i>	172
	<i>feras, nihil faciens in alteram partem declinando.</i>	172
22	<i>Manus cito ne cuiimponito, neque communicato peccatis alienis: temetipsum purum serua.</i>	176
23	<i>Ne amplius esto abstemius: sed vino</i>	191
24	<i>Quorundam hominum peccata ante manifesta sunt, praeueuntia damnationi: quosdam vero subsequuntur:</i>	199
25	<i>Itidem et bona opera ante manifeste sunt: et ea quae secus habent, occultari non possunt.</i>	200

CAP. VI.	212
Q VICVNQVE sub iugo sunt serui, suos dominos ouni honore dignos ducunto, ne nomen Dei et doctrina blasphemetur.	212
.	212
2 Qui vero fideles habent dominos, ne cos despiciant quod fratres sint: sed potius inseruiant, quod fideles sint ac dilecti, vt qui sint beneficii Dei participes. Haec doce, et exhortare.	216
? Siquis diuersam docet doctrinam, ne	219
que accedit sanis sermonibus Domini nostri esu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae.	219
4 Is turget, nihil sciens, sed insaniens circa quaestiones ac verborum pugnas: ex quibus nascitur inuidia, lis, maledicentiae, suspiciones malae, 5 Peruersae exercitationes hominum mente corruptorum, et qui prinati sunt veritate, et quaestui habent pietatem, secede ab iis qui eiusmodi sunt.	219
.	219
6 Est autem quaestus magnus pietas cum animo sua sorte contento.	224
Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quicquam possumus.	227
8 Sed habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti erimus.	227
9 Qui autem volunt ditescere, incidunt in tentationem et laqueum, et cupiditates multas amentes et damnosas, quae demergunt bomines in exitium et interitum.	230
10 Siquidem radix omnium malorum est amor pecuniae: quam quidam dum appetunt, aberrarunt a fide, et seipsos transfixerunt	233
xerunt doloribus multis.	233
71 Tu vero, homo Dei, ista fuge, sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, tolerantiam, lenitatem.	236
12 Decerta praeclarum certamen fidei: apprenende vitam aeternam, cuius causa et vocatus es, et professus praeclaram professionem coram multis testibus.	238
13 Denuntio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, et Iesu Christo, qui testatam fecit coram Pontio Pilato bonam illam professionem.	240
14 Vt serues haec mandata, maculae et culpae omnis expers, vsque ad illustrem illum aduentum Domini nostri Iesu Christi.	244
15 Quem temporibus suis ostendet ille beatus et solus Princeps, Rex regum, et Dominus dominorum.	245
6 Qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem vidit nemo hominum, neque videre potest: cui bonor et robur aeternum. Amen.	248
17 Iis qui diuites sunt in hoc seculo, denuntia ne efferantur animo, neque spemponant in diuitiis incertis, sed in Deo viuo, qui praebet nobis omnia copiose ad fruendum.	253
18 Vt aliis benefaciant, vt diuites sint operibus bonis, faciles ad impartendum, facilis conuictus.	256
19 Recondentes sibiipsis fundamentum bonum in posterum, vt apprehendant aeternam vitam.	258

20 <i>Timothee, depositum serua, et auersare profanos de rebus inanibus clamores et oppositiones falso nominatae scientiae.</i>	260
21 <i>Quam nonnulli prae se ferentes, circa fidem aberrarunt a scopo. Gratia sit tecum Amen.</i>	262

IN PRIOREM EPISTOD. PAVLI iam ad Timotheum comIN QVO NON SOLVM IPmentarius. sius Epistolae doctrina, et artificium singulorumque argumentorum loci explicantur: sed etiam vera Disciplinae Ecelesiasticae forma, tum ex dei verbo, atque ex ipso Paulo, tum ex veteribus synodis repetita atque restituta est, vt legitima et Apostolica regendae Dei Ecclesiae ratio et norma hodie in vsum reuocari possit. PER LAMBERTVM DANAEM Accessit operi duplex index. APVD EVSTATHIVM VIGNON GENEVÆ M. D. LXXVII.

AD LECTOREM. Quod saepius, Lector optime, iuris Pontificii canones, et Gratiani Decretum citauimus, ea solùm mente fecimus, ut ex his tanquam ex quadam illius temporis historia, quae veteris Disciplinae Ecelesiasticae vestigia tunc adhuc (et si tamen corruptioribus iam Ecclesiae temporibus) restarent, intelligatur: non vt ex istis scriptoribus quicquam dubium et anceps decidatur. Nam etiam ex hoc ipso perspicient omnes, quantum posteriori aetate Romana Ecclesia etiam ab eo tantillos quod veteris disciplinae reliquum erat) discesserit: et in quam miseram horribilemque tyrannidem et confusionem iam, iusto Dei iudicio, inciderit, vt ab ea nos summo Dei Optimi Maximi beneficio liberatos esse laetemur, Deoque ipsi perpetuo gratias agamus.

ILLVSTRISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI ac domino D. Gulielmo Principi Auracio Comiti Nassauo etc. Christi gloriae assertori in Hollandia et Zelandia fortissimo, Gratiam et pacem a Domino.

Vetus est illud, Princeps Illustrissime, etiam ab Aristotele vsurpatum, Nihil esse in ipsa rerum vniuersitate pulchrius ordine. Quid enim vel oculis iucundum, vel menti etiam ipsi et animo hominis gratum obuersari potest, quod sit confusum, et nulla partium apta separatione distinctum? Certe quocunque non tantum oculos, sed omnes animisensus conuerterimus, si quae in eos incurrunt, neque ordine digesta, neque apto siru inter se cohaerentia, neque conuenienti loco et modo collocata a nobis apparebunt: ea neque vtilitatem, neque venustatem aliquam habere statim pronuntiabimus, tantùmque ab illis oculorum, animique intuitum auer

EPISTOLA.

temus, quantum ea nos ad se rapiunt, quae commoda, propriaque ratione, et dispositione distinguuntur. Hoc in Regno, hoc in Rep. hoc in oppidis, hoc in pagis, hoc in priuatorum aedibus, hoc in hortis, et cultis sedibus, hoc in solitudine, hoc in rebus quae natura gignuntur, hoc in artificiis quae hominum industria efficiuntur, verumesse ipsa rerum experientia, et publica mortalium omnium, non tantum piorum, sed etiam profanorum hominum vox testatur: denique Mundus ipse, pulcherrimum Dei opus, ab ordine κόσμος nominatur. Quo magis detestanda est eorum sententia, qui rerum confusione non tantum apud se delectantur: sed omnia publica priuataque euertere, et perturbationem (iusto ordine sublato) in res omnes inducere conantur, quos homines ταρακτους et ναρχικούς, tanquam monstra, et generis humani λάζτορας, iam pridem veteres appellarunt. Caeterum si qua in re alia ordinis observatio diligens non tantum vtilis, sed etiam omnino necessaria est, maxime in Ecclesia Dei locum habere ex Pauli Apostoli praecepto debet. Est enim Ecclesia domus Dei, id est summi illius regum Regis,

in qua idcirco omnia circumspecte, apte, decenter, et, vt Paulus ipse lo

EPISTOLA.

quitor, σχημόνως καί κατα τάξιν fieri oportet: nihil autem confuse, et pertubate, ne ex ista domus turpitudine ad ipsum patrem familias, id est, ad Deum Optimum Maximum aliqua labes quodammodo redundet. Itaque ipse eadem benignitate qua in
 35 sacratissimo suo verbo omnia, quae sunt ad salutem aeternam, ipsiusque Ecclesiae suae fundamentum necessaria, praescripsit: ita et iam quae sunt ad eiusdem Ecclesiae ordinem, et ornamentum vtilia, demonstrauit, nequa deesset pars ad verae Ecclesiae constitutionem necessaria, quam non ab ipsius ore et verbo abunde disceremus. Vt
 40 vero hae praeceptiones, quae Ecclesiae necessarium ordinem continent etiam nomine ipso ab iis distinguerentur, quae doctrinam fidei complectuntur, generaliter disciplinae Ecclesiasticae vocabulo vulgo sunt appellatae. Quemadmodum enim ea verbi Dei pars, et ea veritatis cognitio, quae quid de Deo Patre, de Christo, eiusque naturis et officio, de Spiritu Sancto, de causis nostrae iustificationis, de vita aeterna, nobis credendum sit, ostendit ossa et neruos, ipsamque adeo verae Ecclesiae, tanquam corporis o σώαν, et
 45 constitutionem continet et aedificat.

EPISTOLA.

Sic illa eiusdem verbi Dei pars, quae disciplinae Ecclesiasticae praecepta tradit, huius Ecclesiae, velut corporis iam suis membris constantis, sed nudi vestimentum, cultum, et ornamentum compingit et consarcinat, quo decore vestiri possit, vt ex eo quanta sit
 50 vtriusque, id est, doctrinae et disciplinae Ecclesiae inter se consensio coniunctioque, satis iam intelligi possit. Erit enim coetus hominum, etiam eorum, qui puram Dei praedicationem amplexi sunt, velut nudum quoddam, et suis ornamentis carens, et destitutum corpus, nisi disciplinam Ecclesiasticam ad veritatis lucem et professionem adiunxerit. Denique illa eadem disciplina recte custos ipsius fidei, doctrinae, mater
 55 virtutum, vinculum honestatis, neruus societatis Christianae a Patribus Ecclesiasticis appellatur: cuius certe tanta vis est, vt sola illud conciliet Ecclesiae, quod decorum, venustatem, splendorem, et ornamentum appellamus, adeoque speciosam eam reddat, vt ab haereticis (qui istius disciplinae fuerunt senper hostes maximi et infestissimi) inuidioso nomine lenocinium vt ait Tertull. Ecclesiastica disciplina diceretur. Cū sit igitur haec disciplina illa iustitiae

EPISTOLA

60 pars et regula, per quam externus ordo, et totius Ecclesiae legitima administratio praescripta est, quis eam spernendam negligendamue vnquam existimauerit? Cuius institutio non tantum sub nouo testamento fieri coepta est: sed et iam in lege veteri a Deo ipso iam olim tradita fuit, vt in libello de Politia Iudaica doctissime iam pridem docuit Cornelius Bertramus Hebraicae linguae professor eruditissimus, et collega meus. Quid enim aliud
 65 sibi volunt illa Dei praecepta, quae Leuiticam tribum a reliquis distinguunt vt ex ea sola ministri templi eligantur: quae in ipsa tribu Leuitica iura Sacerdotum et Leuitarum dis-

cernunt, quae quanta summi Sacerdotis, quanta aliorum sit potestas describunt? quae qui ritus cuique sacrificiorum generi, quae libamina, quae oblatio sit necessaria deffiniunt? denique tota ipsa lex ceremonialis vetus a Deo ipso dictata, quid aliud, obsecro, est, 70 quam amplissima et luculentissima disciplinae Ecclesiasticae descriptio, non tantum autem quaedam illius delineatio? Nec vero minus benigne Deus per Apostolos sub nouo testamento eandem disciplinam nobis instituit vel potius collapsam instaurauit et restituit: vt pote omnino ad re

EPISTOLA.

cte constituendam regendamque suam Ecclesiam necessariam, quam sub veteri de- 75 scripserat. Id quod cū ex variis aliis noui Testamenti locis apparet: tum maxime ex libro Actorum, ex prima Pauli epistola ad Corinthios, ex hac ad Timotheum, et vna illa, quae est ad Titum scripta: in quibus omnibus quicquid ad legitimam Ecclesiae gubernationem, et disciplinam Ecclesiasticam maxime pertinet, siue totam ipsam Ecclesiam, siue priuatos regendos spectes in qua illud totum accurate et copiose descriptum est. Vnde 80 mirum et absurdum saepe mihi videri solet, quod tot postea canones, tot synodorum decreta, tot Ecclesiae constitutiones, tum generales, tum particulares ad constituendam disciplinam Ecclesiasticam fuerunt conscriptae. Quid enim his fuit opus? Sed magno contemptu et ignorantia eorum preceptorum, quae ab Apostolis ipsis, id est, a Dei spiritu antea tradita fuerant id certe factum fuit, quod haec diuina praecepta spernerent homines, 85 vt sua commenta, vt traditiones, saepe etiam ineptissimas, at disciplinae ipso Dei verbo praescriptae contrarias in Ecclesiam Deil inueherent. Quid igitur, dicet quis, estne verbo Dei, et in no

EPISTOLA.

uo Testamento disciplina haec Ecclesiastica tam accurate tradita, vt nihil iam addi possit: aut ea autoritate constituta, vt ab ea sine piaculo, discedi non debeat? Certe vt 90 huic quaestioni satisfaciam, distinguendum dico. Sunt enim plures istius Ecclesiasticae disciplinae partes, quarum alia generalem tantum Ecclesiae (quacumque orbis terra rum parte esse potest) et fundandae et retinende, et regendae modum continet, et describit, veluti in Dei Ecclesia vocem Domini nostri Iesu Christi audiendam esse eamque solam: Sacramenta piis tantum et fidelibus danda esse et caet. huiusmodi, quae generaliter 95 sunt conseruandae Ecclesiae praecepta. Alia magis particulares illius administrandae normas et praecepta tradit et persequitur. Haec vero posterior disciplinae Ecclesiasticae pars haec 4. capita complecti videtur: nempe. I. Personarum, quae ad Ecclesiasticum ali quod munus vocandae sunt, electionem, 2. Muneris et officii Personarum iam electarum descriptionem: 3. Cen surae, morumque correctionis, quae tum in consistorio tum 100 extra consistorium fieri et applicari singulis debet, rationem. 4. Eorum qui censura Ecclesiastica affecti sunt, et Ecclesiae iudicio abstinenti, vel excom

EPISTOLA.

municati dicuntur, cum eadem Ecclesiae reconciliationem. Cū igitur de hoc quaerimus,

vtrum omnium horum capitum singula sic praecepta tradita sint, vt his nihil addi possit, respondeo, in quaque re quaedam esse ο σωδῆ, quaedam vero συμβεβηκότα. Sunt
 105 ο σωδῆ id est essentialia, quae rei ipsius vel tota natura sunt, aut illius pars: ve Iuti in hoc ipso argumento, Si quis neget in pastorum aut eligendorum vocatione legitima eorum vitam et doctrinam examinandam, vel approbationem a populo expectandam esse, ille ea negat, quae sunt Electionis legitimae ο σωδῆ. Si quis item hoc examen non ab Ecclesia, non a pluri bus, sed ab vno quopiam solo fieri et mero vnus arbitrato stare debere
 110 doceat, is ο σωδῆ electionis tollit. Sed si quis hoc vel illo loco, hoc vel illo tempore, hoc vel illo modo examen a pluribus fieri debere disputet, is περί συμβεβηκότων tantum disputat, veluti, exempli gratia vetus electio et examen pastorum olim a tribus vicinioribus episcopis seu pastoribus conuocatis cum presbyterio et Ecclesia (cui dandus erat Pastor) fiebat: item in metropolitana tantum vrbe, certo tempore, nempe ieiunii
 115 publici tempore. Denique manuum eleuatione (quae χειροτονία

EPISTOLA.

dicebatur) non solo consensu populi, aut solo vocis suffragio, sane ista omnia sunt accidentaria, non essentialia in electione. Sic igitur statuimus, quae verbo Dei fieri et obseruari ad regendam Ecclesiam iubentur, siue illa de personis eligendis, siue de iam electarum munere, siue de reliquis disciplinae Ecclesiasticae capitibus agent, illa,
 120 inquam, esse ο σωδῆ. Quae autem in quaque vel prouincia, vel Ecclesia ad haec ipsa praestanda, et ad praxin deducenda commodiora iudicantur, et constituuntur, ea esse συμβεβηκότα quaedam, veluti vt hoc potius quam illo tempore fiat ver bi Dei concio: hoc potius quam illo presbyterorum vel diaconorum numero contenta sit haec Ecclesia, hoc est συμβεβηκος minimeque ο σι δες. Iam igitur ad quaestionem propositam ex hac
 125 distinctione sic respondemus, vt quae sunt disciplinae Ecclesiasticae ο σωδῆ augeri minuiue nouis praeceptionibus, vel constitutionibus hominum posse negemus: quae sunt autem συμβεβηκότα, et augeri et minui et temperari a quaque non tantum prouincia, sed etiam coetu et Ecclesia pro sua vel commoditate vel incommoditate posse: pro varia denique locorum, rerum, temporum,

EPISTOLA.

et personarum circumstantia. Eodemque modo respondemus ad alteram illam quorundam petitionem, in qua quaerunt vtrum Ecclesia a constituta semel per Apostolos disciplina recedere possit, ac vtrum sit vna et eadem disciplinae Ecclesiasticae in omnibus euangelicis Ecclesiis forma retinenda? Nam si de essentialibus disciplinae Ecclesiasticae agunt, dicimus illa ab omnibus Ecclesiis aequaliter eademque esse et seruanda et reti-
 135 nenda, veluti vt sit regimen Ecclesiae non Monarchicum, sed Aristocraticum: vt sit in quaque Ecclesia senatus et coetus aliquis Presbyterorum ab Ecclesia electorum, sine quo nemo vel Pastor, vel alius quisquam negotia Ecclesiae gerat: sit aliqua scelerum et morum vitiosorum censura, eaque non vnus alicuius arbitrato, sed γουμένων, et vt ait Hiero. Presbyterorum, aestimatione et iudicio fiat: sit denique excommunicatio, non ex
 140 quorundam Iuriconsultorum et pragmaticorum, sed ex Dei verbo iudicantium hominum sensu et iudicio, lata in non poenitentem, approbante et collecta Ecclesia. Itaque ο σῶν

disciplinae Ecclesiasticae in omnibus Ecclesiis reformatis et Euangelicis eandem esse oportere ingenue, et a

EPISTOLA.

145 perte respondemus. Sin autem de externis et accidentalibus huic disciplinae rebus quaeritur, in quibus commoditas incommoditasque praxeos, vsus, et executionis disciplinae istius versatur, dicimus illas variari posse, atque etiam saepe oportere propter diuersam diuersorum temporum, rerum, et personarum rationem : nedum vt loci et regiones diuersae eandem semper disciplinae formam patiantur, aut requirant. Itaque quae hoc loco, et in his regionibus commode geruntur (vti in Gallia Coenae Dominicae administratio per singula anni quadrimestria) in aliis fortasse regionibus commode iisdemque ue temporibus non fierent aut celebrarentur. Sic in aliqua Ecclesia excommunicatio ex scripto fiet, in alia vero potius ore ipso Pastoris pronuntiabitur. Sic in hac Ecclesia eius qui post professionem Christi fuit idololatra et transfuga, posteaque ad Ecclesiam rediit confessio die tantum dominica fiet, in illa quotidie: hic ex scripto, alibi ore ipsius poenitentis. Haec igitur omnia diuersam formam habere possunt, modo tamen coercitio morum, agnitio culpa, separatio hoedorum ab agnis in domo Domini semper retineatur, fiatque quod fieri prae

EPISTOLA.

160 cipit Deus, Denique modo sit Ecclesia et Dei domus ε τὰκτος, non autem sentina improborum, sed recte administrata familia. Substantia igitur disciplinae vbique in Ecclesiis Dei eadem esse debet: accidens autem illius mutari potest. Ergo diligenter quid essenziale, quid accidentale sit, distinguendum esse respondemus. Porro nemini, ac ne quidem ipsi summo magistratui, vel Ecclesiae toti concedendum arbitramur, vt illa, quae sunt ο σωδὴ disciplinae Ecclesiasticae, tollere, vel immutare possit. Etsi enim in rebus politicis Rex, summusque magistratus nouas leges ferre, et veteres abrogare iure potestatis sibi a Deo concessae potest, in disciplinae tamen Ecclesiasticae fundamento vel veteri, et a Deo iam posito tollendo: vel nouo reperiendo constit uendóque idem ius non habet. Cuius rei haec ratio est, et quidem manifestissima, quod cùm disciplinae Ecclesiasticae scopus et finis hic sit, primùm vt Pastores, et qui Ecclesiae Dei prae esse debent legitimam vocationem habeant. Postea vt hominum conscientiae gubernentur, et ad poenitentiam conuersionemque ad Deum adducantur, ad solum Deum disciplinae Ecclesiasticae definitio

EPISTOLA.

175 legislatioque sane quidem pertineat necesse est, quia ille solus Ecclesiae, et coetus istius Rex est, dominus, moderator et legislator, idemque solus conscientiarum nostrarum legitimus gubernator, arbiter, atque rector. Itaque solus ille potest leges, tum legitimae vocationis eorum, qui in sua domo praeesse debent, praescribere: tum etiam mouendae hominum conscientiae, ingignendæque poenitentiae modum nobis demonstrare. In quibus duobus capitibus laus et vis summa vniuersae Ecclesiasticae disciplinae, que-

madmodum diximus, finisque positus est. De quibus rebus leges alias, et ab iis, quas
 180 Christus praescrpsit, diuersas ferre neque Reges vlli, ac ne vniuersa quidem ipsa Dei
 Ecclesia (quae est in his terris) potest. Nam et ipsa ecclesia est duntaxat serua Dei, et
 non domina, et reges quoque ipsi sunt in hoc coetu membra tantum non caput: membra
 quidem honorabilia, non tamen sic membra, vt in hoc coetu regem do imperent pro
 suo arbitratu, sed tantum vt Dei mandata a piis et inter pios obseruari sedulo curent.
 185 Vocationum enim ecclesiasticarum, et conscientiarum nostrarum procul dubio solus
 Deus et scrutator et gubernator et Rex et autor esse debet

EPISTOLA.

et potest. Itaque cum hominum conscientias immutare, inflectere, ad Deum adduce-
 re, huius disciplinae ecclesiasticae propositum sit et finis, quomodo, quae via id fieri
 recte possit, a nemine, praeterquam ab vno Deo praescribi, definirique potest, quia
 190 solus ille eas fabricatus est: solus quomodo eae regendae, flectendae, ac immutandae
 sint, nouit, solus earum dominus est. Ipsius enim solius templa et sedes sunt nostrae
 conscientiae. Vnde velle ab alio, et mortali quidem homine, leges inflectendae, et
 conuertendae nostrae conscientiae propter Dei verbum habere, est hallucinari velle,
 est operam perdere, est summam iniuriam Deo (qui sibi vni hoc totum ius reseruauit
)inferre. Possunt igitur Reges, regumque consilarii, viri prudentes, leges de publica inter
 195 ipsos ciues pace tuenda dictare et commentari: leges autem de conscientiae hominum
 regendae, aut inflectendae ratione et modo (praeter eas, quae Dei verbo praescriptae
 sunt) nouas cogitare et comminisci, denique de legitima eorum qui ecclesiam (id est
 domum, Dei non ipsorum Regum gubernant) vocatione praeter Dei. i. ipsius Domini
 domus voluntatem leges inquam et regulas condere et sancire

EPISTOLA.

200 certe quidem illi nullo iure possunt. Ac, vti dixi nec Ecclesia quidem ipsa vniuersa et
 collecta in Oecumeniis, quae vocant, conciliis hoc quoque potest, adeo vt mera fuerit
 tyrannis, et in ius ipsum Dei inuasio improbissima quicquid Synodi illae Oecumenicae
 contra praescriptam verbo Dei disciplinae Ecclesiasticae ο οίαν induxerunt, et san-
 ciuerunt: quanquam se aliquid melius et sanctius moliri existimarent. Quod verum
 205 esse, vel ipsa Ecclesiae confusio, ruinaque, quae inde con secuta est, manifeste declarat.
 Nam si illa Apostolicis scriptis praescripta disciplina retenta fuisset, numquam in eam
 perturbationem Ecclesia incidisset, a qua miserrime tandem pessundata est. Quid igitur,
 damnamusne omnes eas Euangelicas Ecclesias in quibus vel nulla disciplina Ecclesiastica
 omnino obseruatur, vel Apostolica non retinetur: sed in qui bus ea vel corruptaest: vel
 210 etiam alia, pro vera substituta ? Ad hanc odiosam qui dem quaestionem, et quae tamen
 saepe nobis obiicitur, ingenue quidem, sed tamen placide et modeste respondemus. Nos
 propter carentiam et ε πουσίαν? disciplinae Ecclesiasticae minime damnare Ecclesias
 et coetus illos hominum, in quibus vera pu

EPISTOLA.

215 raque Euangelii Christi praedicatio retinetur, summota omni idololatria: ergo non
 diffitemur et eas etiam veras esse Dei Ecclesias. Vnica enim est, eaque fundamentalis
 verae Ecclesiae nota in his terris, pura nimirum verbi Dei praedicatio a legitimo pa-
 store facta, quae ubicumque est, illic quoque est Grex Domini, iuxta illud Christi, Oves meae
 vocem meam audiunt: et si ab eo coetu saepe Sacramentorum administratio, saepe etiam
 220 morum correctio, Ecclesiasticæque disciplinae vsus et praxis exulat, atque abest. Quod
 enim hae duae posteriores notae, tanquam necessariae, ad verae Ecclesiae designationem
 a nonnullis pronuntiantur, ostendunt illi tantum, quid quantumque requiratur, ut omnibus
 suis numeris absoluta sit verae Ecclesiae facies. non autem illud volunt, omnino Dei
 Ecclesiam dici eum coetum non posse, in quo pure et vere verbum diuinum praedicatur,
 si nulla sit disciplinae Ecclesiasticae praxis. Sunt igitur huiusmodi Ecclesiae quidem,
 225 sed non omnibus suis partibus et numeris absolutae: quin potius claudicantes. Sic ille a
 nobis dicitur homo, cui brachium vtrumque abscissum est, si modo idem ille ratiocinatur.
 Sed hoc conari, hoc studere, hoc ef-

EPISTOLA

ficere omnibus modis debent illae Ecclesiae, quae summo Dei beneficio idololatriam
 abiecerunt, verum Dei verbum et vitae aeternae fundamentum receperunt, et adhuc
 230 tamen ista disciplina carent, ut hoc tam praeclarum ornamentum. i. disciplinam hanc
 Ecclesiasticam (qualis ab Apostolis praescripta est) ad corpus illud Ecclesiae suae adiun-
 gant, et addant, ut non modo nervos et ossa Ecclesiae habeant, sed etiam ut sanguinem,
 colorem, venustatem, vires denique Ecclesiae integras retineant. Attendendum est enim
 diligenter ad illud Spiritus sancti dictum rectas faciendas esse vias nostras, ne quod
 235 claudicat tandem prorsus abducatur a via. Nam si quae necessaria sunt per incuriam
 in Dei Ecclesia negligantur, temporis successu illa penitus a Deo tandem abalienantur.
 Quia vero haec disciplina maxime hac Pauli Epistola, quae prior est ad Timotheum, est
 explicata, idcirco eam potissimum delegi, in cuius interpretatione meam de toto hoc
 argumento sententiam breuiter, more meo, exponerem. Scripserunt in hanc ipsam Pauli
 240 Epistolam varii, tum veteres, tum recentiores interpretes, eruditi illi quidem: sed qui se
 in hoc de disciplinae Ecclesiasticae ar-

EPISTOLA.

gumento maxime ostentare voluerit fuit Claudius Spensaeus. Is enim praeter magnos
 in ipsum Pauli contextum commentarios etiam tres libros Digressionum, quas appellat,
 et ipsos quoque prolixos edidit in hanc Pauli Epistolam. Tantum autem abest, ut, meo
 245 quidem iudicio, quisquam iis adiuuari possit, ut nihil sit et scriptore isto obscurius, et illius
 disputatione magis perturbatum atque confusum. Sunt enim isti scholastici, e quorum
 numero fuit Spensaeus, iusto Dei iudicio occaecati: et tam tenebriones, ut in plerisque
 ne seipsos qui dem intelligant, quia sunt in tenebris et mataeologia educati. Certe cum in
 eos commentarios incidissem, nihilque in iis proficerem, mature abistis digressionibus et
 250 errore ad ipsum Paulum et verum iter redii, fecique illud, quod habet prouerbum vetus

bibi et fugi. Quantum autem hoc meo labore ipse sim consecutus, et rem caeteroquin propter temporis vetustatem, diuturnaque desuetudinem, iam obsoletam ac difficilem illustrarim, aliorum esto iudicium: certe magnis laboribus et lucubrationibus haec vetustatis rudera nobis eruenda fuerunt. Precor autem Dominum Deum vt hos meos
255 labores Ecclesiae suae vtilis,

EPISTOLA.

piisque viris suaues esse velit. T. vero E. Princeps Illustriss. cui eos animo demississimo ac lubentissimo dono, dicóque, si probabuntur, certe operae meae recte collocatae fructum hunc maximum iam ero consecutus. Quamobrem autem hoc, quicquid est operae meae, T. E. dedicarem cùm variae et multae sunt, eaeque graues causae, tum hoc imprimis, quod
260 cum summo Dei Optimi Maximi bene ficio, tuaque illa plus heroica virtute et constantia Zelandiae et Hollandiae, totiusque illius tractus Ecclesiae Dei pace recreentur, nihil vel ad eas, iam praeclare instituendas: vel quae erunt constitutae retinendas hac disputatione aptius atque vtilius, adeo etiam magis necessarium esse existimem. Quemadmodum enim Ecclesiasticae disciplinae contemptus, atque praetermissio magnas in Ecclesiam ruinas
265 semper induxit: ita diligens illius observatio et ad Apostolicam normam reuocatio non tantum caelestem ipsam doctrinam sartam tectam puraque inter mortales conseruauit, sed etiam mores ipsos hominum nomen Christi proffitentium, si qua in parte ad vitia delabebantur ad meliorem frugem conuertit, et

EPISTOLA.

In Dei metu officióque continuit: est denique haec eadem aduersus enascentes haereses
270 sepes et munimentum validissimum, aduersus iam natas et infelicissime pullulantes, tanquam aduersus magica venena, remedium praesentissimum. Quanquam autem T. E. doctissimorum virorum, imprimis autem generosissimi praestantissimi que illius viri Ph. Marnixii Domini montis Sancti Aldegondii, et fidelissimi verbi Dei Ministri Taffini, (a quibus haec ista discet) eruditissimis sermonibus non caret, haec tamen in commune
275 vestrarum Ecclesiarum commodum, tanquam symbolum, et ipse pro virili volui conferre, vt illae intelligant quantum pro T. E. et illis ipsis bene ex animo velim, ac felicissima atque optima quaeque a Deo ardentibus votis exoptem. Tuae vero virtuti, Princeps Illustrissime, quid non debeatur, cùm ab omnibus fidelibus et Christianis viris, tum vero a nostris Gallis, quorum salus et incolumitas semper summae curae fuit tibi, fratique
280 tuo Illustriss. Comiti Ludouico (cuius felix memoria nunquam caneset, ac ne seclis quidem innumerabilibus, cuius vtriusque et armis et prudentia Ecclesiae Gallicanae ab aduersariorum atrocissimis

EPISTOLA.

Iniuriis contra leges patrias, moremque maiorum illatis tandiu sunt defensae: denique cùm tua sit hodie in orbe terrarum gloria, tantaque rerum pro Dei gloria asserenda
285 gestarum laus, vt parem tibi tanque constantem principem nulla adhuc hominum aetas viderit. Tu Prouinciam tibi commissam ab Hispanorum ac extraneorum tyrannide

eripuisti, tu Belgium intestinis morbis profligatum ac iam deploratum inexpectata ratione et medicina sanasti, ac in iura maiorum pristinumque splendorem restituisti. Tu hostibus io triumphum iam canentibus fugam iniecisti, et victor ipse triumphatorque
290 Christi vexilla praeferens rediisti, Tu pietatis assertor, tu Iustitiae publicaeque salutis vindex fortissimus ore omnium mortalium celebraris, adeo quidem, ut qui tanta, tamque praeclara et pro Domini nostri Iesu Christi regno amplificando et pro patria libertate tutanda bene geris, tu quoque bene inter omnes mortales mereris audire Βροτο ς γὰρ ut ait Eurip. χρηστὰ πρα- γματα τα Χρηστ υ φορμας νδιδωσ εί λογων. Ego vero
295 Princeps Clementiss. cum tot admirandas virtutes tuas commendari ubique gentium intelligam, et hoc quoque

EPISTOLA.

ue in T.E. obseruantia testimonium et tuarum laudum praedicationis conatum et symbolum extare volui quod ut grato benignoque animo T. E. accipiat obnix precor. Dominus
Deus solus, Aeternus Sapiens, Bonus, Iustus, Misericors, te velut alterum Danielelem, Spir-
300 itu suo corroboret ac confirmet, et ad Ecclesiae suae presidium diutissime felicissimeque nobis, et toti Belgio incolumem conseruet. Geneuae Cal. Augusti Anno temporis vltimi. CI I LXXVII.

IN D. PAVLI APOSTOLI priorem ad Timotheum E pistolam.

L. DANA EI COMMENTARIUS. CAP. PRIMVM.

PAVLUS Apostolus Iesu Christi ex ordinatione Dei seruatoris nostri, et Domini Iesu Christi, spei nostrae.

Paulinarum Epistolarum genus est duplex, vnum earum, quae ad Ecclesias totas scriptae sunt. Alterum, earum quae ad Particulares quasdam per sonas quae erant, vel Ecclesiasticae, vti vtraque ad Timoth. et vna ad Titum. vel Priuatae, ut ea quae est ad Philemonem.
305 Nam quae circumferuntur Pauli Epistolae ad Senecam et contra, sunt fictae et ementitae. Quanto vero est dignior, qui Ecclesiae praeest priuato homini, ita vberiora et locupletiora sunt earum Epistolarum argumenta, quae ad praefectos Ecclesiae scriptae sunt (quales sunt illae quae ad Timotheum, et Titum, quae pene sunt paris argumenti) quam earum,
310 quae ad

AD I. PAVL. AD TIM.

priuatos. Quae fuerit autem huius Epistolae ad Timotheum scribendae ratio, et occasio facile ex ipso Paulo verss.3.intelligitur, nimirum, quod iam quidam sanam Euangelii doctrinam, ab ipso Paulo et aliis Fidelibus Christi Ministris traditam, et explicatam varie corrumperent tum in Substantia ipsa et doctrina, tum in Modo et forma illius tradendae. Cui malo ut mature occurreret Paulus, Timotheum monet quid opus sit
315 facto, non tam ipsius quidem gratia, quam aliorum, id est, istorum doctrinam veram et sanam deprauantium. Quando scripta fuerit infra cap. hoc ipso vers. 3. Vnde scripta sit in fine huius Epistolae dicitur, Domino fauente. Diuiditur autem totum corpus, et

[p.2]

σύνταγμα huius Epistolae in duas tantum partes, nempe, Salutationem, et argumenti
320 suscepti tractationem. Epilogo enim, id est, postrema illa parte caret, in qua variae
salutationes esse solent, quae in aliis tamen Epistolis extant, quae hoc loco non erant
necessariae. Salutatio autem haec tria continet ubique, nimirum (Quis scribat (Ad quem
scribatur (Summam precationis Ergo quaeritur, quis scribat? Scribit (Plaulus, personam
designat (Apostolus, munus suum describit (Plus est enim dixisse Apostolum, quam
325 seruum Dei simpliciter, quod alibi facit. Chrysosto. hoc annotat Apostolum autem se
vocat, et Iesu Christi: non

CAPVT I.

hominum: in quo est commendatio muneris. Nihil enim nisi apprime salutare habet
legatio et munus huiusmodi et a Christo demandatum et Dei ipsius ordinatione siue
decreto. In quo inest confirmatio huius muneris. In hac autem statim epigraphē apparet
330 tum summum amoris Pauli erga Timotheum et luculentissimum testimonium: tum illius
muneris et Apostolatus firmamentum maximum. Quod non ipsius quidem Timothei
gratia fit, sed aliorum, quos admoniturus erat Timotheus, nec quidem tam suo, quam Pauli
nomine et autoritate. Itaque hanc autoritatem assertam prius confirmatamque esse
oportuit. Deinde ipsius quoque Timothei et confirmandi et commendandi apud Ecclesiam
335 causa, qui a Paulo missus erat, hoc additum est, quo iustior ipsius vocatio appareat, Pauli
vocatione semel stabilita, etsi de ea Ephesii incerti esse non potuerunt, inter quos vixit
per biennium Paulus. Nihil autem hoc loco fit a Paulo ostentationis et iactantiae animo,
sed quod muneris autoritatem defendi aduersus quorundam impostorum calumnias
oportuit, vidit que pro temporis circumstantia esse necesse. Caeterum docet hic locus a
340 quo mitti de beamus et vocari, nempe a Deo. Nemo enim vsurpat sibi honorem Hebr.
5.V.4. etsi non omnes extraordinarie (vti Paulus) vocantur.

Finem autem, et causam tanti Dei beneficii erga homines ostendit, dum appellat
Deum seruatores. Quia enim Deus nos seruare vult, etiam mitti ad nos, qui ipsius
Euangelium et voluntatem annuntient. Psal.74.Luc 13.vers.34. id est,

AD I. PAVL. AD TIM

qui istius viam salutis exponant nobis. Vocat autem Patrem seruatores vti Tit I.vers.3 et
345 2.vers 10. et Christum spem nostram. Vti enim Pater dedit Filium, per quem seruamur.
Ioan.3.V. I6.ita Filius est fundamentum spei et salutis nostrae, vt cum haec Patri et
Filio communiter tribuuntur, intelligamus esse indiuisa Trinitatis opera, et tres personas
paris, non autem dissimilis maiestatis et potestatis. Hec breuius persequor, quia a multis
350 copiose tractata sunt.

*Timotheo germano filio in fide. Gratia sit tibi misericordia et pax a Deo Patre nostro, et
Christo Iesu Domino nostro.*

Timotheus quis fuerit apparet ex Act.16. et variis Epistolarum Pauli locis: Hunc autem
vocat et Filium in fide, vt distinguat a carnali filio: et Germanum. i. verum et referentem
veros mores Patris Pauli: non igitur fuit hypocrita et fictitius, vt hodie multi qui magnorum

[p.3]

[p.4]

Dei seruorum et filii sunt et discipuli. Quod vtrunque pertinet ad Timothei laudem et
355 imitationem.

Sic Titum appellat Filium Tit.I.v3 et Corinthios quoque I Corinth. 4. vers.14. Tamen
obstat quod ait Christus Math.23.vers.9. et Hebr.12.V.9 Vnus est Pater animorum, nempe,
Deus. Resp. Verum est per se et proprie vnicum esse animorum nostrorum Patrem,
360 nimirum Deum ipsum: sed communicatione quadam, et quatenus homines sunt huius
nostrae in fide et Ecclesia Dei generationis, aut potius regenerationis instrumenta, vox
ipsa Patris benigne illis a Deo communicatur, eti et Patribus carnalibus eadem vox Patris.
Plus

CAPVT I.

autem debemus Patribus qui nos in Dei metu instruunt, quam qui nos tantum corpore
gignunt. Nec quod pastores dicantur patres nostri in fide excusat patres ipsos corporum et
365 carnales, quo minus instituant liberos suos in vero Dei metu et pietate Deut.4. vers.II.et
II.V.I9. sed differentia tamen ostenditur inter vtrunque genus patrum, quorum alii sunt
nobis tantum spirituales Patres, alii sunt carnales.

Filii autem dicuntur, ait Augustinus contra Adimantum cap.5. (Natura aut (Doctrina
Imitatione Hic et doctrinae et imitationis ratione Timotheus filius dicitur, non tantum
370 aetatis, vt tamen putat Erasmus. Salutatio est in his verbis posita Gratia et haec (Deo Patre
nostro Misericordia (omnia (Pax a (Domino Iesu Christo. Misericordia addita est hic, vt
in Epistola ad Titum, praeter stylum et communem morem Pauli, quo magis suum erga
Timotheum amorem testaretur, et se miro erga eum affectu impelli et affici ostenderet.
Recto autem ordine et naturali vtitur in his enumerandis Paulus, et progreditur a causis
375 ad effecta. Est enim gratia causa misericordiae, vt misericordia ipsa causa pacis nostrae.
Est igitur gratia gratuita nostri acceptatio, quae fit a Deo, quam sequitur misericordia, id
est, peccatorum nostrorum remissio. Itaque vocem misericordiae hic passiuæ pro effecto,
quod in nobis apparet: non autem actiuæ in Deo accipimus

[p.5]

AD I. PAVL. AD TIM.

Author autem tot et tantorum donorum est Deus Pater noster, in et per Christum Dominum
380 nostrum, in quo omnes Dei promissiones et beneficia sunt, Amen et Etiam

[p.6]

*3 Quemadmodum te sum precatus vt permaneres Ephesi, quum proficiscerer in Macedo-
niam, permaneto, vt denunties quibusdam ne diuersam doctrinam doceant:*

Secunda pars huius Epistolae sequitur, in qua de re ipsa et argumento est agendum.
Primum autem occasionem scribendi narrat, deinde rem ipsam aggreditur Paulus. Ex
ipsa vero disputatione apparet magnam partem esse hanc epistolam πανωρ θωτικήν
et διδακτικήν. Constat autem sex capitibus, quorum summa breuiter hac nostra
385 tabula comprehensa est. In summa in hac Epistola plena ministerii Euangelici descriptio
continetur, et disciplinae Ecclesiasticae institutio explicatioque. Nam quae ad particulares
quaestiones pertinent, suntque scitu necessaria videntur a Paulo tradita in Epistola ad
Corinthios.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.8]

390 Precatus) blanda et modesta ad monitio: quae eo acutius pungit et magis serio, quo maior est Pauli in Timotheum autoritas, id est, praeceptoris et patris in filium, et discipulum ius et affectus. Vtrunque autem potest Pastor, Denuntiare vt praefectus et pastor: et Precari vt frater² Tessal. 3.V.I2. Nam quam hic sibi non tribuit, dat Timotheo postea potestatem: nimirum, Denuntiandi et quasi iubendi. Hic autem nihil de Papali autoritate et Petri iure agitur in Timotheo Epheso praeficiendo, cuius consensus in Timotheo

395 vocando non interuenit, neque a Paulo est vel quaesitus, vel expectatus.

Annotauit Eras. lucidiora esse Graeca, quam Latina, quod verum est, et repetendum est aliquid *πό το κοινο*, sic Quemadmodum te rogavi, vt permaneres Ephesi, maneto, vt denunties, et c. Sic enim facile fuit sensus.

400 Proficisceretur in Macedoniam, Haec est tertia profectio (quemadmodum obseruauit D.Th. Beza praeceptor meus) quae contigisse videtur annoa Pauli conuersione 28. et a nato Christo 62. Huius sit mentio Act. 19. et 20. Ergo scripta est haec Epistola ante eas, quae sunt ad Ephesios, Philippenses, Colossenses. Post eam tamen vtrunque quae est ad Corinthios, et ad Titum. Post vtrunque eam, quae ad Thessalonicenses scripta est, vt quidam putant.

405 Apparet etiam Paulum habuisse Ephesiorum Ecclesiam commendatissimam, cui tam sollicitate prospicit.

Ne aliter doceant) Cur hoc timuerit Paulus ratio satis intelligi potest ex Apocalyp.2.vers. 6.

CAPVT I.

[p.9]

et quod iam Galatae, quae erant vicinae Ecclesiae, abducti fuerant a synceritate et puritate doctrinae Euangelii per huiusmodi pseudofratres concionatores et nebulones, qui aliter, quam Apostoli, Euangelii praetextu docebant. Quid sit autem *τεροδιδασκαλε* v hic et inf cap. 6.V.3. varia est interpretum sententia: sed ex legitimi pastoris definitione facile tanquam ex contrario perspicitur. Illa autem definitio extat apud Matthaeum 22.vers.16. vbi de Christo agitur. Est igitur verus Pastor qui docet viam Domini in veritate, idque sine personarum acceptione Malach.2. Ergo peccatur vel in Re et doctrina, vel in

415 Forma et modo docendi, quam *ποτύπωσις* appellat Paulus Timoth I.vers.13. vel in Applicatione et vsu doctrinae 2 Timot.2.vers.15. Quibus omnibus vitiis et modis aliquis *τεροδιδασκαλε*, id est peccat in docendo.

4 Nec attendant fabulis et genealogiis infinitis, quae potius quaestiones praebent, quam aedificationem Dei quae est per fidem.

Ε ξήγησις. Illustrat exemplo quod sup. versic. praecepit. Quid sit nimirum *τεροδιδασκαλε* v. Ex hoc autem loco apparet non eos tantum in docendo peccare, qui falsa tradunt, sed etiam eos qui vana et inutilia. Denique qui non necessaria curiose et diu inquirunt et perscrutantur. Cuiusmodi olim fuit genealogiarum percensio, vel inuestigatio. Hodie infinitae quaestiones quae sunt in scholastica. Primùm de hypothesi agamus, deinde veniamus ad thesin. Ac falsa est eorum inter

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.10]

425 pretatio et sententia qui volunt nomine genealogiae hic intelligi, vel Mathematicas descriptiones natiuitatum, quas tamen damnatas esse agnoscimus. vel longas illas series et disputationes de Aeonibus, quas Valentinus ipsiusque discipuli etiam post Pauli mortem, nimirum circa annum a Christo passo cx. inuexerunt in Ecclesiam, tanquam fidei doctrinam necessariam.

430 Quod ad horoscoporum inspectionem et natiuitates quae ab Astrologis fiunt, illae non γενεα- λογίαι appellantur, sed γενέσεις et γενεθλιαλογίαι, et qui eas tractant et docent, non γενεαλόγοι, sed γενεθλιακοί nominantur. Hanc tamen interpretationem videtur amplexus Chrisostom. quae huic loco minime conuenit.

435 Quanquam autem inter Ephesios, qui Iudaei non erant, versabatur Timotheus, tamen inter Iudaeos maxime huiusmodi quaestiones, quas hic damnat Paulus, fiebant, vti etiam Tit. I.vers.14 eas Iudaicas fabulas vocat Paulus. Sed vel iam huiusmodi fermentum in Ecclesiam Dei irrepserat, vel ex ea communicatione, quae fidelibus cum Iudaeis conuersis intercedebat hoc periculum iam Ecclesiae imminere potuit, et praeuideri a Paulo.

440 Fuerunt autem huiusmodi de Genealogiis disputationes. Quis ex qua familia ortus esset, siue de se Iudaei agerent: siue de gentibus. Id quod partim ostentationis plenum est, partim inanis cognitionis.

Μύθος, igitur vocat huiusmodi quaestiones, quod etsi saepe non sint prorsus res falsae et fictae pro animi libito:tamen sunt inutiles, vti fabulae et fecte narrationes Μύθος
445 autem vnde nostri Gal

CAPVT I.

[p.11]

li duxisse videntur suum illud Mot et Latine Mutire, est vox aliquid significans hominis ore egressa et prolata, et generalis illius significatio est et acceptio. Sermonem enim quemlibet notat etiam apud Homerum vox Μῦθος. Iubet igitur sobrie potius eas delibare Paulus, quam iis inhaerere et immorari. Ait enim Ne attendant. Nam quasdam tradit
450 etiam Dei verbum nec inanes, nec infructuosas: nec tantum vetus testamentum, sed etiam nouum, vti Genealogiam Christi ipsius. Id quod fit ad fidei nostrae confirmationem, et vere humanitatis Christi approbationem, in quibus eatenus nobis versari licet quatenus et modum teneamus, et scopum a Spiritu sancto propositum non transiliamus. Sic fecerunt quoque Patres, vt Augustinus lib 2.3.7. contra Faustum, et liber 2. de Consens.
455 Euangelist.

Hae disputationes et inuestigationes nimiae, videntur ex eo cepisse, quod ante Christum et sub lege studiose inter Iudaeos cuiusque familiae descriptio fiebat et tum publicis archiuis, tum priuatis monimentis religiose et diligenter seruabatur, adeo vt reiecti sint et expulsi ex sacrificatorum numero qui suam Genealogiam ostendere non possent. Num.
460 1.vers.18, et Nehem. 7. V.62. Igitur iussi sunt eas habere tum in archiuis publicis tum priuatis scriniis Iudaei Numer. 25.vers.5. adeo vt Prophetiae ipsi libros totos de iis ediderint vt est 2 Chron. 12. vers. 15. Sed in eo ratio diuersa fuit illis et nobis, illi expectabant Christum ex vna quadam et certa suae gentis familia, et genere nasciturum, non ex quauis tribu. Idcirco distinctio familiarum diligenter retinenda ab iis

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.12]

465 fuit vt melius postea Christum agnoscerent. Nos iam ex ea familia natum scimus et habemus vt hac inuestigatione nobis hodie non sit opus. Deinde praedicatur Christus, vt non vnus tantum familiae vel gentis: sed omnium populorum, omnium nationum Mediator, Deus et Redemptor, vt in sola Iudaeorum gente non sit hodie nobis Christus quaerendus. Dixit, et quidem recte, August. etiam veteris Testamenti Genealogias ad
470 Christum pertinuisse liber 19. contra Faust. cap.351. Vnde apud illos ante natum Christum fuit haec quaestio tolerabilior, quae hodie cessat nisi si sumus infideles, et Christum vere natum secundum Prophetas dubitemus.

Duplici nomine condemnat eas Paulus, quod et sint Infinitae, et Inutiles ad vitae pietatem in nobis serendam et gignendam. Vtrunque pugnat cum vero omnis studii et
475 inquisitionis fine. Quaerimus enim vt inueniamus: et vt tandem ad aliquam cognitionem, atque etiam eam nobis vtilem perueniamus et insistamus ei acquiescentes. Quem fructum aut vsum non praestant hae quaestiones. Edificationem igitur eam dicit quae est in fide, id est, quae secundum ipsius Dei voluntatem, verbum, et praeceptum est, et solida. Nam finis Theologiae verae, est aedificatio conscientiarum nostrarum, non vana et turgida
480 scientia variarum disputationum et quaestionum. Aedificant enim, sed ad pugnas et clamores tantum eae quaestiones, quae sunt de huiusmodi rebus, ac propterea vt sunt ita merito appellantur inutiles 2 Timoth.2.v. 16 et 23.

CAPVT I.

[p.13]

5 Porro finis mandati est charitas ex puro corde, et conscientia bona, et fide non simulata.

A ντίθεσις . Opponit ex aduerso inutilibus istis quaestionibus veram Theologiae tractationem, quae charitatem pro fine habet, Verbum Dei profundamento, πρ ξιν autem,
485 eamque legitimam, pro laboris fructu et pro iusto finis, ad quem tendit testimonio, quae tria breuissime quidem, sed tamen grauiter complectitur hoc loco Paulus.

Finis praecepti) id est legis Dei, quam suae curiositati praetexebant, est charitas. Ergo non ineptae et inutiles quaestiones istae. Legis nomine Scripturam sacram intelligit, quae Legis nomine appellatur, quod tunc temporis alia nulla sacra scriptio adhuc esset, nisi
490 de Lege, etsi Legem ipsam a Prophetarum scriptis nonnunquam distinctam legimus Luc 24. Sed et Legis nomen latissime patere certum est apud Paulum. Vnde Lex fidei et Lex Spiritus a Paulo dicitur Romanor.3, v. 8. Hic autem pro Verbi diuini tractatione. Nam docet Paulus quis sit verae Theologiae finis. Is autem est non theoreticus sed practicus, non inanis sed fructuosus consolatioque animarum, quia charitas actionem producit, nec
495 in sola contemplatione nec in verbis solis et lingua versatur a Ioan.3.v 18. Scholastici aliud de sua Theologia sentiunt, cuius finem constituunt contemplationem et Theoriam. Aiunt enim praestantissimae scientiae est praestantissimus finis. At Theologia est ars praestantissima. Haec concedimus. Sed quod aiunt,

Contemplatio est nobilior actione. Resp.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.14]

500 Actionem hic non accipi a nobis pro opere mechanico: sed pro praestatione aliqua, cuius fructus sit Dei gloria et aedificatio conscientiarum. Contemplatio autem nuda et mera imperfectus actus et humanae imbecillitatis indicium potius est quam laus potentiae, si desit scilicet istius contemplationis aliquis effectus et fructus qui cognitionem nostram consequi possit.

505 Aiunt isti Dixit Christus Luc. 10. meliorem partem elegit Maria sibi. Respond. Versabatur in actione, non in nuda disputatione, cuius exercendae gratia mundo ipsi renuntiabat Maria.

Aiunt Tertiae praestantissimae hominis partis actio est praestantissima. Animus autem, cuius propria est contemplatio, est corpore excellentior. Ergo et contemplatio est nobilior actione. Resp. Vera esset conclusio, si actio, de qua loquimur, solius corporis viribus fieret, non autem praecipue operatione, id est, intellectu et voluntate ipsius animi nostri, ad cuius obsequium postea formantur corporis membra. Ergo quum dicimus actionem esse finem verae Theologiae et Christianae, nomine Actionis vel Operis non intelligimus seruile et mechanicum aliquod opus, sed actionem intellectus et voluntatis nostrae ad Deum tendentis nobilissimam. Nam ipsi illi Scholastici etiam constituunt intellectum practicum esse facultatem animi humani praestantissimam.

515 Aiunt quarto, oculus est praestantior manu. Resp. Κατά τι. Neque etiam hic operis nomine intelligimus tantum manuales actiones, sed cultum Dei, reformationem vitae quae sunt actiones nobilissimae

CAPVT. I.

[p.15]

520 Charitas) Et ad Deum, et ad homines referri potest haec charitas, quia Dei verbum vtrunque docet et Deum et homines diligere. Nos tamen de charitate ea, quae proximum spectat, hoc loco intelligemus.

Huic igitur charitati addit, Cor purum, Conscientiam bonam, Fidem veram et synceram. Per quae tria non tantum vera charitas descripta est, sed etiam fundamentum illius et vsus demonstratur, ne hanc charitatem, quam finem praecepti dixit, putemus esse quiddam otiosum, et contemplatiuum, vt quidam fingunt. Est.n. affectus charitas qui in animis nostris est, non vt lateat: sed vt sese proferat ipso opere.

530 Quia igitur charitas est animi affectus huiusmodi, Duo habeat oportet nempe, Veritatem et Opus, vt docet Ioann: in 1. Epist.3. vers.18. Cor purum) habet charitatis veritatem. Itaque opponitur cordi (Impuro, quod sordida et foeditates amat et diligit (Ficto seu duplici, quod non est integrum et purum a simulatione et hypocrisi tum in Deum, tum in proximos.

Conscientia bona) vsum, et opus illius habet. Nam et finem actionum nostrarum regit, et circumstantias prudenter tractat et perspicit in agendo. Tunc enim est bona conscientia in nobis cum cor nostrum nos non condemnat, sed coram Deo licet attestari nos et rectum finem habuisse, et diligenter omnia, quae circumspectiendi erant, perspexisse, quantum in nobis fuit.

Fides autem est moderatrix, aut potius regula et norma vtriusque, quae docet ex Dei verbo nos

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.16]

540 quo spectare debeamus, quid odisse, quid diligere, et quomodo pro cuiusque vocatione nos gerere. Itaque coniungenda est cum verbo Dei. Non vult autem Paulus hanc fidem esse hypocriticam quae speciem tantum pietatis et metus Dei prae se ferat: sit tamen ab utroque remotissima.

Haec fides igitur ad cognitionem ipsius doctrinae refertur, quae in nobis esse debet
545 ὡς ἀληθῆς vt loquitur Coloss.I vers. 6.id est, et qualem esse ex Dei verbo oportet, non autem qualis ex nostris aut hominum commentis, et sensu haberi, formarique potest.

6 A quibus quum quidam vt a scopo aberrarint, deflexerunt ad vaniloquentiam

Confirmatio superioris sententiae a contrario. Nam qui ab hoc scopo deflexerunt, inciderunt in miseram vaniloquentiam, et inutile studium, quantumvis magni aliorum Doctores esse vellent vel viderentur. Haec vero Pauli sententia pulcherrimam confirmationem recipit non tantum ex haereticorum doctrina, qui vanitati illi plane dediti fuerunt, relicto verae Theologiae scopo vt Valentiniani Manichei et alii: sed imprimis ex
550 somniis Scholasticorum, qui nunc soli Theologi videri, et dici (si Deo placet) volunt. Hinc apud eos portenta quaestionum, et myriades natae inutilium disputationum, in quibus tota aetas tamen teritur. ac de quaestionibus quidem haec sunt pauca exempla.

CAPVT I.

[p.17]

7 Quum velint esse Legis doctores, nec intelligant quae loquuntur, neque de quibus asseuerant.

555 Descriptio est istius generis hominum, et superioris dicti amplificatio, vt doceat quicumque ab illo scopo aberrant, eos incidere in vaniloquium, quantumvis magni sint doctores. His autem tribuit Paulus Epitheta quatuor, nimirum quod sint I Arrogantes Volunt. 2 Timoth.3 2 Ignari Coloss2. vers.18.3 Docendi munus prae se ferant, et sibi vsurpent Rom. 2.vocantur Ra

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.18]

560 bi Marth.23. vers.7. 4 Temerarii, assertores et habere se clauem scientiae iactant. Matth. 23. Ex quibus omnibus intelligitur, quam graphice et vere hic nobis a Paulo proposita sit Scholastica Theologia et Magistrorum nostrorum mores et ingenia descripta, ne non facile hodie agnosci possent, nisi plane vel in ipso Meridie caecutire velimus. Denique cum totam fidei doctrinam corrumpant, nulli tamen et doctiores et sanctiores videri
565 volunt, quam furfures isti et Midae portantes auriculas asini.

8 Scimus autem bonam esse Legem, si quis ea legitime vtatur.

Hypophora, per quam occurrit calumniae, qua et ipse, et doctrina Euangelii grauabatur, quasi Dei Legem, quae sacrosancta est, et Prophetarum testimoniis confirmata, sperneret et damnet Paulus tanquam vanam doctrinam, quia Genealogias, et huiusmodi quae-

tiones superius reprehenderat. Nec vero vno tantum loco Paulus cogitur se ab ea graui
570 accusatione defendere, quasi Dei Legem damnaret: sed srpius, vti Rom. 7.v. 12. et
Oalat.3.vers.24. Ex quo facile intelligitur, quam valide et astute oppugnata sit Euangelii
doctrina ab istis nebulonibus et aërem ipsum subtilitate suarum quaestionum fatigantibus
hominibus: quasi manifesto Dei verbo esset contraria Euangelii puri praedicatio. Quod
idem nobis a Doctoribus Papistarum obiicitur. Sed ex hoc ipso loco apparet eos qui tunc
575 temporis tam sanctis admonitionibus repugnarent maxime fuisse

CAPVT I

[p.19]

Iudaeos. Illi enim de lege gloriabantur quam acceperant, et qua etiam abutentes circa
huiusmodi quaestiones languescebant. Gentes vero ad fidem conuersae, vix, ac ne vix
quidem istas de Genealogiis quaestiones attingebant: vel Legis a Mose datae meminerant,
de qua ante Euangelium non audierant: neque in ea, vti Iudaei, innurriti fuerant.
580 Praeclara est haec confessio Pauli Apostoli de vsu legis et veteris Testamenti in Ec-
clesia Christiana et sub Euangelio valde notanda contra Marcionitas, et Manichaeos.
Obseruandum tamen est hic Paulum non in vniuersum de toto vsu Legis agere, sed de
eo tantum vsu, qui erat maxime ad praesentem quaestionem accommodatus, et vt vanam
illam Iudaizantium doctorum ambitionem et iactantiam contunderet: qui quum nihil,
585 nisi garrulitatem et vaniloquentiam, monstrarent, prae se tamen ferebant magnam Legis
obseruationem, praedicationem, ac reuerentiam. Ergo docet quis sit verus Legis, quam
praedicant, vsus, per quem Lex ipsa nobis salutaris et vtilis esse possit. Est autem, si ex
ea cor purum et sanam conscientiam habere didicerimus per fidem, quae est in Christo.
Lex bona est, si quis legitime ea vtatur) Legitimus Legis vsus est, quum ad eum
590 finem ea vtuntur, ad quem nobis a Deo data est et promulgata. Est enim is demum rectus
illius vsus, qui quis sit supra docuit vers. 5. et 9. Paulus alludit etiam apte paronomasia
quadam ad vocem νόμου in verbis νόμος et νομίμως. Nec enim Lex est doctrina vtilis
non vtenti illa legitime, et vt oportet. Sed obiicitur, etsi quis non vtatur recte Lege, tamen

AD I. PAVL. AE TIM.

[p.20]

ipsam legem per se bonam semper esse. Qui enim eam in maiorem peccandi occasionem
595 trahunt, ea legitime non vtuntur, non desinit tamen Lex propterea esse bona. Simile
quiddam de Sacramentis afferri potest, quae semper sunt signa salutis per se, quanquam
impii vtantur iis ad hypocrisin suam fucandam et tegendam. Respon. Hoc verum esse,
sed a Paulo demonstratur hoc loco non tantum quid res sit ipsa, id est, Lex sit in sese:
sed quid in nobis, et qualis eius fructus esse et produci debeat, ne ea abutamur. Erit
600 autem tum demum fructuosa, si ad quem finem data est, cogitemus, id est, vt fidem cum
charitate ex ea discamus et exerceamus.

9 Nempe sciens Legem iusto positam non esse, sed Legis contemptoribus, et iis qui subiici nesciunt: impiis et peccatoribus, nefariis et profanis, patricidis et matricidis, homicidis.

Io Scortatoribus, maseulorum concubitoribus, plagiariis, et mendacibus, periuris, et siquid aliud est quod sanae doctrinae sit oppositum:

Ε'ξηγησις. Explicat enim quis sit is legitimus Legis finis, de quo dixit. Est autem vt per Legem hominum mores et vitia corrigantur, et emendentur: non autem vt in vanis quaestionibus occupemur. Posita enim est, vt scelera hominum, veluti homicidia, adulteria, mendacia coerceantur: non autem ad bonos, et qui iam sancti sunt,

CAPVT I.

reformandos et reprimendos. Mirum autem hic videri potest, cur cū illae questiones, quas dannat Paulus, ad Legem caeremonialem et politicam pertineant, tamen de lege morali agat, non autem de caeremoniali aut politica. Respon. Quod illa parte Legis, quae est moralis, istos sibi aduersarios homines magis premi posse videt, quia se pietatis et sanctitatis nomine commendabant. Deinde cū praecipua Legis diuinae pars sit Moralis, reliquae vero duae sint illius quaedam appendices tantū, de legis Moralis vsu apte et conuenienter agit Paulus, ex quo et Caeremonialis et Politicae legis vsus quoque pendet et intelligitur. Itaque non extra rem respondet et arguit Paulus. Similis est hodie nostrorum aduersariorum et Monachorum fastus, et arrogantia. qui cū toti criminibus scateant, nihil tamen, nisi Legem Dei, mandata, et sanctitatem vitae crepant, vt videantur sancti, et nos oppugnant, quasi eadem illa spernamus et damnemus. Quibus respondemus eos esse pares istis hypocritis a Paulo descriptis. Quod ait Paulus, Legem non esse positam iusto, ex eius mente facilem sensum habet, nempe quod qui sponte iam parent Legi, et virtutem sequuntur illi nullis loris et habenis vinciri debeant, nullis aliis praeceptis egeant, quibus ad vitae sanctitatem adducantur: sed illi tantū iis egeant, qui sunt immorigeri, rebelles, et dissoluti. Haec sententia dignitatem et commendationem Legis non imminuit, quasi iustis et iis qui Dei spiritu aguntur sit vel contraria vel inutilis, sed eos tantū perstringit, cum quibus egit Paulus, quos facile quidem docet esse tales, quales hic a

[p.21]

AD I. PAVL. AD TIM.

lieno nomine pinguntur, id est, homicidas a dulteros, etc. Iusto etiam est utilis Lex. primum quia viam iustitiae inchoanti perfectionem docet et omnis virtutis est norma. Pelagius putauit eatenus Dei verbum et Legem vtilem esse, quatenus tantū est liber continens doctrinam morum, contra quem varie disputauit Augustinus.

Exlegibus autem hominibus esse positam Legem potest videri mirum, sed verum est, quia vt coaceret hominum rebellionem posita Lex est, et exlegibus posita est, ne mancant exleges.

Hic autem describuntur gradus nequitiae: et primum fontes ipsi duo, R. bellio, et Contumacia in Legem, ex quibus riuuli isti fluunt, duo scilicet, Impietas ad primam tabulam, et Peccatum, id est offensio proximi ad secundam tabulam pertinens. Hae

[p.22]

635 res paruae primum, postea crescunt, et dissolutiores fiunt, adeo vt tandem euadant homines, Nefarii, id est, publice et nullo pudore peccantes, et Profani. Inde infinita genera vitiorum nascuntur, quae reuocat ad tria genera, Vim Libidi nem, Fraudes siue furando siue mentiendo fiant. Decimum versiculum explicuimus in Ethicis nostris.

11 Quae est, secundum gloriosum Euangelium beati Dei, quod concreditum est mihi

640 Denique easdem quaestiones inutiles docet contrarias esse Euangelio ipsi. Commendat autem Euangelium nomine, Gloriosi a differentia scilicet quae non est de scriptura, sed de effectu intelligenda, Dei ab authore, quem vocat non

CAPVT I.

tantum benedictum, sed beatum. Definit denique illud Euangelium esse eam doctrinam, quae ab ipso et collegis praedicatur Christi mandato. Itaque videri potest argumentum ab enumeratione partium scripturae sumptum. Habet enim Legem et Euangelium, cui
645 vtrique hae quaestiones inutiles repugnant. Opponit igitur Euangelium Dei isti Mataeologiae, quam et a Lege et ab Euangelio damnari docet. Quo ipso demonstrat Paulus consentire inter se vtranque doctrinam contra Manichaeos. Sanam quoque doctrinam hanc vocat, quia aedificat ad pietatem. Denique Deum illius authorem μακάριον dicit et quod in se felix sit et beatus, et quod aliis felicitatem donet et afferat. Benedictum alibi
650 vocat eadem scriptura Deum id est dignum omni laude et inuocatione. Paulus autem appellat hoc idem Euangelium 2 Timot 2. vers. 8. suum Euangelium, id est, quod ipsi creditum erat, non cuius ipse sit author.

[p.23]

12 Gratiam igitur ei habeo, qui me robustum effecit, id est, Christo Iesu Domino nostro, quod me fidelem duxerit, vt qui me in ministerio constituerit.

Εὐχαριστίας siue digressio ex iniecta mentione sui ministerii et Apostolatus, quem tuetur et commendat hoc loco. Cur autem excurrat Paulus duplex ratio est. Prima, vt haec sit
655 hypophora contra calumnias, quas inuidi homines illi obiiciebant propter superiorem vitam. Quomodo enim videri potest Euangelii praeco, qui tam atrociter illud antea fuit insectatus. Captatas autem fuisse

AD I. PAVL. AD TIM.

huiusmodi occasiones ab aduersariis Euangelii apparet tum ex I. ad Corinth. 15. tum quod ad Epist. ad Galat. et hic suum ministerium tuetur. Secunda ratio cur suum
660 Apostolatum Paulus commendat, est, vt Timotheo, quem exhortaturus erat ad difficile certamen suscipiendum, seipsum in exemplum proponeret, in quo summa Dei potentia, vis, misericordia, et virtus illuxit, ne fatisceret, aut expauesceret Timotheus. Ita vero totum suum ministerium asserit Paulus, vt illius gloriam et laudem vni Deo vindicet, non sibi, non bonis suis operibus, aut praeparationibus. Hoc significat Gratiam habeo, Gratiae enim aguntur bene ficiorum nomine acceptorum: non autem meritorum a nobis
665 aut operum collatorum. Christo) Deum esse ex eo intelligimus Christum, cui et vocatio,

[p.24]

et virtus conferens dona falutaria et nobis necessaria tribuitur 2 Corinth. 3.vers.5. omnis nostra idoneitas ex Deo est,

Potentem reddidit) Non dicit Paulus, qui me tantum iuuit, sustinuit, erexit: sed qui
670 reddidit potentem, vt valerem: alibi ait κάρωσε, et robustum vt persisterem. Ergo
prorsus extenuat et deiicit vires suas Paul. quas se ab vno Deo fatetur habere Neque hic
de prima sua ad Euangelium vocatione tantum, sed de toto ministerio suo et Apostolatu
agit. Vires enim a Deo nobis suggeri oportet ad vocationes nostras obeundas. Vires
etiam ad perseuerandum. Vnde ait idem Paulus collocans me in Ministerio. Hoc idem
675 de nobis sentire debemus, et ex animo quidem, non autem simulate et fict:e nec illud
Leonis x. Pontif Rom. blasphemum vsurpare, nos a Deo vocari meritis

CAPVT. I.

licet imparibus.

[p.25]

Fidelem duxerit) Illud ducere est efficere. Non inuenit enim nos Deus tales, sed efficit.
Nec enim idcirco Paulum vocauit Deus quod fidelem inuenerit I. quia erat blasphemus
680 2. quia frustra superius dixisset Robustum me fecit. Erat enim dicendum, Robustum
inuenit 3. Deinde et quod illa fide litas est idoneitas, quae non est a nobis, sed a Deo. Et
seipsum superioremque sententiam plane euerteret Paulus, si quid in eo praecessisset
boni oPeris fingamus, propter quod ipse a Deo sit vocatus.

13. Qui prius eram blasphemus et persecutor et iniuriosus: sed mei misertus est. nam ignorans id faciebam fidei expers.

Comparatio est, ex qua Dei gratia maxime amplificatur, et maxime quod aduersarii in
685 calumniae causam arripiebant, transfert in suum commodum, et sui ministerii maiorem
commendationem. Accusabant igitur quod fuisset Paulus antea (Blasphemus Insector
(Violentus Quae omnia concedit ille, quia et vera erant, et sic Dei gloria maior, et sua
vocatio ad Apostolatum illustrior apparet. Cum enim talis fuerit, mirum est vocatum
tamen a Deo esse Actor.9. et 13. Non loquitur de se Paulus vt hypocritae, sua peccata
690 minuens, sed ea exaggerat. est enim haec gradatio: Fui blasphemus. i. maledicere
solitus Deo. Deinde persecutor. Denique rabiosus et contu

AD I. PAVL. AD TIM.

melias omnes coniungens. Mirum Dei opus in Paulo vocando, vt de multis persecutoribus
verbi Dei non sit hodie desperandum. Opponit autem Dei misericordiam, per quam non
tantum veniam superiorum vitiorum consequurus est, sed etiam pulcherrimam illam
695 ad Apostolatum vocationem adeptus, omnibus suis sceleribus ne futuris operibus vel
quae Deus post Pauli vocationem edenda ab eo praeuiderat, electionis huius causam
tribuamus.

[p.26]

Addit tamen rationem, quia feci, et ignorans et ν πιστί . id est, carens fide et
cognitione. Non tantum igitur docet se ignarum fuisse prius: sed se de fide et verbo
700 Euangelii quicquam antea audisse vel fuisse edoctum negat. Hic igitur πίστις est
species ignorantiae, quae est maxime excusabilis, quum quis non ignorat ea, de quibus

oblata illi est cognitio: sed de quibus nunquam audiuit. Ergo πίστις non est hoc loco infidelitas et incredulitas cum quadam malitia et animi obstinatione coniuncta: sed simplex et praecedenti verbi Domini praedicatione carens. Vnde quaesitum est vtrum
705 ignorantia excuset peccatores a peccato. Quidam distinguunt inter ignorantiam Simplicem et Malitiosam. Alii inter ea quae ignorantur. Aut enim sunt vt illi aiunt, praecepta pertinentia ad Primam Legis tabulam, aut ad Secundam. Illa ignorare non conceditur, vt volunt. Haec autem licet, quae sunt Secundae tabulae. Res. Ignorantia excusat non a toto: sed a tanto Rom. 2.vers. 12. Nam si caecus caecum duxerit ambo in foueam
710 cadent: et qui ducit, et ipse qui ducitur. vt est Mat th. i5, et apparet, Genes. 2o. vers.5 et7.

CAPVT I.

Hinc autem quidam colligunt definitionem peccati in Spiritum sanctum: sed non satis apte.

[p.27]

14 Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide et dilectione in Christo Iesu

A ξησις Dei gratiae, quae vice confirmationis addita est, et ex verbis ipsis Pauli apparet,
715 vt omnis superioris vitae labes deleta esse doceatur. Probat autem hoc ipsom etiam ex effectis contrariis superiori illi vitae, nempe ex fide, quae opponitur blasphemiae priori: et ex Charitate in Christo, quae opponitur Persecutionibus, et Contumeliis prioribus in Dei Ecclesiam factis.

15 Fidus est hic sermo, et modis omnibus dignus quem amplectamur, Christum Iesum venisse in mundum vt peccatores seruet, quorum primus sum ego.

16 Verum ideo misertus est mei, vt in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam: vt essem exemplo credituris ipsi in vitam aeternam.

A νάκλασις eaque summo illustrandae Dei gloriae studio inducta, vt quod contra
720 ministerium Pauli maxime videbatur antea obiici posse, hoc totum ad pios consolandos confirmandosque iam valeat, quum in Paulo, tanquam pulcherrimo quodam speculo, insigne et singulare Dei misericordiae exemplum etiam maximi quoque pec

AD I. PAVL. AD TIM.

catores habeant. Ergo primùm se describit: deinde ex aduerso Dei misericordiam confert. Demum caeteros suo exemplo consolatur et exhortatur ad idem sperandum. Magnum
725 autem huius spei et certum fundamentum primum omnium ponit, nempe, Christum factum esse hominem, vt peccatores nimirum redimeret, etiam sceleratissimos. Quod fundamentum, quia magni est momenti, commendat solita praefatione, fidus est sermo et dignus infr. cap.3v.1.2. Timoth.2.V.19. Quanquam enim vniuersa scriptura sacra est per se, et in omnibus suis partibus amplectenda, et sermo fidus, tamen imprimis illa,
730 quae summa fidei nostrae saluii et spei capita complectitur, singulari quodam modo amplectenda est. qualis haec et inf. cap.3.V.16. Caeterum Christumvenisse, vt saluos

[p.28.]

faceret homines, est certissimum. idcirco.n. dicitur Iesus Math.1. et est hoc ipsum
α τημα θεολόγικον quod nulli Chri stiano esse ignotum potest nec debet, ideóque
diligem tius et retinendum et commemorandum. Vnde fit, vt mirum videri non debeat, si
735 qui talis antea fuit Paulus, misericordiam iam est consequutus. Ea enim gratia factus est
homo et Iesus Dei Filius Christus. At fuit maximus peccator Paulus: fatetur id quidem
ipse, non tantum modesta quadam sui deiectione vtens: sed vere et ex serio sensu animi
sui loquens, et quali a nobis infidelitas omnis maximeque obstinata debet apprehendi
cum pauore ac horrore conscientiae, Et hoc suum tam graue, et grande peccatum esse
740 illustrissimum summae Dei misericordiae erga omnes peccatores speculum decet, ne
desperet vlli, sed conuertentur ad Deum, et in eo spem vitae aeternae ha

CAPVT I.

beant. Ex hoc loco apparet quam sit enorme scelus persequi Christi doctrinam et seruos,
quanquam homines zeli velo conantur excusare tam impium facinus. Persequuntur
enim Christum ipsum, quo scelere nullum esse maius potest Act. 9. quanquam ex iis
745 tamen ipsis alii aliis grauius peccant: Li grauius, qui scientes veram esse eam doctrinam
nihilominus insectantur. Leuius autem qui eam esse Dei doctrinam ignorant, inter quos
fuit Paulus. In se vero primo dicit patefactam Dei clementiam illam ingentem, quod
non est accipiendum, ratione temporis. Omnes enim sumus natura filii irae, et neminem
ante Paulum vocauit ad se Christus, aut hodie vocat, qui non sit natura illius hostis et
750 persequutor, si votum spectes: Sed se primum vocat aliorum comparatio ne, et sceleris
sui detestatione, id est, insignem peccatorem et caeteris capitaliorem Ecclesiae Dei
Definit autem fidem et a subiecto, circa quod versatur. Est autem Christus: et a fine,
quem spectat vel potius sperat. Est autem vita aeterna.

*17 Regi autem aeterno, immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo honor, sit et gloria in
secula seculorum. Amen.*

Epiphonema, id est, sententia summi ardoris et vehementiae plena, in quam ex diuinae
755 erga se misericordiae meditatione erumpit Paulus, quoniam zeli sui feruorem, et suae
gratiarum actionis silentium comprimere iam non possit amplius. Itaque effundit hanc
praeclarissimam vocem de stupenda Dei bonitate, primum quidem erga se

AD I. PAVL. AD TIM.

patefacta: deinde quae cernitur in caeteris rebus omnibus. Quae nanque de Deo hoc
loco dicuntur, illi semper competunt, quanquam ad Pauli conuersionem optime quadrant,
760 in qua Deus suae bonitatis, sapientiae, gloriae, et immutabilitatis specimen eximium
ostendit. Ergo si quid mirum et incredibile inest ac occurrit in tanta Pauli conuersione,
ne mirentur. Nam est Deus qui conuertit, Deus, inquam, ille rex, et aeternus, qui potest
omnia, et ab aeterno fuit. Si quid alienum, et nouum apparet in eadem factum conuersione
est Deus ille sapiens. Si quid praeter humanam rationem extitisse cernitur, idem ille
765 Deus est inuisibilis, vt qui alia, quam carnali ratione operatur et exequitur sua consilia,
sua beneficia confert, et Euangelium suum prouehit. Itaque haec omnia Epitheta sunt

rot τιολογίαι, ne fictitium hoc esse videatur, et impossibile foctu quod Paulus de se narrat, et de Dei misericordia in conuertendis sceleratissimis.

770 Similia Epiphonemata passim apud Paulum occurrunt, vti Romanor. 9. vers.5. et infra 6 v. 16

Quatuor autem Epitheta Deo tribuit, Vocat enim Regem seculorum, immortalem, inuisibilem, sapientem et quidem solum. Alia quoque alibi. Deo nomina tribuuntur, sed hic selegit Paulus, quae magis circumstantiis sui facti et vocationis conueniebant, Romanor. 1.V.2o. et Exod.34.v. 67. et passim in Psalmis et haec, et alia leguntur.

775 Rex seculorum) dicitur quia condidit tempora non tantum haec quae dicuntur Α ιώνιαι Tit.1.V.2 et a rerum conditarum siue creatarum initio ceperuntised illa quae fluxerunt ante mundi crea

CAPVT I.

tionem, si modo nobis liceat bona Peripateticorum venia illam durationem tempus
[p.31]
appellare, vt docet Augustinus in liber Confe.11. Est enim Deus ante omnem temporis
780 non tantum durationem: sed etiam cogitationem. Istud tamen Epitheton quidam de Christo proprie scribi putant, quia Pater seculi nominatur Isai.9. vers. 6.sed alius est illius loci sensus. Idcirco autem Deus. i. Trinitas ipsa appellatur Rex seculorum. vt immutabilis et aeternus Deus esse intelligatur, qui nullum temporis principium habeat: Cui subsequens est, vt sit immortalis. Hoc enim significat φθαρος. Nec enim ad mores
785 incorruptos pertinet haec vox, vt nonnunquam accipitur, sed finem temporis excludit, que madmodum aeternitas principium παρξεως.

Inuisibilem) vocat iuxta illud Christi, Deum nemo vidit vnquam Ioan. 1.vers.18.id est, humano visu Deus conspici non potest, vt explicat Augustinus liber I.de Trinitate cap.6. Beati quidem Deum vident et videbunt, sed alia ratione et visione, quam haec
790 nostra est. Hoc de solo Patre quidam dici putant, quia Filius per carnem assumptam factus est nobis conspicuus Deus, quemadmodum etiam loquitur Paulus infra 3. vers.16. At nec in Christo ipsa deitas fuit conspecta, imo velo carnis fuit obducta et oblecta. Praeterea dicit Christus ipse, qui me videt, videt et Patrem Ioa. 1a v.9 vt ad Filium quoque hic locus referri debeat, quatenus Deus est.

795 Sapientem) vocat non eo modo, quo nos homines saepe sapientes dicimur, sed incomprehensibili prorsus sapientia, qua solus sapiens est et

AD I. PAVL. AD TIM.

quae quemadmodum. ait id I Corinth 2. sapientia repugnat et aduersatur mundi et
[p.32]
hominum sapientiae, vt si quid in ipsius operibus non comprehendimus, obmutescamus, et Dei consilium immensum adoremus, non autem in temperie quadam animi agitati
800 obstrepamus Deo, quod multi faciunt.

Soli) Quaesitum est vtrum haec vox ad Deum, an ad vocabulum sapienti sit referenda: quasi hic Deus vel solus Sapiens, vel solus Deus appelletur qui est aeternus, immortalis, inuisibilis. Varias sunt interpretationes. Ego vero potius existimauerim illud coniungendum esse cum proxima voce, Sapienti. Hic enim miram Dei sapientiam praedicat
805 Paulus, quae nulli homini satis nota esse potest, per quam e miserrimis et desperatissimis

peccatoribus, et Euangelii persecutoribus praecones, pastoresque Ecclesiae suae facit mutans eos mira sua potentia et virtute, vt ex lupis saeuissimis fiant oues placidissimae Isai.11.

810 Honorem autem et gloriam tribuit Deo. Alibi alia quoque tribuuntur, vti in Epist. Iudae in fine et 2. Petri 3.vers.18. quae duo videntur ita separari et distingui posse, vt τμη sit ipsius maiestatis Dei excellentia, splendor, admiratio, et virtus: δοξα vero illius tantae virtutis praedicatio, praeconium, et celebratio, quae fit ore hominum, vel Angelorum. Prius enim Dei maiestas agnoscenda est, post praedicanda.

815 Quaeritur autem. Vtrum haec de solo Patre, an etiam de Filio dicantur, et de Spiritu sancto, quia Arriani ad solum Patrem haec per tinere volunt, quem vnum proprie quoque contendunt

CAPVT I.

esse Deum Chrysostomus autem ad Filium hic refert. Respond. Si verba spectentur, ad Patrem referri, cui supra quae sunt propria diuinitatis tribuerat Paulus: si tamen res ipsa definiatur etiam ad Filium, et Spiritum sanctum referri, quia paria sunt Filius et Spiritus
820 sanctus cum Patre dignitatis: et confirmatur 2 Petri 3. vers. 18. nostra sententia. Quia vero superio. versiculo Christum nobis vti mediatorem, et hominem Paulus proposuit, ex more suo et scripturae, in Patris persona complectitur et restringit, quae sunt propria diuinae naturae. Est vero periculosa Erasmi annotatio ad hunc locum, qui id rarum esse in Apostolicis literis ait, vt Dei vocabulum Christo et Spiritui sancto tribuatur. Ac ne in
825 symbolo quidem Apostolico, Filium et Spiritum sanctum Dei nomine concedit proponi nobis. In quo toto coelo errat. Nam qua ratione Patrem confitemur esse Deum, cum dicimus Credo in Patrem: eadem etiam Filium agnoscimus Deum, quia sic enuntiamus, et in Filium: idem de Spiritu sancto et in Spiritum sanctum, praeterquam quod ita pronuntiatur prima illa pars Symboli Credo in Deum, vt illic dispunctio adhibeatur
830 Credo in Deum, et susistat vox: deinde explicatur quis sit ille Deus, nempe Pater, Filius, et S sanctus distincte.

[p.33]

18 Hoc mandatum commendo tibi, fili Timothee, nempe vt secundum praegressas de te prophetias, milites per eas bonam illam militiam.

Regressio est ad propositum, et huius Epistolae

AD I. PAVL. AD TIM

proprium argumentum, quod digressionem illam superiori de vocatione miraculosa Pauli fuerat interruptum. Ergo postquam a quibus vitiis Pastori Ecclesiae sit cauendum docuit, adiicit quae sit summa totius muneris ipsorum, nempe et vt Fidem sanam habeant, et
835 Conscientiam bonam et integram. Fidei nomine doctrinam vniuersam intelligit, quae ex puro Dei verbo docetur in Ecclesia:imprimis autem Euangelium significat, quae pars Scripturae fidem nobis proprie proponit, Bona conscientia ad ipsius pastoralis muneris executionem pertinet. Facit enim illa, vt sincere recte et integre, quemadmodum oportet,
840 in toto et vitae et vocationis nostrae cursu versemur, et nauigemus, donec ad portum peruenerimus. Est autem is portus mors. De vtraque sup. copiose vers.5.

[p.34]

Ex hoc autem loco facile intelligi potest, ecquod pastoris munus esse velit Paulus. Id quod ipse Tit.1.vers.9. amplius docet et Petrus I Pet.5. vers.2. Nempe vt pascant gregem Domini verbo Dei, quod proprium est animorum alimentum. Ad quod et doctrina pura, siue sana cognitione illius verbi opus est: et prudenti synceraque eiusdem dispensatione, et $\rho\theta\omicron\tau\omicron\mu\acute{\iota}$ vt loquitur Paulus ipse inf. 2 Timoth. 2 id est, ne sit personarum acceptator Minister verbi Dei: sed exactor a quoque officii, et cultus Dei. Quod si idem tunc de officio Episcopi receptum et constitutum fuisset, quod postea et in Papatu constitutum est, certe neque doctrinam neque bonam conscientiam commenda- ret et requireret in Episcopo Paulus. Quanquam enim Episcopum explorandum et exanimandum illi

CAPVT I.

scribunt cano. Qui Episcopus ordinandus dist.25. tamen cum munus Episcopi describunt et definiunt eo modo illi loquuntur, vt nihil plane cum hoc Pauli loco conueniat in cano. Perlectis dist.25 Ad Episcopum pertinet Basilicarum consecrati o Vnctio altaris, consecratio Chrismatis: ipse praedicta officia et ordines Ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicit, etc. Quae mera sunt tam sanctae dignitatis ludibria, nimirum tam procul a vero Episcopatus sine in Papatu receslum est.

Commendat autem Paulus hanc suam, quanquam breuem pastoralis muneris descriptionem duplici argumento, Generali, et Speciali, quo diligentius et a nobis omnibus, et a Timotheo excipiat et obseruetur diligentius. Generalis quidem ratio est quae a genere sumpta est, dum Praeceptum appellat, ergo non negligendum impune, et Depositum. Specialis ratio commendationis spectat Timotheum, et tum a suo in eum amore, tum ab ipsius officio ducitur, qui Prophetias de se ha beat plures Praecedentes, vt certus sit de Dei auxilio, et sua vocatione, Quod ad Prophetias, quidam, vt Chrisostomus, eas accipit de ordinaria via et electione, quam obseruatam esse vult in Timothei electione: alii de extraordinaria accipiunt, qualis illa, quae clara Dei voce facta est Actor. 13. Tale de Timotheo extitisse Dei testimonium volunt. Actor. 16 vers. 2. Ego extraordinariam electionem accipio hoc loco.

Vt milites per eas) Explicat Paulus qui modus sit Euangelici ministerii fideliter exequendi, nimirum, durum saepe certamen subeundum esse

AD I. PAVL. AD TIM.

sed in eo debere Timotheum sustentari bona spe quae Dei promissionibus generalibus, et praecedentibus illis Prophetiis incumbat. Ministerii vero Euangelici cursum comparat militari certamini, nec hic modo, sed in 2 Timoth. 2.vers.3 4.v. 7. vti et Deus ipse se comparat duci. Exod.15.V.5. vt intelligatur qualis sit Ministrorum conditio, nimirum dura et certaminum aduersus haereses et vitia hominum plena. Neque vero hoc facit, vt Episcopi militaribus se negotiis immisceant. Iure enim damnantur, qui arma tractant, Episcopi. Nam nemo militans Deo, se implicare debet illis negotiis 2 Timoth.2. vers.4 Hoc enim genus militiae est spirituale, non carnale, et arma Episcoporum sunt spiritualia:nempe, preces, lachrymae, verbum Dei:non autem carnalia, qualis est gladius bombarda, etc.

19. *Retinens fidem et bonam conscientiam: qua repulsa, nonnulli fidei naufragium fecerunt.*

880 Continuatio est: si militudine enim docet quantum sit erroris huius, qui in ministerio
Euangelico committitur, imprimis autem in bonae conscientiae desertione periculum.
Est enim fidei naufragium. In quo et magnitudo periculi, quia fit iactura fidei: et terror
ostenditur atque metus, quia naufragium appellatur. Est igitur bona conscientia velut
885 arca fidei et sanae doctrinae, ac intelligentiae thesaurus: tanquam illius cynosura, a qua
qui deflectunt, se et nauem, id est, intelligentiam illam sanam perdunt, iusto Dei iudicio
in eos grassante

CAPVT I.

[p.37]

perciti. Ex ea igitur scilicet bona conscientia torum vitae nostrae cursum regere debemus.
Quod autem bonam conscientiam homines Ethnici commendant, quale est illud, Nil
conscire sibi nulla pallescere culpa. Hic murus aheneus esto. et, Conscientia mille testes.
890 item, Bono viro nihil praeter culpam praestandum, et caetera huiusmodi: vim quidem
testimonii conscientiae demonstrant, quanta sit: praecipuum tamen periculum, quod ex
ea spreto metuendum est, non ostendunt, quod est hoc, amissio et euersio verae fidei
doctrinae, et cognitionis de nostra salute et Dei erga nos misericordia.

20 *Ex quibus Hymenaeus et Alexander: quos tradidi Satanae, vt discant non blasphemare.*

Hoc ipsum duobus exemplis confirmat, Hymenaei et Alexandri, de quorum altero agit hic
895 ipse in 2 Tim. 2.V. 17. cuius errorem qualis fuerit describit, in quem Alexandrum quoque
incidisse verisimile est. Fuit autem hic Alexander Ephesius Act. 19.V. 13. Vtrunque
autem ad terrorem caeterorum pseudopastorum punit Paulus excommunicatione quam
solenniter antea in Ecclesia factam fuisse verum est. Hic autem eam repetit, vt intelligant
omnes, quo iudicio digni sint omnes haeretici obstinati. Verba autem haec tradidi Satana
900 quid significant, D. Beza in I Corinth.5. vers.5. explicuit, ad quem lectorem remitto.
Nam illic melius explicatur, quam in canon. Audi denique. De forma vero Papisticae
excommunicationis

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.38]

ubi duodecim Sacerdotes circunstant Episcopum, et lucernas ardentes habent, quas in
terram proiiciunt. vide canon. Debent duodecim Sacerdotes 11. quaest.3.

CAP. II.

ADHORTOR igitur ante omnia vt fiant deprecationes, preces, postulationes, gratiarum
actiones pro quibus vis hominibus.

Transitio est ad alteram Euangelici muneris partem, quae est publicarum precum pro
quolibet hominum genere conceptio et profusio coram Deo. Quae disputatio commode

subiicitur tum ad susceptum argumentum, quia pastorem Ecclesiae de omnibus sui muneris partibus Paulus informat: tum etiam ad superiorem conclusionem, quia hoc
 5 ipsum est optimum pietatis Christianae exercitium, et verae fidei conseruandae modus tutissimus. Precibus enim impetramus a Deo, vt in sana ipsius doctrina et metu pergamus confirmemur, et crescamus. Hoc autem loco et capite Paulus breuiter complexus est, quaecunque de oratione siue precibus Christianorum quaeri possunt. I Quae sit, et quot eius genera. 2 A quibus sint preces fundendae. 3 Pro quibus 4 Vbi siue quo in loco. 5
 10 Quando. 6 Quomodo et qua cum animi reuerentia, et totius coetus decoro: quae singula suis locis a nobis (Domino

CAPVT II.

[p.39]

dante) explicabuntur.

Loquitur autem imprimis Paulus de publicis Ecclesiae precibus, non de singulorum Christianorum priuatis precationibus, quae fiunt a quoque domi et in conclauis. Nec enim
 15 has in domibus singulorum fidelium pastores facere debent: vel sufficiunt.

Sed primo loco quaesitum est. Quot sint pastoralis curae et muneris partes, vt intelligatur quam recte et ordine omnia persequatur Paulus Respondent Canonistae esse tres. Astaria siue basilicas totas consecrare: virginibus benedicere: Ecclesiasticos ordines distribuere, vt diximus supra ex canon. Perlectis S Ad Episcopum Distinct. 25.
 20 Haec Euangelici ministerii definitio prorsus inepta est, et vana, cum nihil huic simile doceat scriptura. Quare illi ipsi se reuocant, et alibi corrigunt, et melius sapiunt tota distinct. 85. Nam docent Episcoporum munus esse vt doceant corripiant, liberales sint. Priora duo reipsa pars sunt pastoralis muneris: tertium et postremum non item, sed illi cum omnibus Christianis commune. in Epist. vero ad Hebraeos cap.5.vers.1, 8. vers.3.
 25 9. vers. 24. dicitur fuisse officium Sacerdotis offerre, et precari pro populo. Paulus in Epist. ad Titum 1.vers.9. inf. cap.4. vers. 11. 2 Timoth.4. vers. 2. ait, ministerium Euangelicum positum esse in eo, vt pastores doceant sanam doctrinam, refutent falsam, denuntient et corripiant siue increpent aberrantes in Ecclesia. Hic autem addit etiam ad eosdem pastores pertinere, vt ipsi precentur publice pro tota Ecclesia, et praecipuis
 30 illius membris. Ratio est, I. quia, vt ait Chrysostom.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.40]

Pastor est velut communis totius coetus pater, qui omnium curam gerit. 2. Quia est publicum totius Ecclesiae os, vt nos in doctrina, et iis quae huic connexa sunt, erudiat, qualis est oratio. Ergo et precari debet, quia eo precante tota Ecclesia orat. 3 Hoc fuit officium olim sacrificatoris, in quo nulla caeremonia continetur. Hebr. 9. vers. 24.
 35 Numeror. 6.vers. 23. 4 Denique mos veteris Ecclesiae, quae Dei spiritu regebatur, in qua pro toto coetu, et ipsius nomine Pastores fundebant preces Deo, et populo benedicebant, vt ex variis historiis constat, et annotat Augustinus Epist.9o.

Ergo cum sint haec tria praecipua pastoris munera et officia, Docere, Corripere, et Precari, complexus est Paulus, Docendi verbo etiam correptionem. Precationem autem
 40 hic seorsim persequitur, quia est ministerii Euangelici pars praecipua, vti diximus.

Magnam autem vim esse huius publicae precationis, et magnam illius habendam esse

curam a pastore, docent haec verba Pauli et commendatio, ante omnia πρὸν πάντων. Est enim comparatio, et commendatio huius exercitii, tanquam omnino necessarii in Ecclesia Christi, et vtilissimi, denique retinendi. Neque tamen haec verba confirmant,
 45 vel iuuant Audaeorum siue Messalaniorum haeticorum errorem, qui puppim et proram salutis in precationibus, id est, certis statisque horis factis orationibus et de murmurationibus (quod hodie faciunt Monachi Papistici) ponebant: sed tantum docet Paulus, quam debeamus sedulo et diligenter precari Deum: et quam sollicitum de eo debeat esse non modo pa

CAPVT II.

[p.41]

storis, sed singulorum etiam fidelium studiym. Preces enim publicas quidam impiissime, etiam hodie contemnunt.
 50 Ait autem Paulus, Adhortor, Quae vox negligentiam nostram perstringit, et arguit. Quamquam enim et Dei ipsius maiestas, et promissio iussioque: item fructus ipse, quem ex precibus nostris vberimum sentimus, satis nos ad precandum excitare deberet, sumus tamen natura nostra mire ad orandum frigidi, et torpentes. Itaque exhortandi et euigilandi sumus. Christus ipse nos ad petendum et precandum adhortatur. Petite et inuenietis,
 55 Matth.7. vers. 7. Vae igitur somnio pigritiaeque nostrae etc. Luc. 17

Ut fiant deprecationes) Primum praeceptum ponit quod est, faciendas esse preces in Dei coetu cui secundum adiungit, nempe pro omnibus: ex quibus tertium iam facile colligi potest, A quo fieri debeant: nempe, a pastore. Nam agit (vt diximus) de publicis precibus. Sed ex hoc ipso loco definiri potest, Quid sit oratio, et quot illius sint genera
 60 siue species. Precandus est igitur Deus quod extra dubium est, et concedunt non modo Christiani homines: sed etiam Ethnici et profani, vt et Tertullian. in libro de Testim. conscientiae, et Iustinus Martyr in liber de Monarchia Dei copiose docent: item, Iuuenalis, Persius, et Horatius et alii poëtae id docent. Homerus, et Virgilius, qui suos inducunt preces fundentes ad Deum, et eum inuocantes. Nec gens vlla est, quae si testimonium et
 65 vocem propriae conscientiae audiat, hoc axioma neget esse verum, vel refutet.

Vult autem Paulus fieri deprecationes, preces

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.42]

postulationes, et gratiarum actiones. In quo primum est obseruandum non temere tot voces esse simul congestas, sed partim vt precandi assiduitatem et studium inflammet, incitet et inicit nobis his tot verbis, nosque excitet, quemadmodum dixi: partim vero
 70 vt diuersa esse precationum genera ostendat, quemadmodum diuersi sunt hominum affectus, diuersa hominum conditio, diuersa nostri status ratio, et ita pastor scite accommodet quae sunt cuiusque orationis generis propria. Denique, vt ostenderet Paulus, regum, et principum, caeterorumque hominum commemorationem in nullo precum genere omittendam esse, tot species commemorauit, itaque omnes negligentiae tollit
 75 excusationes.

Cap.1. Quaeritur autem primum quomodo hae voces differunt δέησις, προς χη, ντάξις, et Εχαριστία Quod vt commode fiat primum explicetur et definiatur, quid sit oratio in genere

Est oratio (ait Damascenus) *πρεπόντων α τήσις*, id est, Decentium postulatio
 80 petitióque a Deo. Igitur complectitur res, quae sunt a Deo postulandae. Illas enim solas
 fas est, et decet nos petere a Deo. Dicitur autem a Latinis Oratio ab ore, quia ore fit.
 Nec enim orationem vocabant quae intus et corde tantum conciperetur, non etiam ore
 proferretur. Vnde orationis vim in dicendo maximam et in gestu esse respondent. Varro
 liber 5. de lingua Latina. Hebraei vocant *א תהי* a iudicando, quia deiici nos coram Deo
 85 necesse est, si vere precari velimus, id quod ex animo sensuque nostrae inopiae facile
 fiet. Definitur etiam oratio Dei veneratio animi nostri vota et affectus illi

CAPVT II.

[p.43]

pandens, vt auxilium ab eo impetremus. Id colligitur ex Tertulliano, et Psal. 142.vers.2

Quotuplex autem sit oratio quaeritur, Resp. Est duplex, Implorans eaque pro
 nobis, vt Bona det Deus, Mala auertat et auerruncet: vel pro aliis. Et Agens gratias, Est
 90 *Ε χαριστία* Psal.22.

Quae inuocat et petit *α τήσις* appelletur nomine generali, et oratio siue *χη* Quae
 vero pro nobis ipsis postulat a Deo bona *προς χη* dicitur, vt Psal 61. Quae petit vt a
 nobis auerruncetur et abigantur mala, *δένσις* vti Psal. 14o.

Quae pro aliis interpellat et intercedit apud Deum est *ντάξις*, vel *μεσιτεία*. Haec
 95 tot sunt genera precationum publicarum. Vide tamen August. Epist. 59.

Cap. 2. Quaeritur autem a quo fieri preces debeant et possint. Resp. Ab omnibus
 in vniuersum: sed priuatae a priuatis. Publicae vero a solis iis qui Ecclesiae praesunt,
 quales pastores et olim Diaconi. Ac quoad priuatos scribit Chrysostom. iam olim fuisse
 solitos Christianos bis in die, scilicet, mane, et vesperi domi precari, adeo vt milites ipsi
 100 in castris id consuissent, et data est illis a Constantino breuis formula et precatio, quam
 mane et vesperi dicerent. Eusebius liber 4. de vita Constantini. Sed de publicis precibus
 hic agimus.

Primum igitur Pastores debent precari publice. Ad eos enim haec res pertinet. Sed
 etiam ex veteri Ecclesiae disciplina Diaconi possunt et Presbyterii etiam ii, qui doctrinam
 105 non tractant. Eorum enim muneri preces adiunctas fuisse scriptum est, in canon Perlectis
 5 ad Diaconum dist. 25

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.44]

et apud Socratem Scholast. lib, 2. Histor. cap.11. etiam praesente Episcopo, quanquam
 eodem praesente sacramenta administrare Diaconus non potuit, vt est in cano. Peruenit
 distinct 93.nisi ab Episcopo iussus esset.

Quod autem obiici potest de Solomone, qui, adstante summo sacrificator, etiamem
 preces publi cas pro populo fudit, vt est 1. Regum 8. vers.14. non obstat. Hoc enim semel
 tantum factum est, et quidem extraordinarie. Nam Azarias rex et successor Solomonis,
 qui in Sacerdotii munus irruere voluit a Deo lepra percussus est, et segrex factus 2. Reg.
 26. vers.18.

Cap.3. Quaeritur pro quibus fieri debeant preces Resp. pro omnibus, id est, quouis
 hominum genere, religione, sexu, aetate, conditione. Sic enim vox *πάντες* hoc loco
 sumitur, vti et postea quemadmodum doctissimus Beza obseruauit. Ratio est, Quod

homines quosuis pro Dei creaturis, et pro proximis nostris agnoscero debeamus. Ergo omnium vita, salus, et conditio nobis curae debet esse, nec quisquam negligendus, quantunuis pauper, humilis et abiectus.

Excipiunt tamen quosdam Scholastici, imprimis inimicos nostros, pro quibus non putant specialiter orandum esse. Communia enim humanitatis officia tantum illis tribui oportere: non autem haec tam egregia, quae solis amicis debemus, qualis est oratio. Durand. in liber 3. Sentent. distin. 3o. quaest. 1. et Thomas in 2. 2ae quaest. 25. Quae sententia quam sit falsa docet Christus ipse Matt. 5, vers. 44. Precamini pro iis, ait, qui vos infestant. item docet hic Paulus qui iubet nos precari pro.

CAPVY II.

[p.45]

regibus, qui tunc proculdubio erant infesti hostes Christiani nominis, et persecutores.

Quaeritur vero vtrum pro excommunicatis et haereticis sit in publicis precibus precandus Deus. Nam qui orat cum excommunicato, est et ipse excommunicatus canon. Qui communicauerit II. quaest. 3. qui canon est ex consil. Chartag. 4. cap 73. Deinde dicit Ioan. ne salutandos quidem eos esse, aut Aue illis dicendum 2. Ioan. vers. 1o. 11. quare nec pro iis videtur esse precandum. Resp. Cum aberrantes sint in viam reuocandi. vt monet Iacobus cap. 5. vers. 19. nec excommunicatio ad subuersionem, sed ad aedificationem sit instituta, vt conuertatur ad Deum qui peccauit. 2. Cor. 7. vers. 1o. 1o. vers. 8. etiam pro haereticis et excommunicatis est precandum, eoque vehementius et ardentius, quo magis sunt a Deo illi alieni et exitio suo proximi. Atque haec breuis responsio est.

Quaeritur etiam Vtrum pro viujs solum sit in Ecclesia precandum, an etiam pro mortuis: haec quaestio videtur ardua et valde difficilis propter morem veteris Ecclesiae, et propter ea, quae scribit Epiph. contra Arianos haeres. 75. qui hoc fieri debere negarunt. Omitto enim quod Papistae ex 2. Machabus 12. vers. 43, et a5. afferunt. Primum enim non sic legitur, vt legunt, Bonum est orare pro mortuis, et totus ille locus pertinet ad spem de resurrectione carnis, non ad preces pro mortuis. Deinde quod est vers. 4o. Res est igitur salutaris et sancta, plane glossema esse apparet. Denique nec fidem meretur ille totus liber cum sit Apocryphus, et excusationem authoris longe a Canonibus

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.46]

cis libris dissimilem contineat cap. 15v. 39. Afferuntur igitur testimonia veterum, imprimis autem Augustini liber de Cura pro mortuis cap. 18. quod canonizatur (vt vocant) cano. Non aestimemus 13 quaest. 2. item aliud eiusdem Augustini dictum cap. 11o. in Enchirid. Sed etiam Arnobius vetus scriptor Ecclesiasticus idem confirmat liber 4. Aduers. gentes sub finem libri nempe pro viujs et mortuis in Dei Ecclesia precatos esse Christianos. Resp. Nullo verbi diuini fundamento niti August. vel Arnobium, sed sola quadam erga mortuos beneuolentia et humanitate, solisque coniecturis. Id quod nec Augustinus ipse dissimulat. Praeterea possunt adduci alii eiusdem August. loci, ex quibus quam varius in ea re fuerit intelligitur, quemadmodum in Enchir. pridem annotauimus. Denique opponuntur Augustino scriptores, patresque Ecclesiastici, et ii quidem pii, et Orthodoxi, quemadmodum Ambrosius in libris qui inscribitur Abraham

cap.9. vbi id tantum mortuis a viuis praestandum docet, vt eos sepeliant: non vt pro iis orent, id quod etiam videtur confirmari posse responso Christi quod est Matt. 8. vers. 22. Obiicitur etiam Hieronymus, cuius haec est apertissima sententia. In praesenti seculo
 160 siue orationibus siue consiliis inuicem posse nos iuari. Cum autem ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, nec Noe, nec Daniel, rogare posse pro quoquam. Quam sententiam Papistae ipsi in suos canones retulerunt cano. in praesenti 13 dist.2.

Origo autem huius mali ex paruis initiis cepit. Primum ex eo quod cepit piorum, qui pro nomine Christi passi erant, et mortui, in Ecclesia et

CAPVT II.

165 imprimis in Synaxi, publica mentio publice fieri. Vnde Martyrologia nata sunt, qui sunt libri in quibus nomina Martyrum descripta erant, quae ex scripto in communicatione Coenae recitabantur. Inde ad eorum sepulchra ceperunt homines precari, et vigiliis agere, et liba offerre, vt docet Augustinus in liber de Moribus Ecclesiast. cap.14. et Epist.119. quem tamen morem idem Epist.64 sublatum et abolitum esse cupit. [p.47]

170 Addunt Papistae quasdam exceptiones alias, quae sunt nullius momenti. Ac primum interdunt ne omnino pro iis oretur, qui sibi manus violentas attulerunt: qui si mortui sunt, vera est eorum sententia, sin minus, falsa. Possunt enim resipiscere. Est tamen hoc Papistarum dictum in cano. Placuit vt hi 23. quaest.5. et est ex concil. Braccarens. Act. 34.

175 Deinde iubent, ne precemur pro clericis qui in bello pro Gentilibus occubuerunt, dum eorum partes et castra sequuntur. Est ex Tiburiensi concilio in cano. Quicumque clericus 23. quaest.8. Sed haec exceptio vana est, quia non est pro mortuis orandum.

Excipiuntur igitur ab hoc Pauli dicto ii soli, qui in Spiritum sanctum peccant, pro quibus minime est precandum, quemadmodum docet Ioan. 1. Epist.5.vers.16. et exemplo
 180 Saulis confirmatur 1. Samuel 16. vers. 1.

2 Pro regibus et quibusuis in eminentia constitutis: vt tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate et honestate.

AD I. PAVL. AD TIM.

Πρόθεσις quae non modo superius praeceptum illustrat: sed etiam explicat. Addit enim illud ipsum, de quo magis aliqua et anceps quaestio erat pro ratione temporis, quia tum omnes pene magistratus: imprimis autem summus, qui erat Romanor. Imperator, erant et infideles, et persecutores Ecclesiae. Iubet tamen vt pro iis Magistratibus precemur,
 185 non tantum Summis, quales regum nomine significantur: sed etiam Inferioribus, qui describuntur ex eo, quod supra reliquum populum eminent Dubitari vero de iis maxime potuit, quod Euangelicae doctrinae essent hostes, qualis Nero Imperat. dissimilis locus 1. Tessalon.2.v. 16. vbi qui praedicationem Euangelii impediunt, in manifestorum reproborum numero et albo recensentur. Deinde vetus Ecclesia preces concepit aduersus
 190 Iulianum Apostatam imperatorem. Sed solutio ex eo est, quod ii, de quibus agit Paulus in Thessal. cap. secundo non ignorantia, non sola infidelitate animi: sed obstinata prorsus malitia peccabant, et tanquam in Spiritum sanctum, vti peccauit Iulia. Apostata. Distinguendi vero sunt qui hoc modo peccant ab istis, de quibus agit Paulus hoc loco. [p.48]

195 Similis locus est, Hier. 29. vers. 7. orate pro pace Babylonis. item orate pro iis qui vos persequuntur. Denique vetus mos Ecclesiae idem probat, in qua pro Imperatoribus et praesidibus prouinciarum, quanquam eam affligerent, orabatur, quemadmodum scribit in Apologet. Tertullia. et Iustin. Martyr.

Donatistae tamen contra disputant, quod Imperatoris edicto poena in eos, si in errore persta

CAPVT II.

200 rent, indicta esset. Nullos enim' aut paucos omnino reges pios fuisse contendunt, vel Ecclesiae fauentes. Sed eorum argumentis ineptissimis et falsissimis respondet Augustinus in liber Contra secundam Epist. Gaudentii. [p.49]

Addit autem rationem Paulus, quo et superiorem exhortationem, confirmet, et nos ardentius inflanmet, atque stimulos addat et excitet ad officium. Est autem ducta haec ratio 205 ab immensa quadam vtilitate, quae triplex hic enumeratur, nimirum quod Magistratum ope et ministerio Pax, Pietas, et Honestas inter homines stabilitur et conseruatur.

Ac pax quidem siue tranquillitas tum publica tum priuata, ad quam constituendam ordinatus est a Deo Magistratus: atque etiam Dei praecepto gladium gerit, vt docet idem Paulus Rom.13. Vtraque vero pax est Dei donum, et summum omninóque necessarium 210 humanae societatis retinendae vinculum.

Pietas vero, quae Dei cultum continet etiam ad Magistratus politici, non tantum pastoris curam et officium pertinet, quia vtriusque tabulae constitutus est custos Magistratus. Conuenit autem haec sententia cum Psalmo 101. et cum exemplis Iosiae, Ezechiae, Theodosii, Constantini Magni et aliorum piorum regum, qui cultum Dei deprauatum ex 215 ipsius verbo reformarunt et restituerunt. Ex hoc autem loco concludi certissime potest etiam inquisitionem de haeresi, et punitionem eorum, qui merito erroris et haeresis damnati sunt ad Magistratum pertinere, quemadmodum etiam disputauit Augustinus, quanquam Castallionistae hoc nostro seculo negant, et farraginem omnium

AD I. PAVL. AD TIM.

que errorum licentiam concedendam scribunt et deffendunt, ne quis, aiunt propter suam 220 opinionem puniatur, quasi vera religio sit opinio quaedam et hominum commentum. [p.50]

Honestas decorum proprie est, vt non tantum nostra cum proximo commercia regantur rectis et aequis legibus, sed etiam omnis honesta modestaque conuersatio inter nos locum habeat, etiam in rebus mediis, et quas indifferentes vocant, veluti in communi vestitu, victu, officio, et quatenus pro quoque hominum genere et vocatione distinctio quaedam 225 officiorum est inter homines adhibenda. Haec ταξία ordo et politia honesta magnam aedificationem habet, et verae pietatis quodammodo custos est.

Confutat autem hic locus pulcherrime Anabaptistas, qui Magistratum ex Ecclesia Dei tollunt, vt pestiferam ναρχίαν inducant. Quam sit autem illius vsus vtilis et Ecclesiae necessarius vel vna haec Pauli sententia perspicue demonstrat.

230 Sed quaesitum est, Num pro iis tantum Magistratibus sit precandum, qui suo recte defunguntur officio, et a quibus pax, pietas, honestasque constituitur aut conseruatur. Resp. Ipsum Magistratus finem, qualis a Deo praescribitur, spectandum, non autem vitia

personarum quae eos gerunt. Hic enim in vniuersum harum vocationum finis est, quem
 235 proponit Paulus, propter quem nobis commendati esse debent Magistratus, id est, qui
 munus publicum gerunt, quanquam male officio suo fungantur. Sed pro bonis orandum
 est, ut eos nobis Dominus conseruet. Pro malis autem ut eos conuertat et ad officium
 faciundum

CAPVT. II.

excitet spiritu suo. Itaque semper pro iis orandum est.

[p.51]

3 Nam hoc bonum est, et acceptum coram seruatore nostro Deo.

Αἰτιολογία est, eaque duplex. Nam altera ducitur a Nostro officio vel rei ipsius natura
 240 καλὸν ὅτι altera a Consequenti vel connexis, sunt preces tribuendae Magistratibus,
 quia et eos Dominus ad gratiae suae participationem et Ecclesiae communionem vocat.
 Itaque hoc Ecclesiae subsidio priuandi non sunt. Ex hoc autem loco colligitur ecquod
 sit verum nostrarum precum fundamentum nimirum Dei voluntas et promissio. Haec
 enim vna est optima recte legitimeque orandi regula quemadmodum etiam tradit Ioan.
 245 in 1. Epistola cap. 5.vers. 14. Denique haec eadem valet in omni cultus Dei parte.

4 Qui quosuis homines vult seruari, et ad agnitionem veritatis venire

Altera ratio quae a connexis sumpta est. Non sunt enim priuandi et excludendi a publicis
 Ecclesiae precibus ii, ex quibus Deus ipse colligit Ecclesiam, et qui ad eam spe promissio-
 250 neque a Deo accepta pertinent. At Magistratus, etiam qui nunc sunt a Dei cognitione
 alienissimi, spe tamen ad eam pertinent. Quamobrem non sunt eo fructu, dono et ea spe
 defraudandi. Ac propositio quidem huius syllogismi verissima est, quae non tantum hac
 ratione quae naturalis est confirmatur, quod quae sunt inter se connexa, non sunt

AD I. PAVL. AD TIM.

diuellenda, sed etiam autoritate Scripturae Act. 11.vers. 17. Non est nostrum(inquit
 Petrus) Deum prohibere, et iis gratiae testimonia aut aditum denegare et praeccludere,
 quibus eam Dominus ipse largitur et concedit. Voto enim Dei subseruire debemus.

[p.52]

255 Assumptio vero confirmatur a Paulo, et hic disertissime est expressa, adhibeturque
 argumentum a genere ad speciem, sic, vult Deus omnes homines saluos fieri, et ad fidem
 et Ecclesiam vocari, Ergo et Magistratus.

Quaesitum vero est, quae sit huius tam generalis Pauli sententiae ratio, vult Deus
 omnes homines, etc. Respon. Explicari hac sententia antiqua Prophetarum vaticinia,
 260 quae de vocatione Gentium loquuntur, in quibus, Dei gratia omnibus hominibus, sub-
 lato nationis, sexus, aetatis, et ordinis discrimine, promiscue promittitur, in priusque
 illa differentia quae olim inter Gentes et Iudaeos constituta erat, hodie cefsat. Quale
 vaticinium est Ps.2. Pete a me et dabo tibi Gentes in haereditatem tuam Malac. 1.V.11.
 Nomen meum a solis ortu ad occasum magnum est etiam inter Gentes Isai.11.v.10. Et
 265 illo tempore, erit, requirent Gentes radicem Iesai, etc. Imprimis autem de vocatione mag-
 istratum ad fidem et Ecclesiam iidem Prophetae Dei concionati sunt, veluti Isai.32.V.1.

et2. Ecce in iustitia regnabit rex, et principes in iudicio praeerunt. Et erit ille vir velut latibulum a vento, receptus ab imbre, riui aquarum in terra arida: vmbrā magnae rupis in terra laboriosa. etc. item cap. 6o. vers.16. Et suges lac Gentium, mamillam regum suges. Quae omnia Deiverba non dubi

CAPVT II.

[p.53]

tat Paulus impletum iri. Itaque vere etiam Magistratus ad Dei Ecclesiam pertinere pronuntiat.

Deinde a natura et definitione Euangelii idem probari potest. Est autem Euangelium potentia Dei ad salutem omni credenti siue Iudaeo, siue Gentili, vt docet idem Paulus Romanor. 1. vers. 16. Nec enim, vt Lex, sic Euangelium vni tantum hominum generi et nationi destinatum aut proponendum erat. Ex hoc autem loco intelligimus etiam nos pro Ethnicis et Gentilibus veluti pro Turcis, Iudaeis, et iis qui adhuc in orbe terrarum idololatrae manent (quales in India et insula America innumerabiles pene sunt populi) Deum orandum esse. Id quod etiam hoc loco Chrisostom. annotauit, quanquam de eo variae fuerunt Augustini tempore quaestiones, quemadmodum ex ipsius Epistolis apparet.

Modum etiam per ξήγησιν addit, quo ad salutem homines perducuntur, nimirum veritatis agnitionem. Hic autem veritas non est accipienda cuiusuis cognitionis doctoris et disciplinae certum effatum, certaue sententia, et cum reipsa consentiens, sed Euangelium tantum quod κατ' νομᾶ- σίαν et insigniter veritas appellatur, tum quod illa sit certissima doctrina et a Deo ipso immediate profecta: tum etiam quod sola sit veritas aestimanda, a nobis et consecranda, et persequenda: reliquae vero artes quatenus huic subseruiunt et ad vitae huius commoditatem pertinent, exercendae. Ex quo etiam colligitur non alios velle Deum saluos fieri, quam qui ad fidem Euangelii perueniunt, illique credunt. Non sunt enim ista duo distrahenda, quae hic Paulus coniungit, ne quis se

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.54]

putet contempto spretoque Euangelio salutem aeternam consequi posse, ad quam sola fides est via. Id quod tamen hodie multi factitant, qua quemque in sua, quam vocant, religione saluum fieri sentiunt. Quae fuit Rethorianorum haeresis, nunc autem est Turcarum impiissima sententia.

Varie vero de horum verborum. Vult Deus omnes saluos fieri sensu quaesitum est, quemadmodum ex Augustino apparet in Enchirid. cap. 1o3. Primum enim videntur Libertinistarum, et Origenistarum errorem confirmare, qui negant vllum hominem esse a Deo damnandum, et aeterna morte puniendum. Deinde etiam fauere eorum errori, qui reprobationem Dei prorsus tollunt, quasi omnes homines sint a Deo electi, nulli autem reprobat. Denique hoc ipso loco perperam explicato se tuentur et Pelagiani, qui liberum ad vtranque bene et male agendi electionem arbitrium in nobis statuunt: et Semipelagiani quoque, qui Dei gratiam de congruo quam appellant, cum libero nostro arbitrio tanquam duo simul et aequaliter cooperantia in bene agendo coniungunt. Hi vero errores omnes, ex eo nascuntur, quod vox ipsa omnes, non recte sumitur hoc loco.

Ac Scholastici quidem nonnunquam ita sentiunt ideo omnes dici a Deo saluos fieri quia dedit Deus omnibus hominibus naturam per nos ordinabilem ad felicitatem vt loquuntur. Contra vero nostra felicitas non ex naturae nostrae conditione, sed ex mera Dei gratia pendet, et eatenus ordinabilis est ad eam nostra natura, quatenus Deus ipse nos ita fingit, destinat, et ordinat: non autem quatenus reliquis homi

CAPVT II.

[p.55]

nibus pares et similes natura sumus. Alii sic explicant, vt vocem omnes coniungendam esse doceant cum eo quod sequitur ad veritatis agnitionem peruenire, quasi non vniuersaliter neque tam late sit accipienda quam sonat: sed ex sequenti illa sententia restringenda, vt ii tantum intelligantur comprehendendi, qui credunt, vel credituri sunt Euangelio. Consir matur ex Matth.14 vers.35.36.

Tertia interpretatio est eorum qui volunt omnes saluos fieri a Deo qui salui fiunt: quasi hic non definiatur, qui salui futuri sint: sed a quo salui fiant, qui saluantur. Sic nonnunquam explicat Augustinus.

Verior autem sententia et iustior, meo quidem iudicio, interpretatio est haec, vt vox omnes tollat discrimen ordinum, nationum, sexuum et huiusmodi rerum, quae inter homines percipiuntur. Ex omni enim hominum genere, sexu, aetate, Deus aliquos ad se per Euangelium vocat. Itaque non pro singulis generum accipitur, sed pro generibus singulorum vt loquuntur in Scholis, id est, non pro personis, sed pro hominum generibus.

Duplex est enim huius vocis significatio. Saepe enim ita dicimus omnes, vt singulos complectamur: saepe vero, vt quosuis, non autem singulos. Sic dicitur Christus sanasse πάντα νόσον, id est, quemuis morbum. Matt. 9.v.35. Sic Paulus in 2. Thess. 1.V.3. coniungit καστον cum voce π ντων. Et hanc esse duplicem huius vocis significationem primus obseruauit Aristoteles liber 2. πολιτικ oprimus Graecae linguae author et interpres.

AD T. PAVL. AE TIM.

[p.56]

5 Vnus enim Deus, vnus etiam mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus.

330 Α τιολογία superioris sententiae, ab effectu. Non esset vnus Deus, et vnus mediator omnium, nifi omnes, id est, quosuis homines saluos faceret. Si enim vnus tantum hominum generis vel ordinis salutem procurat et perficit Deus, necesse est plures deos constitui:itemque plures mediatores Quorum vtrunque blasphemum est.

Similis locus est Romanor.3.vers. 29. Psal.1o5. vers.7 et 33.vers.5.

335 Obstat autem Psal.76. vbi in sola Iudaea notus Deus esse dicitur. Responsio est, Sublatum nunc esse inter Gentes et Iudaeos discrimen, quod olim fuit, quia vtrique, diruta per Christum maceria, in vnum populum coaluerunt.

Deus autem quorumuis hominum vnus neque esse, neque dici potest, nisi suae bonitatis, clementiae, misericordiae et electionis testimonia et effecta proferat in quosuis.

340 Quamobrem quosuis ad salutem vocare et efficaciter quidem debet.

Iam vero ex hoc Pauli responso Manichaeorum, Marcionitarum et huiusmodi aliorum haereticorum error fanaticus refellitur, qui duos Deos, duoque principia constituunt, et

alium Iudaeorum Deum, alium autem nostrum somniant. Vnus autem est omnium Deus, non plures.

345 Sed etiam mediator vnus est, non plures. Is autem Mt Christus homo. Quod variis rationibus confirmari potest. Prima, Quod vnicum est semen illud Abrahae, in quo promittuntur benedicendae omnes mundi nationes Genes.15. et 17. Galat.

CAPVT II.

[p.57]

3. Vers. 16. Secunda, Quod ad vnum et eundem nos reuocat tota veteris et noui testamenti scriptura. Veteris enim Legis caeremoniae et sacrificia nos ad eundem Christum deducunt, ad quem etiam Euangelium. Itaque Christus is, qui per Euangelium praedicatur, dicitur esse finis legis. Tertia, Quemadmodum Deus non habet duos filios naturales: ita neque duos mediatores constituit, sed de vno tantum illa Dei vox est, Ille est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui Matth.3. Consentit cum hoc dogmate, et quidem verissimo Augustinus qui liber 2. contra Epistolam Parmenia. cap. 8. negat plures esse
355 mediatores hominum: sed vnum tantum Iesum Christum.

Similis est locus in Epistola ad Hebraeos cap. 7.vers. 26. Non enim potuit quilibet Pontifex apud deum munere mediatoris pro nobis et officio fungi: sed is solus, qui pius, innocens, segregatus a peccatoribus, et sublimior coelis factus est. Is autem est Christus solus.

360 Obstare vero multa videntur quae afferri possunt. Ac primum.

Prima ratio, Quod alii pro aliis orare iubemur. Iac.5. Responsio est, quod nostrae illae preces non propter nos gratae sunt Deo: sed vnus Christi merito et intercessione. Eatenus enim Deo o placent, quatenus et fidei et mutuae inter nos charitatis sunt effecta atque fructus, quae vtraque innititur Christo.

365 2 Moses et Sacerdotes Leuitici dicuntur fuisse intercessores et mediatores inter Deum et populum Exod.32.Resp. Puerilem esse obiectionem.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.58]

Illic enim intercedere nihil aliud significat quam internuntium et medium esse: non autem ipsam Dei gratiam nobis promereri.

Tertia, Obiicitur, locus Galat.3.v,2o.Respo. Est sophistica obiectio. Negatur quidem
370 internuntius et mediator esse vnus tantum, non autem negatur esse vnus.

Quarta, Angeli et Sancti vita functi, sunt nostri coram Deo intercessores. Nam sine mediatore non possumus accedere ad Deum, vti nec regem sine purpurato, qui nos intromittat, adimus. Resp. Praeter verbum Dei et Angeli et sancti nostri mediatores inducuntur. Nam de Angelis nominatim vetat Paulus ne colantur. Coloss.2. De sanctis
375 vita iam defunctis ratio prohibet, quod et ipsi mediatore egent: neque fuerunt sancti et impolluti. noster autem aduocatus apud Deum debeat esse δίκαιος vt docet 1. Ioan.2. vers.2.

Quod enim affertur de mediatore alio intercessionis et salutis, conuellit vel ex hoc ipso Pauli loco, vbi agitur de precibus et intercessione. Item Hebr.7.vers.15, et 9.vers.
380 24.

Addit Paulus Christum hominem esse. Primùm quod ea ratione Christus mediator noster est, quatenus homo pro nobis factus est. Deus enim manens pati et implere illa, quae sunt nobis ad salutem necessaria, non potuit. Deinde ne immensus ille diuinae maiestatis fulgor et splendor, ad quem nobis, qui sumus terrae vermes et homines, accedendum est nos perterreat. Habemus enim qui nobis facilem ad Deum aditum praebeat, Christum nempe, qui nostris infirmitatibus compatitur, et qui, quia nostram naturam assum

CAPVT II.

[p.58]

psit, nobis iam formidabilis esse non potest. Heb 4.vers.15. Bernard. sermo.73. Canti. in tanta trepidatione electis fiduciam praestat naturae similitudo. Denique vt facilius quia naturam omnibus hominibus communem Christus assumpsit, intelligamus quorumuis hominum eum mediatorem esse, non vnus tantùm hominum generis, humanitatis vel hominis Christi mentionem fecit Paulus.

Quaesitum est autem, Vtrum Christus, qua tantùm homo est, noster mediator sit, quod et Stancarus, Menno quidam, et hodie noui Arriani sentiunt, an etiam qua Deus est. Resp. Cùm mediatoris oeconomia et officium ad totam Christi personam pertineat, neque aliter saluator noster esse potuerit Christus, nisi esset Emmanuel id est, nobiscum Deus, idcirco et qua Deus, et qua homo est Christum mediatorem nostrum esse fateamur necesse est.

Hoc autem docet et confirmat August. cùm in Enchirid. tum vero pulcherrime in libro de Ouibus et liber Confessionum. De qua re cum copiosissime doctiss.nostri temporis Theologi D. Caluinus in Epistola 312. et Theodo. Beza Epist. 28. disseruerint, plane superuacaneum puto latiùs hoc argumentum persequi.

6 Qui semetipsum dedit redemptionis pretium pro quibusuis, Christus inquam, testimonium illud suis temporibus destinatum.

A ξησις est, per quam non modo superiorem rationem confirmat a connexis: sed etiam me

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.oo]

diationis et intercessionis Christi pro nobis fundamentum explicat. Est autem ipsius sacrificium pro nobis, quod hic πεεεργασον quadam describitur. Sunt enim res inter se connexae, sacrificium et intercessio apud Deum: atque etiam ita inter se comparatae, vt vna alterius causa sit. Id quod his Epistolae ad Hebraeos locis confirmatur cap. 4.verf.14. 5vers.1. 7. vers. 15. 8.vers.3. 9. vers.24. atque etiam hac ratione. Quod cùm hic sit intercessionis finis, vt Deum nobis propitium et beneuolentem reddat, is demum apud Deum pro nobis intercedere potest, qui eum nobis placare potest. Placatur autem Deus, non alia ratione, quam plena poenae peccatis nostris debitae persolutione. Id autem solum Christi sacrificium et mors potuit. Ergo illa mors Christi intercessionis pro nobis est fulcimentum et fundamentum. Vnde perperam Scholastici, qui salutis et intercessionis mediat ores diuersos faciunt. Quod esse non posse satis ex superiore argumento apparet.

Definitur autem et ornatur hoc Christi sacrificium magna laude et encomio, quod ductum est ab ipsius effecto. Id autem est Redemptio nostra, cuius illud sacrificium fuit pretium integrum, plena merces, et iusta satisfactio siue persolutio. Dicitur autem
 420 Christus non tantum Seipsum dedisse: sed etiam Ipse se dedisse. Nam neque aliud pro peccatis nostris, quam seipsum dedit: neque cum dedit, inuitus aut ignorans id fecit, sed volens. In quo ipso commendatur impense Christi erga nos beneficium et charitas. Similis locus. Tit 2.V.14.

Nec caret μρέσι, quod sanguis Christi illo sacrificio effusus appellatur ν τλνρεσν,
 425 quia sanguis

CAPVT II.

[p.61]

ille Christi agni immolati longe est maioris pretii, et effectus, quam vitulorum et hircorum omnium sanguis. Est enim ille agni immolati sanguis, omni auro lapideque pretioso aestimabilior et potior, ut est Hebr. 9.vers. 12.1.Pet.1.vers.19. et vere plena et aequalis nostro peccato et debito satisfactio et pretium 1.Corinth.1.vers.30. Vnde non tantum
 430 λύτρον: sed ντίλυτρον dicitur, quod Latini dicunt contra auro venire, id est, iustum, et aequale rei ipsi pretium esse. Ex quo diluitur illa curiosorum hominum disputatio, Vtrum fuerit poena, quam pro nobis Christus pertulit, ae qualis peccatis nostris, ut peccata ex merito Christi deleantur. Fuit enim, ut hic docet Paulus, aequiualens, id est, aequata ipsi peccatorum nostrorum foetori apud Deum, et plane satisfactoria poena Christi perpessio
 435 et obedientia.

Secundo vero loco notandum est, Nullam aliam satisfaciendi diuinae iustitiae pro peccatis nostris rationem esse a Deo constitutam, illique gratam et acceptam praeter sanguinem vnus Christi. Itaque nec opera quae vocant bona: nec caeremoniae, nec vllius alicuius rei, quantunvis pretiosae, donatio, aut ratio potest pars esse satisfactionis
 440 nostrae coram Deo, quae in solidum in vna Christi morte quaerenda nobis est. Sed nec ex parte tantum Christus satisfecit, veluti ut deleat ea tantum peccata, quae dicuntur venialia: aut quae ante Baptismum commisimus, nobisque nocebant: sed etiam expungit, et redemit:

Addit Paulus τὸ μαρτύριον καιρο ς δίοις. Haec abrupta videtur esse oratio, itaque
 445 obscurum habet sensum, et diuersas interpretationes. Alii e

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.62]

nim ad sequentem versiculum referunt: alii huic coniungunt: alii mutandam censent vocem μαρτύριον in vocem μυστήριον. Mihi vero videtur planus et facilis horum verborum sensus, si ab initio quinti versiculi ad hunc vsque locum parenthesin produci intelligamus. Itaque continua orationis serie haec, quae iam sequuntur, coniungantur, cum
 450 illa superiore Pauli sententia. Qui quosuis homines vult saluos fieri, et ad agnitionem veritatis peruenire. (Vnus enim Deus et c. iuxta testimonium propriis temporibus patefactum, ad quod ipsum implendum et exequendum, ego constitutus sum, etc. At supplendam esse post haec verba τὸ μαρτύριον καιρο ς δίοις vocem φανερωθὲν apparet ex Tit. 1. vers.2. et Coloss.1.vers.26. Vocat autem hic testimonium Paulus,
 455 antiqua Prophetarum vaticinia de vocatione quorumuis hominum et gentium, ne id

frustra et temere Ecclesiae polliceri ipse videatur Paulus nullóque in eo niti sacrae scripturae testimonio et fundamento, qualia tamen multa supra cap. q. annotauimus et ipse Paulus obseruauit et affert in Epist. ad Romanos cap.15. vers 9.10.11.12. Ergo vocem μαρτύριον non refero ad Christum: sed ad totum complexum superius Vult Deus
 460 quosuis homines saluos fieri. Hoc testimonium et illa vaticinia antiqua ignota aut etiam obscura iis ipsis, quibus antea annuntiabantur, suis, id est, Euangelii temporibus patefacta sunt, et illustrata atque impleta. Nouit enim solus Dominus temporum articulos, et rerum opportunas maturitates, quas ipse decernit et constituit. Itaque huius rei perficiende gratia Paulus caeterique Apostoli a Christo et vocati et missi sunt. Id quod ipse se

CAPVT II.

465 quenti versiculo subiicit, et explicat.

7 Cuius constitutus sum ego praeco et Apostolus (veritatem dico per Christum, non mentior) doctor, inquam, Gentium cum fide ac veritate.

Α'πτιολογία est et consirmatio proxime superioris sententiae ab effectu vel a consequente, Deum n.id decreuisse dubitari non potest, cū executus sit, et propterea Paulum miserit, qui per Euangelii praedicationem quosuis vocaret ad agnitionem veritatis. Itaque suum apostolatatum, qui a Deo erat, pro iusta huius testimonii et voluntatis Dein de vocandis Gentibus probatione affert Paulus. Vocat autem se Κήρυκα, id est, Praeconem et Α πόστολον, quae duo ita inter se videntur differre, quod illud est generalius: hoc specialius. Plures enim sunt verbi Dei κήρυκες et praecones, quam Apostoli: tum deinde, quod κήρυξ dicitur Paulus ratione executionis ipsius ministerii, et praedicationis verbi Dei: Α πόστολος autem ratione vocationis et gradus, in quem a Deo collocatus
 470 et assumptus erat. Hoc autem ipsum postea definit cū ait διδάσκαλος θν ν. Quae et superiorem nostram sententiam et interpretationem confir mant, et finem ministerii Apostolici, imprimis autem Paulini, ostendunt.

Obstat quod Romanor.1. se Iudaeorum quoque debitorem appellat. Resp. Gen-
 480 tium praesertim causa designatus erat Apostolus Actor.13, et Galat.1.vers.16.2.vers.8. quanquam Iudaeis Euangelium quoque pro re nata annuntiavit.

AD I. PAVL. AD TIM

Iureiurando etiam suam vocationem confirmat, quod vocatio Gentium tunc res noua prorsus et aliena a Dei consilio censeretur, qui tanto tempore solos Iudaeos pro suo populo agnouerat et res ista esset magni momenti. Quamobrem non videtur temere et de re nihili sumptum a Paulo Dei nomen. Similis autem iuramenti formula est etiam apud eundem Paulum Romano. 9.vers.1.
 485

Εν χρίστ dupliciter vel in Christo, id est, Christo linguam meam et mentem dirigente, et commouente: vel per Christum, id est, teste Christo ipso, quem huius rei et meae vocationis et muneris testem produco. In qua postrema sententia conueniunt docti interpretes. Quaeritur autem Num vero tunc per creaturas iuretur, quum per Christum
 490 iuratur. Sed responsio facilis est. Non iurari, quia Christus non tantū est homo et

[p.64]

creatura: sed etiam Deus. Deinde hic videtur Christus potius testis, quam iudex produci. Testes vero possunt a nobis, vt a Prophetis, appellari etiam mutae creaturae, nedum Christus.

495 Addit denique in Fide, et Veritate. Quibus verbis et eam doctrinam confirmat, quam Gentes docebat cū fidem appellat: et animi sui synceritatem, cū huic fidei veritatem coniungit. His autem verbis breuiter comprehensa est veri pastoris definitio. Est enim is, qui in Ecclesia Dei legitime vocatus docet fidem, id est, sanam doctrinam in veritate. i. sana conscientia et recto fine. Quam definitionem confirmat Petrus 1. Pet.5.vers.2.3.4.

CAPVT II.

[p.65]

8 Velim igitur viros precari in quouis loco, puras manus attollentes absque ira et disceptatione.

500 Hic versiculus varia capita complectitur, qua ad orationem pertinent, quaeque breuiter quidem sed commode Paulus hic tradit. Tria enim comprehensa sunt. 1 Quo animi affectu seu praeparatione orandum sit. 2 In quo loco. 3 Quo gestu.

505 Sunt autem haec praecepta non Pauli, sed Dei. Itaque vox βούλομαι non priuatum quoddam humanae mentis commentum significat, vti nec 1. Corinth. 1o. vers.1. sed praxin horum praeceptorum a se serio requiri docet his verbis Paulus, sine qua non potest probari, et Deo grata esse nostra oratio.

Ac quod ad praeparationem (nec enim illotis manibus et impraemeditati ad Deum orandum debemus accedere) duo imprimis requirit a nobis, Sanctitatem siue puritatem vitae, et Fidem.

510 Sanctitatem autem illam vitae designat et describit ab enumeratione partium, nempe a Manuum sanctitate et puritate, et a cordis charitate. Vult enim et manus nostras (id est, opera externa) esse sanctas, vt est Isai.1.vers.13. et corda ab omni in proximum ira et irritatione vacua, vt est Matth.6. vers.15.5. vers.24. Vera enim sanctitas tum externis, tum etiam internis operibus constat, et definienda est: et impium est, si quis vel animo vel opere ipso sceleratus et profanus ad Deum orandum accedat, sine animi poenitentia
515 et relapscentia Psal.5.vers.6. Id quod etiam homines

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.66]

profani senserunt vti Hesiod. liber 1. ργ. καὶ μέρ. et Plato, et ex Platone M. Tull. libus 2. de Legibus.

520 Videtur etiam haec sanctitas, quae vera est, hic esse opposita a Paulo omnibus illis externis ritibus, lotionibus, et carnalibus purgationibus, quae veteri Dei lege hominibus templum ingressuris praecipiebantur, de quibus agit Apostol. ad Hebr. 9. vers 1o. et Moses Leuitici cap. 6. 13.15. 16.19. quibus ingens etiam cumulus a Phariseis additus erat postea per δευτερώσεις, vt apparet Mar.7.V.4. Quae lotiones antiquae a Deo praeceptae verae quidem animi vitaeque sanctitatis signa erant et figurae: earum tamen implementum et corpus in Christo habetur et confertur. Quanquam vero de publicis precibus hic agit Paulus: in priuatis tamen eundem animum sanctum et purum requiri certissimum est, et ostendit Christus. Matt. 5.vers.24. Est in canon. Nihil. et canon. Non mediocriter, quod est dictum Hieronym. De consecrat. distinct.5

Certa vero animi fiducia, quae in gratuitis Dei promissionibus acquiescat, orandum esse, docet et Christus ipse Ioan.4.v.23, et Iac.1.v.6. et Paulus Romanor. 1o.vers.14. quia
 530 vera precatio et Dei inuocatio est fidei effectus: quae cum animi haesitatione prorsus pugnat.

Quae postea de certo quodam ieiunio, de lotionem manuum addita sunt a Patribus, de quibus hic Chrysost. Hom. 7 ubi quosdam sollicitos fuisse notat de huiusmodi rebus: non modo legales, sed etiam Ethnorum caeremonias, aut potius superstitiones reponunt
 535 nobis, et redolent, etsi animus sobrius longe ardentius Deum precatur,

CAPVT II.

[p.67]

quam satur et cibi plenus.

Videndum iam est de loco, ubi orandum sit. Resp. vero vbique posse. Conuenit enim Paulo cum Christo Ioan.4. vers. 21. Quemadmodum enim Deus non est acceptor personarum, ita nec locorum. Nam Domini est terra, et plenitudo eius. Psal. 24.
 540 Videturque absurdum, ut Deus, cuius latissime per vniuersum orbem diffunditur maiestas et potentia, vbique agnosci inuocari et coli non possit, ut est Malach. 1.vers.11.

Obstat tamen quod est scriptum Deuter.12.v. 5, et 2. Chronic.7.vers.12. templum Dei a Solomone constructum eum fuisse locum, quem Dominus specialiter elegerat, ut ibi inuocaretur. Itaque versus illud templum conuersus etiam in media Babylone precabatur
 545 Daniel, ut ipse scribit cap.6.vers.1o. Respond. vero pro tempore ita constitutum a Deo fuisse, ut quanquam vbique inuocari posset nomen ipsius, sacrificari tamen solum in templo Hierosolymitano tunc temporis fas esset, quia et caeremoniae tunc locum habebant, et gratia Dei nondum diffusa erat in omnes Gentes. Denique hac paedagogia Dominus tunc volebat suos ad vnionem fidei et doctrinae exhortari, prouocare, et adducere, et
 550 futuram libertatem sub Christo maiorem ostendere, qualis etiam est.

Ergo sublatum est illud locorumh vetus discrimen, uti nec iam cultus Dei in sacrificiis hostiarum consistit. Quo fit ut vbique pie colatur et adoretur Deus, et ut illa sacrificia, quae hodie exigit, quae sunt gratiarum actiones, vbique terrarum illi offerri possint. Atque eo praecipue per

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.68]

555 tinet hic locus Pauli, ut Iudaicum illud locorum discrimen sublatum esse per Euangelii praedicationem intelligamus, et quae quantaque sit iam nostra per Christum libertas, per quam et locorum et rituum seruitus nobis per Christum adempta est, cognoscamus.

Neque tamen confusionem inducit vel inuehit in Ecclesiam Paulus, in qua iubet ipse ut omnia ὁμαλως et ordine fiant, quasi iam nolit vllum esse communi totius Ecclesiae consilio et delectu constitutum locum, in quem Christiani ad Deum precandum certo tempore conueniant, seque adunent: sed ut sparsi, et, prout quemque feret animi impetus, orent separati et disiecti. Hoc enim plane furiosum esset, et μανι δεσ: sed religionem propter loca vllam animis nostris inhaerere vetat quasi locus ipse sanctiorem gratioremque Deo nostram orationem efficiat. Quod superstitiosi homines, id est Papistae etiam non
 565 hodie putant.

Vnde ex hoc loco votiuae illae ad terram sanctam, et alia quaedam Martyrum loca peregrinationes et preces merito damnantur, quae ea de causa suscipiuntur a superstitiosis, quod nescio quid maioris sanctitatis in illis locis, et ipsi quam Dominus pedibus suis calcavit, terrae inesse iudicant. Quod falsissimum est. Si qua enim hodie
 570 est terra maledicta, est Iudaea: et huiusmodi cogitatio plena est idololatriae et blasphemiae. Nec iuuantur huiusmodi superstitiosi homines exemplo Naamani Syri, qui, vt est 2.Reg.5. terrae ipsius sanctae glebas quasdam et onera secum apportauit. Illo enim tempore caeremoniae locum adhuc habebant, et extra terram a se delectam sibi sa

CAPVT II.

[p.69]

crificari Dominus nolebat. Quanquam aliquid in eo Naamani infirmitati concessum esse
 575 manifesto apparet, quod et sacrificat, et extra templum Dei. Mos autem iste visitationum monumentorum Martyrum, et terrae sanctae, votuarumque peregrinationum ex superstitiosa et nimia Martyrum veneratione primùm ortus latius postea serpsit, et ex errore errorem produxit. Quam parum honorifice de Hierusalem loquatur Christus ipse apparet Matth.23.vers.37. dum eam homicidam Prophetarum appellat: et post eum Paulus, dum
 580 eam seruus et ancillae confert. Galat. 4. et sequens aetas, quae Apostolorum temporibus vicina fuit, idem sentiebat, quae ne monumenta quidem martyrum saepe norat. Sepultura enim eorum contenti, vt de Stephano docemur. Act. 7, et 8. venerationem istam, quae cum idololatria coniuncta est, mittebant: imo vero detestabantur et damnabant. Primùm Helena Constantini Magni mater mulier superstitioso et foemineo quodam zelo commota,
 585 terram, quam vocant, sanctam inuisit, non ipsius quidem terrae gratia, sed Christi causa et fidei suae vt verisimile est, magis confirmandae, quia fidem et soam et aliorum ipso aspectu rerum et monumentis passionis Christi (quae a Iudaeis Ethnicis, et quibusdam haereticis negabatur) et quae se dulo illa conquisiuit, confirmare voluit. Quanquam iam in eo peccatum est tamen, quod plus fidei de Domino cruci, clauis, et sepulchro, quam
 590 ipsi Spiritui sancto, Apostoli scriptis et Euangelistis tribuisse videatur. Sed post orbem Christianum factum supplicarunt superstitiosi ad Martyrum monumenta, ad

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.70]

quae concurrebant, tanquam augustiora quaedam loca, quod illic Martyrum, quorum fides Deo accepta fuerat, ossa iacerent. Sic Monica mater Augustini ex Affrica Mediolanum quotannis pergebat ad Geruasii et Protasii Martyrum sepulchra, quae tempore
 595 Ambrosii Episcopi eruta fuerant. Nec tamen ossibus et cadaueri ipsorum Martyrum hic honos tribuebatur primùm, sed ipsi defunctorum tantùm fidei: peccatum est in eo tamen, quia extra verbum Dei id fiebat. Quod ipsum etiam iam quibusdam in Ecclesia bonis viris displicuit, et Aërius extitit Constantini Magni seculo, qui omnia illa et merito quidem damnauit, quanquam ipse, quod iam communi errore haec recepta erant,
 600 tanquam haereticus propterea habitus est. Facit enim communis et receptus iam inter omnes error ius et confirmationem vt scribunt Iurisconsulti in L. Barbarius D. de off. Praetor. Item Vigilantius tempore Hieronymi extitit, qui hoc totum superstitiosi cultus genus in reliquiis sanctorum colendis aperte idololatricum esse probauit. Error tamen obtinuit tum negligentia pastorum, tum quia homines suis commentis potius, quam ex

605 verbo coelesti Deum adorare cupiunt. Inde furiosa aedificatio templorum consequuta,
 quae in diuorum honorem facta sunt, post annum praesertim 600. a Christo passo sub
 Iustiniano imperatore Constantinopol. homine iis superstitionibus insane addicto, vt
 apparet ex Procopii liber de aedificiis Iustinia. Et post eorum aedificationem, eamque
 610 etiam sumptuosam et magnificam religio et veneratio iis addita est, post deinde ipse
 cultus Dei iis conclusus, aut alligatus, vt nulla

CAPVT I.

sacra legitima et Deo grata oratio extra ea fieri posse ab hominibus etiam Christianis
 censeretur.

[p.71]

Nec illa superstitio deffendi potest exemplo eorum, qui in sepulchrum Elizaei cadauer
 quoddam festinantes et coacti proiecerant. vt est 2. Reg.13.vers.21. Nam illi cadauer
 615 Elizaei non coluerunt: deinde id coacti fecerunt. Demum nulla inde superstitio nata
 dicitur ad sepulchrum Elizaei: sed tantum proptere fuit doctrina Prophetarum, quae in
 animis hominum adhuc recens inhaerebat, confirmatio facta, et Deus ipse maiori honore
 ab illius seculi hominibus cultus.

Templa igitur in Ecclesiis Dei esse vtile quidem est: sed tamen nec sumptuosa, nec
 620 superstitiosa, sed quae ad capiendum populum sint satis commode extracta, et quibus
 sanctitas nulla religioque ascribatur. Hoc enim est plane superstitiosum et Iudaicum.
 Primum enim sine templis propriis fuit Ecclesia Christiana tempore Apostolorum, et post
 eos etiam temporibus Iustini Martyris: falsa sunt enim quae in Higeni et Sexti Roman.
 Episcoporum Epistolis de consecratione templorum in decretis et alibi extant. Sub
 625 Diocletiano primum apparet Christianos habuisse oratoria quaedam, et προς ευκτηρίους
 κους, vt vocat Eusebus liber 9. Histor.cap.10. et Ruffi in Histor. Ecclesiast. Templa
 igitur Christianorum imperatorum aetate et imperio demum aedificari ceperunt, et
 oratoria dicebantur, quae si ampliora erant, Basilicae: nondum autem ναοί aut ερα.
 630 Hae Basilicae etiam saepe a Caesarum nominibus, a quibus fuerant extractae, vocabantur,
 et denominabantur, vti Basuica Constantini Euag.libus 2.

AD I. PAVL. AD TIM.

cap.8, et3 cap.2. postea Apostolorum et Martyrum vocabulis nuncupari ceperant, in
 quorum erant honorem et memoriam constructa Sozom. libus 6.cap 8.quanquam ea
 Martyribus, non vt diis, fed vt hominibus, quorum memoriam colebant, consecrabant,
 vt ait Augustinus liber 22. de Ciuit. Dei cap.10. et saepe Martyrium ipsum fuit
 635 totius Basileae tantum pars quaedam cap.8. Demum eadem templa consecrari, dedicari,
 quibusdamque ritibus sancta credi et fieri ceperunt. Quod ante Constantinum Magnum
 factum et vsurpatum fuisse non videtur. Sed cum primus ipse in loco Caluariae templum
 Martyrum exaedificasset, postea ad maiorem, vt illi volebant, venerationem, sed potius
 ad adulationem et ad morem Paganorum, profanatum illud est potius: quam dedicatum,
 640 et consecratum a quibusdam insulsis Episcopis, Sozomenus liber 2.cap.26. et Eusebus
 liber 4. de vita Constantini. Quo scelere etiam pollutum est templum illud augustum,
 quod Saluatori nostro Hierosolymis idem Constantinus extruxit. Hunc tamen morem
 et exemplum secuti sunt postea alii Episcopi auide, non spectaro, si ex Dei verbo id

[p.72]

fieret, neque quid ex eo mali consequeretur: sed placuit aliis nouitas et ille ritus et
 645 inauguratio in Constantini templo iam vsurpota et probata a quibusdam, vt ab Eusebio
 Caesariensi Rethoricoteris laudata. Itaque Basilius ipse Episcopus vir alioqui doctus,
 ad Episcopi et ad templi Basilicae consecrationem solenniorem et venerabiliorem alios
 secum Episcopos conuocauit, vt tradit Sozomenus liber 4.cap.13. Quod idem factitatum
 fuisse in occidentalibus Ecclesiis, sed postea,

CAPVT I.

[p.73]
 650 apparet ex Epistolis Ambrosii. Demum certae caeremoniae sunt institutae, adhibitae, et
 verba, et preces, quibus sanctitas ipsis lapidibus inhaereret. Ita repetita et reposita
 sunt in Dei Ecclesia, quae profani homines in dedicandis idoliis suis obseruare con-
 sueuerant, de quibus agitur de Consecr. distinct.1. Caeterum illa iam dedicata templa
 655 appellarunt augusto nomine ναοὺς, κκλησίας ἐρὰ vt apparet ex Epistolis Sidonii
 Apollinaris. Quorum etiam templorum inter Christianos, vt inter Iudaeos, tres partes
 constituerunt. Nempe Sanctum sanctosum, vbi est magnum altare Ἁγίον: et Sanctum
 siue ἄγιον, vbi est chorus Sacerdotum canentium: Ναὸν, vbi est plebs.

Sed quaesitum est, versus quam mundi partem et plagam sit orandum. Respond.
 Siquidem verbum Dei, a quo solo pendere debemus, spectemus perinde est, neque
 660 refert in quam mundi regionem conuersi precemur. Sin autem morem Papistarum,
 versus Orientem orant, et eodem etiam templorum suorum capita conuertunt. Vetus
 quidem Ecclesia etiam sub Constantino liberior fuit, vt docet Socrates liber 5. cap.22.
 Rationem Papistae afferunt, quod ad Orientem fuerit situs paradisi. Sed ex Ezechiel
 8.vers.16.respondemus damnatos esse a Deo, qui versus Orientem quadam religione
 665 ducti orarent, nec quia ibi primum paradysum collocauerat Deus, voluit templum soum
 eo vergere. Vrbs enim Hierusalem versus meridiem. Templum autem, quod in monte
 Sion erat, ad Septentrionem situm fuit, vti apparet ex Psal.48. et Ezechiel.40. vers.2.
 Depique videntur Papistae veteres Persas idolola

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.74]
 tras imitari, qui praecise ad Orientem orandum esse docent, tantum abest, vt sit haec
 670 traditio Apostolica. Quod item idem Basil.sermo.2. de Batis. cap.8. in loco non sacro
 mysteria non putat posse celebrari, fallitur et non videt vbi verbum Dei praedicatur, ibi
 locum esse sacrum 1. Timoth.4.vers.4.

Tertio loco ex ipso versu quaeritur. Quo gestu sit orandum. De quo quia nihil est hoc
 loco diserte praescriptum, sed nec in toto Dei verbo, intelligitur habere ea res liberas
 675 obseruationes, modo ne quod offendiculum aliis nimia affectatione vel dissensione
 praebeamus. Christus ipse et stans et flexis genibus orauit, publicanus stans in templo
 precatus est, Luc.18.vers. 13.22 vers.41. In Actis videmus positos genibus Christianos
 veteres saepe orasse Actor.7.9. et 20.Stantes orant, qui spe promissionum Dei erigantur.
 Flexis autem genibus id faciunt qui, propter peccatorum suorum sensum deiectionis coram
 680 Deo humiliantur et prosternuntur. Quidam etiam prostrati orarunt, vt Elias 1.Reg.18.Nec
 in eo synodorum decreta magni esse momenti ad stabiliendam pietatem existimemus,
 sed morem potius regionis, in qua sumus, sequamur, modo ne sit in eo more et ritu

aliqua idololatria apparens. De manibus etiam quaesitum est, quo earum situ, et gestu sit orandum. Resp. Alii iunctis, alii supinis, alii sublati orarunt, vt docet Clemens Alexandr. libus 7. Stroma. Itaque totum hoc genus obseruationum et caeremoniarum liberum est. Et quod ait hoc loco Paulus, Attollentes manus, metonymico dictum est. Nam signum pro re signata positum

CAPVT II.

[p.75]

est, vti Isai. 1. vers. 15. nimirum pro ipso cordis affectu, qui ad Deum erigi debet. Hic enim gestus fauorem animi designat, quo preces ad Deum nostras concipi debere significat Apostolus: non quod homines Christianos huic caeremoniae in precandon velit esse alligatos et astrictos.

Denique quaeri etiam potest de tempore, quo preces concipi et fieri a Christianis debent. Res. Quod quidem ad priuatas, non tantum quotidie semel: sed etiam et bis et saepius in die fieri oportere, nimirum mane et vesperi, cum surgimus aut cubitum discedimus, vt omnes actiones nostrae a Deo incipiant et finiant. Id quod exemplo Dauidis ita faciendum esse monemur Psal. 55 vers. 18 et suo seculo in omnibus familiis factitatum scribit diserte hoc loco Chrysostomus. Quod autem ad preces publicas nulla fuit ante Christianos imperatores de eo lex in Ecclesia constituta, cum non auderent Christiani homines propter persecutiones libere conuenire. Post fancitam vero Ecclesiae libertatem toties orarunt, quoties ad audiendum Dei verbum, vel ad Sacramentorum participationem colligebatur Ecclesia, quia sine precibus nunquam dimittebatur coetus piorum, vti docent, et Iustinus Martyr et Tertullian. in Apologet. et Socrates liber 5. cap. 16. Certis tamen horis non erant preces primum institutae, alligatae, et vinctae: sed creuit postea superstitio, et deuincta est certis horis orandi consuetudo et necessitas, etiam sine publico Ecclesiae coetu, et sine predicatione verbi Dei. Id quod docet Hieronymus ad Eustochium, adeo quidem, vt etiam sive conuocatione Ecclesiae o

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.76]

mnibus pene diei horis preces publicae fieri decernerentur, diluculo, deinde tertia diei, id est, a luce solis exorta supra horizontem hora, post sexta, praeterea nona. Denique sub vespertinum diei tempus, Vnde illae horae inter Papistas dictae sunt Canonicae nempe 1.3.6.9. de quibus etiam meminit Clemens Stromat. libus 7. Sedulius, Cassianus, Beda et alii. Atque haec tota res magnam secum superstitutionem primum traxit, et verum finem orationis, atque vim extinxit: atque in opinionem meriti, et satisfactionis conuertit. Denique Euchitarum errorem in Ecclesiam induxit, qui nihil, nisi precari, id est, demurmurare certa verba solebant, et in eo proram et puppim salutis collocabant, vti diximus. Haec nos omnia breuiter hic complecti voluimus, vt tanquam locus communis haberetur. Sequitur iam vt de decoro, quod non tantum in precibus, sed in congressionibus publicis et Ecclesiasticis seruandum sit videamus, quod sequentibus versiculis explicatur.

9 Itidem et mulieres amictu honesto, cum verecundia et modestia ornare sese, non, cincinnis, vel auro, vel margaritis, vel pretioso vestitu.

Μερίσµος est, supra enim de viris egit, nunc autem de foeminis Christianis, quales eas in Ecclesia Dei esse et conuenire oporteat, vt ad rite orandum sint comparatae. Quo fit, vt hic de Christianarum mulierum officio et decoro duplici ratione et respectu Paulus agat. Nimirum quatenus sunt spectandae tum In sese, tum in totius Ecclesiae coetu.

CAPVT II.

[p.77]

Ac in sese debent esse Castae, et Modestae. Coetus autem Ecclesiastici ratione, Silentes, et Discentes.

Primùm igitur ait. Itidem, Nam ne se a consortio et com municatione precum Ecclesiae excludi propter sexus infirmitatem, et maiora virorum priuilegia putent mulieres Christianae, docet eundem illis aditum ad Deum patere, et eandem orandi fiduciam dari, quam supra viris esse concessam ostendit. Deus enim suas promissiones vtrique sexui communes proposuit: et tam dicitur Sara parens et mater fidelium mulierum quam Abraham fidelium virorum 1.Pet.3.

Communis vtrisque Baptismus, Coena Domini, Praedicatio Euangelii, fides, et gloria aeterna, quia vtrisque communis est imago Dei. Ergo mulieres,vti et viros, orare, et Deum precari vult: sed tacitas, non autem in coetu eas preces fundere et concipere. Vult autem Paulus eas esse in coetu Domini amictas et vestitas Honestae, Verecunde et Modeste. Atque huic muliebii cultui et ornatui opponit, Cincinnos et calamistros, Aurum et argentum, margaritas in vestibus, Pretiosum siue sumptuosum vestitum. Denique opera bona ab illis requirit et efflagitat, quae opponuntur omni impudicitiae, vanitati, ambitioni, fastui muliebri. Decent aurem maxime opera bona foeminas Christianas.

Ac primùm similis est locus.1.Pet.vers.3.Tit.2 vers.2.Isai.3.

Dissimile videri potest exemplum et factum Estherae: Esth.cap.5 et Iudithae, quae se comit et ornat aliquid actura egregium, Respond. Non agi illic de precibus, nec de coetu Ecclesiae adeun

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.78]

do:sed de marito rege, eoque infideli demulcen do: item de castris infidelium ingrediendis. Nec hoc ipsum exemplum satis est tutum imitari. Obstare etiam videtur cap. 24.Genes.vers.47. vbi annuli et ar millae dantur Rebeckae sponsae Isaaci Resp. Non ad lascium ornatum, sed vt esset pignus futuri coniugii, ista Rebeckae fuisse et missa ab Abrahamo et donata.

Certum autem est, etsi de mulieribus Christianis agatur hoc loco: haec tamen praecepta etiam pertinere ad viros Christianos, quibus eo turpius est comi lasciue, sumptuose et dissolute ornari quod sunt viri et mares. Nam etiam Ethnici homines sic docent.

Sint procul a nobis iuuenes vt foemina compti Fine coli modico forma virilis amat. et M. T.libus 1. De off.sic. Cùm autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit: in altero dignitas: venustatem muliebre dicere debemus: dignitatem virilem. Ergo et a for ma remoueatur omnis viro non dignus ornatus: et huic simile vitium in gestu motuque caueatur.

755 Et paulo post. Adhibenda est praeterea munditia non odiosa, neque exquisita nimis:
tantum quae fogat agrestem et inhumanam negligentiam. Haec ille. Patres etiam
scriptoresque Ecclesiastici veluti Tertullian. in liber de Habitu mulierum et Cyprian. in
liber de Cultu virginum nobiscum faciunt, qui haec praecepta ad viros perspicue referunt.
Idem in concilio Gangrensi cap.21. et est in canon Parsimoniam distinct. 41. ne res
760 noua aut nullius momenti esse censeatur. Idem etiam statutum est aliis synodis veluti
Laodicensa.

CAPVT. II.

[p.79]

Praeterea haec ipsa praecepta non ad solas mulieres, quae virginitatem vouent inter
Papistas, et Nonnae dicuntur, pertinent: sed ad omnes et coniugatas et celibes, et viduas,
quemadmodum praeclare hoc loco docet Chrysosto. et Gregor. Nazianzenus in liber
765 περὶ γυναικὶν καὶ κεκαλωπισμένων. Nam tempore Pauli nondum erant monasteria, nec
istae virgines Vestales et Nonnae visae et natae. Hae enim cultus diuini corruptelae sub
Vitaliano Pontifice Romano maxime receptae et probatae videntur, sub quo tria haec
tanquam venena Christianae pietatis praesentissima nata sunt, et constituta, Monachorum
coenobia erecta, Reges in Monachos detonsi, Scortatio quotidiana in statum sanctum
770 canonizata.

Quaesitum vero est de primariis mulieribus veluti reginis, principissis, duchissis et
huiusmodi aliis primariis foeminis, vtrum ad eas quoque haec praecepta sint extendenda.
Respond. Etsi discrimen personarum etiam in Dei Ecclesia habendum est, omnia tamen
etiam in illis, si modum sunt Christianae, ad modestiam, et pudicitiam composita esse
775 debent, quanquam illis multa concedi et possunt et debent pro ratione dignitatis, quae
aliis priuatis et priuatorum mulieribus non sunt permittenda. Nam et Solomonis vxoris
cultus sumptuosus ille quidem et magnificus describitur laudaturque Psal. 45.

Denique haec eadem praecepta locum habent in mulieribus, etiam cum domi sunt,
non tantum cum prodeunt in publicum, et conueniunt in coetu Ecclesiae. Perstringit
780 autem Paulus breuiter omnem eum ornatum ascititium, qui est vel In i

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.80]

pso corpore nostro velut cincinni, vel Circa corpus, qualis est vestitus: cultus noster
nimius quem damnat, siue ille sit nimius ratione Materie, veluti quia sumptuosior, vel
Additae exquisitaeque lautitiae, venustatis, aut operae manus. Ad primum pertinet
ματισμὸς πολυτελῆς. Palliola enim illa fere esle solebant sumptuosissima, magnique
785 pretii, vt ex disputatione Hieronym. aduers. Iouinia. intelligitur, purpurea scilicet. Ad
secundum membrum, et ad exquisitas lautitias vestitus pertinent ornamenta margari-
tarum, auri, et phrygionicae operae quae adduntur. Irem torques, armillae, annuli, etc.
huiusmodi de quibus Tertullianus liber de Habitu mulierum: et Cyprianus quoque. Et
pulchra est veraque illa Plauti sententia in Mostell. scen.3.Act.1.

790 Postea nequaquam exornata est bene, si morata est male.

Pulchrum ornatum turpes mores peius coeno collinunt.

Sed tamen, nequa hic superstitio nascatur, auri vsum prorsus non damnat Paulus,
quemadmodum nec margaritarum: vti nec Petrus Palliorum. sed tantum nimiam in iis

795 lasciuam, arrogantiam, sumptum, fastum, immodestiaeque plenam cultus muliebris rationem et Christianis indecoram. Quanquam enim longe potius animi in muliere dissoluti aut superbi ratio habenda est, quam externi ornatus: tamen nec externus iste cultus, qui impudicitiam aut proteruiam redolet, maleque modestae mulieri et probae conuenit, tolerandus est. Ac de ea ipsa re sunt leges sumptuariae a Magistratibus Christianis ferendae. Quae luxu etiam

CAPVT II.

800 vetus Ecclesia in Synodis repressit. Oportet enim eo modo mulieres Christianas vestiri, quo interna earum pudicitia apparere possit, etiam infidelibus hominibus. Nam vt, et recte quidem, suo seculo est conquestus Chrysostom. quaedam mulieres ita exornatae ad templum et coetum Domini incedunt, et ad sacram Domini Coenam sumendam accedunt, vt illic potius saltaturae, quam Deum precaturae videantur. Nec vero iis
805 prodest haec exceptio, Sic culta viro et marito meo placeo. Nec enim illae, vt lenoni marito placeant, debent studere: et quae sic exornata, aut fuco pigmentata incedit, certe naturam formamque, quam a Deo accepit, odit. Sed neque haec altera earum ratio est audienda, Sunt haec omnia ex τὸν διαφορῶν genere. Neque enim haec cū offendiculum cuiquam praebent, sunt adiaphora: sed damnata sunt, iisque est
810 abstinendum. In summa cultum mulierum non damnat Paulus, modo sit Honestus, et Modestiae verecundiaeque Christianarum mulierum conueniens et consentaneus. Et recte etiam docet Plutarchus liber 6. Sympos. quaest. 7. abstersionem sordium et spurcitiei a cultu inhonesto et sumptuoso differre.

10 Sed (quod decet mulieres pietatem spondentes) operibus bonis.

815 Ἀντίθεσις est. Fastui enim et superbiae, atque lasciuiae illi mulierum pompae superiori versiculo descriptae verum earum ornatum opponit, nimirum bona opera, id est, pro externo ornatu, vt loquitur Petrus, internum requirit qui in eo posi

AD I. PAVL. AD TIM.

tus est, vt sit earum animus placidus et quietus, nullisque vitiis expugnari possit. Rationem autem addit ab officio ductam. Nempe, quod honesta et sancta opera vere Christianas mulieres et religionem profitentes deceant: non autem ille externus vestitus, quo pudor omnis ab illis proiectus et conculcatus videtur exulare.
820

11 Mulier cum silentio discito cum omni subiectione.

Alterum et secundum de mulieribus Christianis praeceptum, quod ad Ecclesiae publicae coetus politiam et decorum pertinet, Ne in eo loquantur, sed sileant, et discant. Similis huic locus est. 1. Corinth. 14. vers. 34. Id quod etiam consilio Chartaginensi cap. 95. constitutum est, referturque canon. mulier distinct. 23. quantumuis docta et pia sit ista
825 mulier.

Dissimilia tamen exempla videntur afferri posse. De Debora Iudic. cap. 4. et Olda mulieribus prophetissis 2. Reg. 22. versu 14. quae in Ecclesia docuerunt. Sed responsio

parata est, illa nimirum exempla plane esse extraordinaria, itaque haec Pauli praecepta minime immutare. Affertur etiam illud quod Eusebus liber 1. de vita Constantini scripsit, mulieres eligere e suo sexu solitas fuisse aliquas, quae eas docerent ne in publicis congressionibus conuenirent cum viris, quod Licinii imperatoris Rom. edicto, et lege in Syria simul cum viris congregari et conuenire vetabantur. Sed respondemus, Illud praeter morem Ecclesiae, et praeter Dei praecepta iussum esse a Licinio homine profano,

CAPVT II.

[p.83]

vt mulieres ipsae in coetu mulierum docerent, non autem cum viris ad preces et conciones conuenirent.

Denique quod de Pepuzianorum haereticorum secta, et sententia dici posse videtur habet facilem responsionem. Voluerunt illi quidem, sed haeretici, mulieres esse posse? et presbyteridas in Ecclesia, et docere, et Sacramenta quoque administrare (id quod hodie Papistae ex Marcionitarum dogmate obstetricibus in casu necessitatis concedunt, vt nimirum paruulos baptizarent) Verum propterea ab omnibus orthodoxis sunt Pepuziani damnati, atque etiam Synodo Chartaginensi a. vt diximus, et meritissimo.

Hoc autem praeceptum Pauli locum habet, dum sunt in coetu publico mulieres: non autem cum sunt domi suae, quia familiam suam instituere possunt priuatim, maxime si desit paterfamilias, et sint viduae. Nam tunc precari Deum, et docere suos liberos Dei metum, et possunt et debent.

Requirat autem Paulus et silentium, ne vices loquendi sibi dandas esse putent mulieres, quanquam fortasse, modestiae causa prima, in Ecclesia loqui nollent. Deinde ab iisdem subiectionem postulat, ne putent aequum, vt propter maritorum suorum dignitatem et opes: vel propter etiam familiam suam ipsae saltem secundum Pastores et Ministros verbi Dei aliquod munus Ecclesiasticum gerant. Hoc enim illis prorsus interdictum est a Spiritu sancto. Huius autem prohibitionis variae sunt rationes, quas affert Paulus sequentibus versiculis.

12 Mulieri enim docere non permitto,

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.84]

neque auctoritatem vsurpare in virum, sed esse in silentio.

Prima ratio quae explicatur hoc loco, a differentia, quae a Deo ipso constituta est inter vtrunque sexum virilem nempe et muliebrem, ducta est. Secunda vero a genere. Deus neque mulieres praeesse vult, neque docere, neque in viros auctoritatem vsurpare: At qui loquitur in Ecclesia siue praeest ea et docet, in viros sumit quoddam imperium et auctoritatem. Ergo mulieres loqui in Ecclesia neque possunt, neque debent. Nec obstat quod eas in Diaconatum alleget Paulus inf. cap. 5. vers. 9. Nudum enim illae manuum ministerium praebent, Diaconis autem ipsis parent. Sed ex hoc loco de eo quoque inter quosdam disputatum est, Vtrum honestum sit mulieres regnare, id est, viris imperare, et summum imperium et ius in viros et mares obtinere. Id quod in Hispania, Anglia, Scotia variisque aliis regionibus locum habet. Cuius etiam rei extant exempla in Semiramide Assyriorum regina, Candace Ethiopum Act. 8. vers. 27. Cleopatra Aegyptiorum sub

Augusto, et Zenobia fortissima muliere sub Adriano imperatore (cuius Zenobiae imperio etiam multae Ecclesiae Christianae paruerunt. In populo autem Dei nihil quicquam tale habemus, siue Iudaicum siue Israëliticum regnum spectetur. Nam quod de Athalia potest
 865 afferri 2. Reg. 11. facile diluitur: fuit enim vsurpatio et inuasio iniusta regni ea Athaliae dominatio: non autem regnum et potestas legitima cui populus lubens assentiretur vt postea apparuit. Quare

CAPVT II.

[p.85.]

uste quoque illa a summo sacrificatore loiada de regni solio deturbata et deiecta, est, atque etiam propter vsurpatum regnum necata. Quod de Amazonum regno commemoratur,
 870 primum vt fabulosum non fuerit (quemadmodum omnino fabulosum non putant Arrianus, et Q Curtius quique res gestas Alexandri Magni scripserunt) tamen praeter rerum naturam constitutum est illud regnum, et in virilis sexus apertam contumeliam. Quid enim magis portentosum et monstrosum et a muliebris ingenii mansuetudine alienum, quam videre armatarum mulierum exercitum contra viros concurrentem: ac latissimam quandam
 875 terrae plagam cernere, quae omnino viris et maribus careret. Itaque videntur illae contra ipsam foeminei sexus vel potius humanam naturam pugnasse, et auxilium, quod a Deo optimum et praestantissimum paratum est mulieribus, nempe maritos reiecisse. Vnde prorsus breuique tempore tota illa Amazonum gens deleta est. Sed ad propositam quaestionem reuertamur. Quanquam vero Isai.3. vers.II. pro magno Dei maledictionis
 880 signo positum legimus, quod pueri et mulieres imperium in aliqua gente obtineant: tamen illud ipsum non. est perpetuum. Saepe enim et pueri reges, velut Solomon et Iosias, sanctissime et felicissime regnarunt, fuitque eorum imperium omni bonorum genere a Deo cumulatam. Idem de mulieribus quibusdam, et earum imperio dici potest, quibus Dominus mirum in modum benedixit, vt ex variis historiis apparet. Certe de
 885 illustrissima regina Angliae Elizabeta, quae nunc felicissime regnat, dici potest, nihil terrarum orbem vidisse.

AD I. PAVL. AD TIM

[p.86]

vnquam illius regno felicius et optabilius. Sapientertamen sibi consuluisse videntur ii populi, qui legibus suis et publico iure cauerunt, ne inter se, et in sese foeminae
 890 dominantur, summumque ius et imperium haberent, si genus ipsum muliebre cum virili conferamus, quia ad multa munia, quae regni administratio requirit, sunt illae minus propter sexus sui naturam et imbecillitatem aptae et inhabiles quale est praeesse exercitui, ius dicere in publico sedentes. Quae certe res dedecet prorsus muliebre verecundiam. Vnde iure ciuili Roman. L. mulieres D. de Regul. Iuris mulieres a virilibus muneribus et officiis administrandis recte arcentur: qualia sunt etiam quae in publico
 895 exerceri debent. Et illud est August. libus 1. de Nupt. cap.9. Nec dubitari potest viros potius foeminis, quam foeminas viris principari. Vnde non potest mulier esse Roman. imperatrix et regina, et cum Athalia in Iudaea et Irene mater Constantini tertii imperium Constantinopoli. gerere voluit, vtraque omnia subuertit, Idolorum cultum in Dei Ecclesiam inuexit, et haec Saracenis Roma. imperium lacerandum obiecit. Vnde et
 900 Carolus Magnus fuit tunc temporis in Romanum imperium asciscendus in Occidente: et

Nicephorus in Oriente. Vbi autem inferiores iurisdictiones quales Ducum, Comitum, Baronum, Castellanorum, sunt patrimoniales, vt in Gallia, illae a mulieribus haberi et possideri possunt, meo quidem iudicio, quia non sunt summa imperia istae dignitates, et officia: sed tamen ab iisdem mulieribus nec possunt, nec debent hae iurisdictiones
 905 exerceri: sed a viris per eas delegatis. Quan

CAPVT II.

[p.87]

quam hoc omnino perperam et pessime receptum est vsquam gentium, vt sit iurisdictio vlla pars patrimonii, et reditus nostri ac domini, sed tam late patet et grassatur in omnia auaritia, vt etiam res sacratissimas, qualis est Magistratus, fecerit patrimoniales et in censu numeret: non autem virtuti et doctrinae eorum, qui sunt capaces eorum munerum,
 910 tribuat. Vide quae scribuntur can. Mulierem 33. quaest.5. de hoc argumento.

13 Adam enim prior formatus est, deinde Eua.

Αἰτιολογία est saperioris sententiae ab ordine naturali ducta, quem Dominus Deus inter vtrumque sexum constituit rerum initio, et statim ab ipsa vtriusque creatione. Is autem fuit, vt pareret mulier. Vir autem caput et superior esset. Id quod ex ipso ordine creationis apparet. Adam enim, qui est mas et vir, prior creatus est. Eua autem, quae
 915 est foemina, posterior. Sed tamen eodem die vt docetur tum Genes. cap.I.vers.27. tum 2.vers. 18. Non tam autem ex natiuitatis ordine Paulus argumentatur et probat virum superiorem esse: quam ex fine creationis mulieris. Nam creata est foe mina, vt esset viro in adiutorium, et ad eum, tanquam suum propriumque finem respiceret. Quae autem ad finem aliquem destinantur illique subseruiunt, sunt eo fine minora, inferiora,
 920 ac illi subiecta. Id quod verum esse ratio omnis et naturalis et Philosophica docet. Nam alioquin a solo natiuitatis et productionis tempore, et ordine ratio ducta nihil efficit et concludit. Pisces enim

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.88]

herbae, sydera et reliquae omnes creaturae, quae homini subiiciuntur ex Dei praecepto Psal. 8.praeferendae tamen homini essent contra mentem et Christi, et Pauli. Omnia
 925 enim propter hominem facta sunt, etiam Sabbatum ipsum: non autem homo propter Sabbatum.

14 Et Adam non fuit seductus: sed mulier seducta, causa transgressionis fuit.

Alterum argumentum a causa tum efficiente, tum incurrente sumptum. Efficiens igitur causa est Dei praeceptum et voluntas, quae eam mulieri poenam inflixit. Incurrrens autem, transgressio mulieris, propter quam talem poenam merita est et huic seruituti et subiectioni addicta. Aequum enim fuit, vt quae seipsam regere non potuit, alterius
 930 consilio et imperio regenda subiiceretur a Deo. Est autem subiecta viri imperio et potestati, vt est Genes. 3. Quanquam autem illud Mosis proprie pertinet ad virum et mulierem coniuges inter se: non autem vt quilibet viri in quaslibet mulieres imperium sibi arripiant:tamen ex eo intelligitur, in quem gradum viri supra mulieres euecti sint a

935 Deo. Propter transgressionem autem mulieris facta iam est durior et seruilius mulieris conditio, quae ad virum tantum suum tanquam ad suum finem tunc spectabat. Sed nunc aerumna et iugum additum est huic seruituti, quae prius erat omnino et liberalis et voluntaria. Nunc enim dura est, etiam cum est ad virum et maritum proprium. Ex quo ipso apparet Deum et confirmasse priorem subiectionem, et eam propter

CAPVT II.

[p.89]

940 peccatum effecisse duriores et austeriores. Valde autem notandum est, quod ex verbo sedacta colligit Bernard. sermo. de Duplici Baptis. his verbis, Serpens ô Eua decepit te, non impulit, aut coegit, mulier tibi, ô Adam de ligno dedit: sed offerendo, non utique violentiam inferendo. Neque enim potestate illius, sed tua voluntate factum est, ut eius voci plus obedieris, quam diuinae.

15 Seruabitur tamen liberos gignendo, si manserit in fide, ac charitate, et sanctificatione cum modestia.

945 Hypophora est quae magnam consolationem tamen continet, ne se prorsus spe salutis orbatas esse mulieres existiment. Id quod illis potuit in animum incidere, vel nobis etiamipsis, dum eas esse nobis tanti causas mali audimus. Per eas enim factum est, ut vniuersum genus humanum siue virile, siue etiam muliebre periret. Ergo prorsus salutis exortes videbantur. Sed contra Paulus. Hanc ipsam poenam transgressionis, et hanc
950 in coniugio subiectionem mulierum docet in ipsarum commodum et salutem cedere mira Dei sapientia nimirum, qui e tenebris lucem eduxit, ut est 2. Corinth. 4. vers. 6. Sic conuertit hoc suum in eas iudicium Dominus in earum ipsarum consolationem et salutis viam, dum hanc subiectionem erga maritos vocationem earum propriam esse statuit. In quo illud primum est obseruandum vocem διὰ non denotare hoc loco causam efficientem: sed mediam tantum, per quam, tanquam per iter a Deo demonstratum, est
955 illis

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.90]

pergendum et progrediendum. In quo peccant Papistae et Pelagiani, omnesque Operistae, et quidem grauiter, qui salutis nostrae causas in nostris operibus quaerunt et constituunt. Quid enim de viduis, quae nullos liberos vnquam susceperunt: de virginibus, et iis etiam
960 quae cum sint coniuges, nullos liberos tamen pepererunt, futurum esset (ut recte hoc loco Chrysostom. animaduertit) si salus mulierum κ τεκνογονίας tota pendet? Certe saluae non fierent. Sed et Thomas Aquinas hic delirat, dum laudes virginitatis et celibatus cum hoc Pauli dicto conciliare, et placare nititur, quod cum illis aperte et perpiscue pugnat. Ergo hic vocatio et munus mulierum describitur etiam in eo ipso, in quo poenam
965 sui peccati sentiunt. Est autem, ut liberos non tantum suscipiant et gignant: sed ut educent, curent, et onera illa primae liberorum nutritioni, scerte quidem molestissima, lubentes volentesque deuorent et suscipiant. Τεκνογονίας enim hoc loco non tantum parturitionem ipsam mulierum significat: sed quicquid illi adiunctum est, et imminet iustae matrum curae, ut liberi editi educantur. Vnde merito matres puerperae damnantur,

970 quae filios, si possunt, suos non alunt, de quo Plutarchus in liber de Liberorum Educatio.
et dictum Gregorii in canon. Ad eius distinct.5. Mille quidem sunt taedia, quae contra
Iouinia. enumerat Hieronymus. tam minutim, ut ipse puerpera fuisse aliquando videatur,
qui tamen perpetuo vixit celebs. Mille etiam dolores et molestiae non tantum leuiter
degustandae: sed diutissime deuorandae, tum in partu, tum post partum. Quae tamen
975 omnia si libenti et grato animo de

CAPVT I.

[p.91]

uorat, atque suscipit mater, Deo grata est, et in sua vocatione incedit: ad trimatum autem
vsque lex Ciuilis iubet ut mater ipsa alat liberos suos, eosque praecipue curet.

Sed addit Paulus alias quoque virtutes, quas esse necessarias ostendit, ut mulier Deo
placeat, quarum aliae communes illis sunt etiam cum viris, nempe Fides, et Charitas:
980 aliae illarum propriae, Sanctificatio, et Modestia. Quae enim virtus nos Deo commendat
est fides. Illa enim nos et deducit ad Christum, et cum eo coniungit. Illa charitatem
quoque gignit, extra quam nihil a matribus ipsis fieri Deo gratum potest, quia si inuitae,
repugnantes, et coactae potius officium faciunt, quam ex charitate, displicent Deo.

Sanctificatio, quam requirit a mulieribus, non est tantum generalis omnium vitae
985 actionum ad Dei voluntatem conformatio 1. Thess. 4. vers. 4. sed maxime sanctimonia
quaedam corporis, qua se vxores et mulieres ab omni turpitudine, immunditia, et lasciuia
puras conseruant, quae impudicitie opponitur: et alio nomine dicitur castitas. Modestia,
luxui et sumptuoso illi cultui, de quo superius dixit, opponitur.

CAP. III.

FIDVS est hic sermo, Si quis Episcopatum appetit, praeclarum opus desiderat.

Transitio est. Postquam enim de pastorum of

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.92]

ficio disseruit, de eorundem electione, qualis esse debeat, agit, ut in ea parte regimen
Ecclesiae et ratio illius instituendae et conseruandae esset nobis certa, Deique verbo
praescripta. Commode tamen et molli transitione ad hunc locum et argumentum descen-
5 dit Paulus, quasi per hypophoram, quae ex superiori disputatione, per quam mulieres
a docendi munere et Episcopatu semotae sunt, oriri videbatur. Cum enim sit officium
et munus virile Episcopatus, videbantur omnes viri huius tantae dignitatis et muneris
capaces: quod tamen negat esse verum Paulus, cum certas quasdam conditiones in iis
requirat, qui sunt ad hoc munus vocandi, ut sint idonei: propter quas caeteri ab eo munere
10 arcentur. Ergo ut nullius mulieris proprium munus est, Episcopatus: ita non cuiuslibet
viri opus est. Est autem vtilissima haec disputatio, tum ut interdictae mulieribus huius
administrationis ratio intelligatur, quae sumitur propter ipsius difficilem et arduam curam,
cuius non sunt illae capaces: tum ut hoc ipsum munus in sese quantum sit, quamque
excellens et eximium demonstretur, ne ad illud quisquam temere cooptetur: aut ne iam
15 cooptati et vocati perfunctorie et leuiter eo defungantur, sed intelligant, quae ab ipsis

requirantur. Denique vt esset certa quaedam regula ab ipso Dei spiritu, non ab hominibus praescripta, ad quam legitimae vocationes in Ecclesia renocarentur, et examinarentur. Itaque non licet hominibus priuatis vel Magistratibus: sed ne synodis quidem ipsis aliquid de electione personarum Ecclesiasticarum ab his praeceptis dissentiens vel contrarium statuere. Nam hos canonas

CAPVT III.

[p.85]

In electione autem personarum Ecclesiasticarum tria quaeri et possunt, et solent. Nempe
 1 Qui eligendi sint. 2 A quibus eligendi. 3 Quomodo eligendi. Quod vltimum caput de forma electionis agit. Hic de personis, quae eligi possunt alibi in hac ipsa, et de iis, ad quos ius eligendi pertinet et de legitima electionis forma: dicetur. Primùm enim est
 25 natura, vt sint quaedam personae, quae eligi possint, de quibus idcirco primo loco fuit dicendum.

Agit autem Paulus hoc toto capite de Episcopis, et Diaconis. Attamen aliae sunt Ecclesiasticae et necessariae dignitates praeter Diaconos et Episcopos, quales Presbyteri, de quibus nihil penitus hoc loco traditum esse a Paulo quidam existimant. Volunt enim
 30 Presbyterorum electionem explicari in Epistola ad Titum cap.1. Hic vero Episcoporum. Sed falsa est eorum sententia. Eisdem enim vocat Paulus Presbyteros et Episcopo, svti apparet ex cap.1. vers.5, et 7. Epistolae ad Titum. Atque etiam ex 1. Pet.5 vers.1 et annotat cum Chrysostomo Hieronym. ex quibus Isidorus didicit, cuius dictum est in canone Clero. Et clericos 5 Presbyter distinct.21. Itaque priusquam du ba, iuu metradit
 35 d praecipit Paulus, accedamus, illud explicandum est, vtrum idem sit Episcoporum, et Presbyterorum, de quibus in sacra scriptura et praesertim in Apostolicis scriptis fit mentio, nomen, dignitas, vocatio, munus, et praestatio. Nam Diaconi ab Episcopis hic distinguuntur et separantur aperte. Presbyterivox. Graecis est πρεβύτερος. Itaque est Graeca

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.94]

40 differunt autem hx voces παλαιός et πρεβύτερος vti vetus et senex apud Latinos, quod παλαιός est aetatis, et πρεβύς etiam dignitatis, vt ex Plutarcho in Nicea colligi potest. Horum igitur Presbyterorum (qui a dignitate non autem ab aetate hic nominantur) in scriptura duplex est genus. Vnum eorum qui tantum moribus inuigilant. Alterum eorum, qui et moribus et doctrinae attendunt, et in vtroque laborant. Id quod ex hac ipsa Epistola
 45 cap.5.vers.17. facile colligi potest. Quod ad primum igitur eorum genus, vti a secundo distinguitur: ita ab Episcopis et doctoribus est discernendum. Sunt enim illi Presbyteri tantum morum et disciplinae custodes et inspectores: non etiam praecones doctrinae. Cur autem hoc genus fuerit in Ecclesia necessarium vel inductum, ratio mihi nulla videtur alia esse, quam quod etiam illo tempore, quanuis multis donis abundaret Ecclesia Dei, tamen non satis multi idonei viri ad vtrunque hoc munus obeundum reperirentur, vt etiam
 50 Epiphan.testatur. Ergo ad formam veteris et Iudaici Synedrii habuit Ecclesia Christiana hos Presbyteros disciplinae φύλακας, qui non erant omnes Leuitae, et concionatores verbi Dei. Et haec quidem de primo Presbyterorum genere, qui morum tantum curam habent in Ecclesia Dei. Ergo de secundo Presbyterioam genere agamus, eorum nempe,

55 qui etiam in doctrina laborant, et qui morum, atque etiam regiminis Ecclesiae curam habent. Hos nihil ab Episcopis differre dicimus et, Dei verbo affirmamus siue ex eorum electionem, siue munus, siue personae conditionem spectes: sed iis omnino pares esse debere: et cū recte

CAPVT . III.

[p.95]

administrata est Ecclesia, semper fuisse his rationibus demonstramus.

60 Prima ratio, quod quos Paulus iubet Presbyteros oppidatim creari, eosdem vocat idem Episcopos Tit.1.vers.5, et 7.

Secunda. Quod cū Presbyteros Ephesiorum alloqueretur Paulus quos accersierat, et euocauerat Miletum, eos omnes Episcopos nominat, et iis eadem praecipit quae Episcopalis muneris pro pria sunt, et postea ad solos Episcopos pertinere existimata et
65 definita sunt Actor. 20.v.17.18.

Tertia, Quod Petrus tribuit Presbyteris hoc ipsum munus, vt pascant gregem Domini, et illius curam habeant 1. Pet.5.vers.2.3, Praelatos enim omnes Presbyteri vox complectitur (vt explicat Bernard. sermo. in Psal. Audiam) quorum est prodesse magis, quam praeesse.

70 Quarta, Quod ad Presbyteros negotia Ecclesiae deferuntur, ab iisdem illa geruntur, et adminhtrantur. Atqui hoc ipsum alibi tribuitur Episcopis Philip.1.vers.1. Actor.11.vers.30, 16. vers.4. Itaque omnes aequali nomine ἡγόμενοι a scriptura appellantur Heb. 13.vers.7. Vnde Cyprian. in liber de Simpliciter. Praelatorum, Vnus est Episcopatus, cuius in solidum singuli participes sumus.

75 Quinta, Quod plures Episcopos in singulis ciuitatibus fuisse, praeterquam Alexandriae, quae est vrbs Aegypti, scribit Epiphanius haeres.68. At si Episcopi nomem esset προεσβάς vox, non possent eiusdem ciuitatis plures esse Episcopi, quia in eodem coetu plures esse primi, et capita non possunt.

His autem obstant quaedam, quae in contrarium afferri videntur posse. Primū quod
80 haeretici ha

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.96]

biti sunt, qui Presbyteros Episcopis adaequarunt, quales Hierianre docet Epiphan. et Augustinus in liber de Haeresibus ad Quoduultd. vbi nos diximus

Secundum, Quod praeter Presbyteros habent Episcopi apicem Pontificatus et praeeminentiae. Itaque multa licent Episcopis in Presbyteros hodie, quae non item Presbyteris
85 in Episcopos. Solus enim Episcopus creat Presbyteros: nulli autem Presbyteri soli creant Episcopum, vt est in cano. Cleros et clericos 5 Presbyter distinct. 21. et tota distinct. 67. Nan in Episcopo omnium ordinationum potestas inest, ait Ambrosius.

Tertium Quod vt libro 1.cap.6.refert Ruffin. Synodo Nycena cap. Io. vetitum est, ne in vna ciuitate duo essent Episcopi. Itaque ex vetere consuetudine Ecclesiae vnus e toto
90 Presbyterorum collegio caeteris praeficiebatur, ad quem velut caeterorum praesidem et praepositum Ecclesiae negotia reserrentur; qui ἐκλειδικὰ et ὑποεδρωτὰ Iustinus Martyr in 2. Apolog.nominat.

Quartum, denique quod aequissimum videatur vti in politia ciuili et humana: ita in politia Ecclesiastica vnum aliquem praeesse caeteris, qui velut totius chori dux sit et moderator perpetuus.

Respond. Et quidem ad prima tria argumentas idque , ex Hieronymo in Epistola Pauli ad Titum vbi sic ait, Sicut Presbyteri sciunt se ex Ecclesiae consuetudine ei, qui sibi praepositus fuerit, esse subiectos: ita Episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispositionis dominicae veritate Presbyteris esse maiores, et in commune debere Ecclesiam regere. Nec enim hoc προεδρίας et praeeminentiae perpetuae ius, quod vni tributum est,

CAPVT III.

ex Dei verbo sumptum est: sed humanum plane commentum est dum nimium Ecclesiasticae politiae formam et regimen ad ciuilis disciplinae normam homines exigunt contra praeceptum et Christi Luc 22. vers.25. et Petri 1. Pet. 5. vers.3. Idem docet Augustinus Epist. 19. haec honorum diuersa vocabula et distincta ex hominum tantum consuetudine, non ex Dei verbo introducta et recepta in Ecclesia esse. Nam neque tempore Apostolorum haec distinctio in Ecclesia fuit: neque Epaphroditum, quem remittit Philippens.neq: Archippum, quem Collossis agentem exhortatur Paulus, aut Episcopum, aut Presbyteris praepositum appellat. Imo Irenae. Higinum Episcopum Roma. semper Presbyterum vocat, vt docet Eusebus liber 5 cap.26. nunquam autem Episcopum, aut Presbyteris praepositum. Et cum nihil sit ad Dei verbum addendum dicimus omnino temere, id introductum fuisse et receptum in Ecclesiis Dei: et haec illius tyrannidis, quae postea miserrima irrepsit in Ecclesiam, verissima semina et fundamenta dico fuisse: vti apparet ex Epist.3. Ioannis vbi Diotrophes φιλόπρωτέων damnatur v.9. Atque varia esse huius proestasiae incommoda docet Caluinus cum Epist. 375. tum in suis commentariis in Epist. ad Philip. cap.1. quanquam is fuit vetus mos, et iampridem receptus, vt apparet ex Nicena Synodo prima vti ex Ruffino docuimus. Vnde igitur et cur primum est introductus? Res. Primum quidem, vt ex Epiph. et Hieronym. apparet, hoc Alexandriae institutum fuisse, praeter morem caeterarum Ecclesiarum. Cur autem, ratio est, vt ait Hieronym. nimirum vt scismatum

AD I. PAVL. AD TIM.

occasio tolleretur, et dissensionum plantaria euellerentur. Ita ille in Epist. ad Euagrium, cuius dictum refertur in canon. Leginus in Isaia dist. 93. et ipse repetit in Epist. Pauli ad Titum cap.1. Contra vero res ipsa docuit, istud fuisse verissimum vniuersalis a fide Christi apostasiae semen et fundametum: et laeumimnae fuis tyrannidis, quae in Papatu etiamnum hodie viget, fulsimentum maximum.

Quod ad quartum argumentum attinet, prorsus elumbe est. Neque enim regimen Ecclesiae est reuocandum ad ciuilis politiae rationem et normam vt docet Christus Luc.22.vers.25.1. Pet. 5 vers.3. quia Dominus ipse, qui suae Ecclesiae est rex, eius quoque regendae regulam nobis verbo suo praescripsit prorsus ab Monarchica alienam. Denique tantum inde malum serpsit, id est, ex hac Episcoporum praelatura, vt quemadmodum scribit contra Luciferia. Hieronym.non satis recte censerentur baptizari, qui a

[p.98]

Presbyteris erant baptizati, nisi postea manus illis ab ipso Episcopo et praeposito isto imponerentur: a quo solo dari spiritum sanctum crediderunt. Atque inde putidum illud confirmationis suae Sacramentum Papistae fabricati sunt.

135 Veniamus ad verba Pauli. Commendat futuram tractationem, tum a Modo ipso dicendi, tum a Re ipsa. Modus dicendi est, praefatio quam attexuit, quo futuram doctrinam veram esse, et retinendam intelligeremus, velut Dei ipsius vocem: non autem existimemus haec praecepta posse a nobis sperni, et quae hic traduntur, inter διάφνρα recensenda reponendaque esse. Est enim solius Dei in

CAPVT III.

[p.99]

140 sua domo vocationes constituere.

Res autem ipsa, est dignitas Episcopatus. Episcopi vero vox ex vsu communi sumpta est ab Apostolis. Dicti sunt enim Episcopi a Graecis qui rei alicui cum aliqua potestate praeerant. Suidas ab Atheniens. scribit esse dictos, qui ad res sociorum inspiciendas mittebantur: Plutarch. tum in Numa, tum in Pericle hac voce utitur, quam esse rem pulcherrimam et praestantissimam docet hoc loco Paulus. Itaque non esse quoslibet illius capaces, χαλεπὰ γὰρ δύσκολα τὰ καλὰ, vt ex veteri prouerbio dixit Plato: sed multa in iis requiri, qui ad tantum muhus obeundum le acemgunes aut a nobis eligi, vt sint idonei, debebunt. Quidam enim sunt nimium audaces, qui nec se, nec munus hoc, quod affectant, norunt. Itaque sunt illi tanti muneris difficultate deterrendi.

150 Ne propterea tamen alii hoc munus tam arduum repudient, adiicit consolationem, eos, qui hoc munus expetunt, recte facere, et opus Deo gratum exoptare. Arque ita Paulus, Audaces reprimit, et Timidos excitat. Christi enim hominis imaginem gerit Episcopus, vti Magistratus ipsius Dei, vt Augustinus in liber Quaestio veter. et noui Testamenti quaest.35.scribit. Loquitur autem hic Paulus non de ambizioso desyderio. 155 Hoc enim maxime in iis damnatur, qui Ecclesiae praefici volunt, non item de auaro: sed de sancto illo animi affectu, per quem Dei gloriae prodesse, eanque promouere. i. quantum Dominus ipse legitime dederit, auent, qui Episcopatum desydetant: nec praeoccupantes locum et sese intrudenres, nec fugientes, cùm precibus Ecclesiae flagi

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.100]

tantur. Et vera est illa Augustini sententia liber 19 de Ciuitate Dei cap. 19. Otium sanctum quaerit charitas veritatis: negotium iutum suscipit necessitas charitatis.

160 Episcopatum autem definit Paulus ργον non τιμην, quia, vt ibidem dicit, et recte quidem Augustinus, episcopatus est nomen operis et oneris: non autem honoris. Vae igitur desidiosis et canibus mutis, qui se tamen vocant Episcopos, vt est apud Isai. 56. Videtur autem haec sumpta definitio ex Exod. cap. 39. sed imprimis vers.41. vbi quae 165 Aaron et Leuitae habere singularia et peculiaria iubentur, ad ministrandum Deo, non ornamenti causa illis data esse commemorantur: sed potius ministerii et operis illis a Deo iniuncti gratia.

2 Oportet igitur Episcopum irreprehensum esse, vnius vxoris virum, vigilantem, sobrium, compositum, hospitalem, aptum ad docendum.

170 Varias dotes postea recenset Paulus, quibus ornatum esse episcopum oportet, vt sit maioris inter suos autoritatis, et tanquam exemplar totius gregis, vt docet Petrus 1. Epist. cap.5. Manant enim in vulgus exempla regentum, et pastorem oportet non tantum doctrina: sed et vitae probi tate ac sanctitate caeteris praelucere. Matth.5. vt sit sal, quia quodammodo in ipsius Dei doctrinam, quam praedicant, redundant pastorum vitia et probra. Vnde fit, vt etiam in lege veteri symbolis quibusdam doceret Dominus quantas dotes in Sacerdotibus

CAPVT III.

175 Sacerdotibus inesse oporteret. Omnis enim ille cultus et summi Sacerdotis ornatus, qui Exod.28. vers.30.31. et sequent. describitur, quanta pietas, sanctitasque a pastore Ecclesiae requiratur, ostendit: quemadmodum etiam explicat Isychius liber 6. in Leuitici cap.21, et 22. Externa enim illa Leuitici ministerii species et splendor fuit interni ornatus et vitae symbolum. Ex iis autem tot virtutibus, quas describit Paulus hoc loco, vt veram perfectamque boni Episcopi ideam habeamus, quaedam ostendunt, qualem Episcopum ipsum In sese esse oporteat, et Ratione suae familiae, Item, Extraneorum et infidelium, Quae omnia distribuo in tria haec capita, vt congestas hic a Paulo dotes distinguere aliqua ratione possimus. Berna. autem Sermo.77. in Cantica breuiter has omnes dotes videtur his verbis complexus. Ad solam ciuitatis, id est Ecclesiae custodiam, vt quantum satis est, 185 procuretur, opus est viro forti, spirituali, fideli: forti ad propulsandas iniurias: spirituali ad deprehendendas insidias: fideli, qui non, quae sua sunt, quaerat. Sed etsi doctus fuerit, non sit autem bonus: verendum, ne non tam nutriet doctrina vberi, quam sterili vita noceat. Idiota autem pastor quomodo in pascua diuinorum eloquiorum deducet greges dominicos?

190 Eo vero diligentius ista Pauli praecepta sunt obseruanda. Primum, Quod ex quibus causis Episcopi eligi prohibentur: ex iisdem electi deponuntur. Eas autem hic expressas a Spiritu sancto habemus. Secundum. Quod praeter has conditiones et qualitates, aliae sunt synodorum decretis postea additae, quarum quae dam prorsus

[p.101]

AD I. PAVL. AD TIM.

195 sunt reiiciendae, nec nobis Euangelii lucem adeptis iam retinendae, vel in Episcoporum electione requirendae, et obseruandae. Nec fere locus est, quem scupulosius canonistae tractarint, quam hic qui est de clericorum et Episcoporum electione vti apparet tota prima parte decretorum et a distinct.23. ad 1o2. Nos quantum videbitur, et ad vsum nostrum, et ad Ecclesiae Papisticae perturbationem et συνχύπν patefaciendam, ex illis etiam hauriemus. Primum igitur ait, Irreprehensibilem, vel irreprehensum. Paulus 200 in Epistola ad Titum 1. vers.7. νέγκλητον, id est, non a quoquam publici criminis accusatum, sed inculpatum. Ratio est, quod multum de dignitate et autoritate Episcopi et pastoris detrahit publica non tantum sceleris damnatio: sed etiam accusatio, quia in ea perpetrati criminis suspicio quaedam inest, quanquam non est conuictus. Et qui caeteros reprehensurus est, debet ne sordescat eius admonitio, omnibus vitiis carere. Debet enim

[p.102]

205 omni vitio carere, qui in alterum dicere paratus est, vt ait M. Tull. Istud vero Pauli dictum, vt sit irreprehensus Episcopus, de publica infamia et de eo scelere, quod accusatione publica obnoxium, aut dignum est, intelligitur, quo carere et illius accusatione, debet futurus pastor: non autem de peccato vel infirmitate qualibet accipitur, cui etiam optimi quique sunt obnoxii, vt ea in futuro Episcopo nulla inesse omnino possit. νέγκλητοι
210 quidem esse possumus, Αὐναμάοιτοι vero esse non possumus Peccatorum igitur, vt docet etiam saepe et apposite quidem ad huius loci explicationem Augustus quaedam sunt Crimina, et Peccata, vel infir

CAPVT III

[p.103]

mitates tantum humanae naturae, et vitiositatis humanae appendices et communes omnibus hominibus propter inhaerentem nobis peccati originalis radicem. Peccata in futuro
215 Episcopo inesse possunt, crimina in eo nulla inesse vel tolerari debent. Itaque si quis sit homicida, adulter, falsus testis, latro, pirata, vel seditiosus, Episcopus ne eligitor: electus per ignorantiam deponitor, vt est in Agathensi concilio cap. 50. et in canon. Si Episcopus distinct. 50. Idemque Ambrouus docet Eplitolou.

Hic autem variae quaestiones incidunt et oriuntur, quarum quasdam tantum, quae
220 sunt vtiliores, breuiter tractabimus.

Prima est, vtrum hac eadem voce irreprehensus comprehendantur peccata quae scelera quidem sunt, publica poena tamen minime puniuntur, qualis sub Paganismo idololatria: et in Papatu, sacrificium missae, vt qui haec admiserit, id est, qui idololatra fuerit, qui Missam blasphemam cantauerit eligi non possit in Episcopum. Nec enim ista
225 peccata publice in Papatu accusari possunt, nedum damnari. Respond. Distinguendum esse. Aut enim de eo quaerimus, qui ignorans talis fuit: aut qui fidem Christi semel susceptam abnegauit. Ignorans, et postea ad fidem conuersus potest exemplo Pauli, fieri Episcopus. Non potest autem is qui sciens et abnegata Christi fide talis fuit. Nec enim tam spectat Paulus in criminibus et vera infamia definienda, quid leges hominum
230 statuerint, quam quid Dei verbum damnet. Ergo Christianus qui defecit a fide, qui apostata fuit, qui Christum abnegauit publice, qui Christum

404 AD I. TAVL. AATTIM.

professus, idolis postea sacrificauerit, eligi certe non potest in Episcopum. August. epist. 50. et est in can. Presbyteros et canon. Hi qui post, dist. 50. Quod enim Marcel. Episcopus Roma. post fidei abnegationem retentus est in Episcopatu, propter
235 magnam eius poenitentiam factum est, quam demonstrauit. Qui igitur nondum Christum agnoscentes et professi idolis seruierunt, et postea ad fidem conuertuntur: non impediuntur propterea, si caetera habeant, in pastores Ecclesiae eligi.

Secundo loco quaesitum est, Qui accusati tantum quidem sunt criminis publici, non autem dannati, vtrum eligendi omnino postea nunquam sint. Inhaeret enim quaedam
240 labes in istis, et opinio turpis apud bonos et graues viros. Respon. Hoc totum ex facto pendere. Nam si verisimilis nota et suspicio infamiae aut malae turpisque vitae iis inhaeret, qui accusati sunt et non conuicti, eligi non debent, quanquam prorsus non sint conuicti, quia Episcopum non tantum carere ipso vitio et crimine apud Deum oportet:

sed etiam apud homines criminis suspicione, vt Ecclesia melius aedificetur. Sin prorsus
 245 innocens est pronuntiatus, maiórque illius integritas inde apparuerit, et eluxerit, eligi et
 admitti potest, etiam is, qui publice criminis accusatus est.

Quaesitum denique est, vtrum Episcopi vel Presbyteri, vel Diaconi, qui aperte in
 huiusmodi scelera inciderint, fuerintque propterea depositi, iterum eligi ad eosdem vel
 maióres vel inferiores gradus Ecclesiasticos possint, si appareat

CAPVT III.

[p.105]

250 eos vere poenitere, et vtilis Ecclesiae esse posse. Respond. in eo variam fuisse veteris
 Ecclesiae sententiam. Primùm enim fuit seuerior Ecclesia: et erat moribus receptum,
 vt lapsi siue in haeresin, siue in apostasiam, siue in aliud aliquod crimen, et vitium, et
 depositi propterea, non admitterentur vnquam postea in gradum vllum Ecclesiasticum,
 propter aedificationem Ecclesiae. Deinde aliud receptum et constitutum fuit, nempe
 255 vt etiam recipi possent, si poenituissent. Quam secundam sententiam cùm Luciferiani
 damnarent et improbarent, haeretici sunt habiti. Denique tandem res tota in concilio
 Agathensi composita et conseieutu eneyte sapiimmmrumce restitui et retineri in gradu
 possent: ad maiores tamen non possent prouehi. Excepti tamen sunt ex eo numero
 apostatae. canon. Contumaces et cano. Domino sancto distinct. 50.

260 Vnius vxoris virum. Secunda Episcopi futuri conditio. Primùm autem huius loci
 explicatio vera videnda est. Deinde ratio praecepti. Denique quae huius loci postea
 corruptela siue deprauatio facta fuerit.

Ac quidem primùm hic locus a patribus vere et pure et syncere explicatus est, veluti a
 Iustino et hic a Chrysostom. Atque etiam a Hieronymo, quanquam infestissimo nuptiarum
 265 hoste: item ab Ambrosio, epist. 82. et Theodorito (etsi postea Graeca Ecclesia cum
 Latina de huius loci explicatione disputauit et dissensit.) Ne is nimirum in Episcopum
 eligeretur, qui vno eodemque tempore duas apud se haberet vxores. Tales enim tunc
 multi etiam Iudaei erant, qui exemplo Dauis

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.106]

dis Salomonis et aliorum Patriarcharum abusi duas pluresque simul coniuges ducebant.
 270 Nunquam autem illi acceperunt ita hunc locum, quasi qui coniux sit, Episcopus fieri non
 posset, aut quasi qui iam factus esset Episcopus, vxorem ducere, si velit, non deberet
 aut auderet. Nondum enim impia Cyricii Rom. Episcopi sententia edita fuerat, quae
 Episcopos celibes effecit. Ergo apparet esse posse Episcopos coniuges, sed tamen non
 posse esse digamos. Digamum enim et quidem vere interpretabantur, qui duas simul
 275 vxores haberet, et eodem tempore. Sed et duas quoque vxores habere censendi sunt, qui
 primam quidem vxorem repudiarunt: sed extra causas verbo Dei comprehensas, et aliam
 illi repudiatae superinduxerunt, qualia multa ex non iustis causis fiebant olim diuortia
 tum inter Iudaeos ipsos, tum etiam iter Gentesirvee enn diuismodi coniugia abfunt ab
 impuris adulteriis, vt docet Christus Matt 19. vers.9. quia extra causas a Deo explicatas
 280 fiunt. Ergo et hi quoque sunt digami, vti et priores illi, qui duas vxores habent, quos
 Episcopos esse non vult Paulus.

Ratio vero huius praecepti est multiplex. Primùm aedificatio Ecclesiae. Cùm enim multae coniuges eiusdem viri, sint profanatio matrimonii a Deo instituti: et magnae libidinis et incontinentiae signum, resque ea sit ómnino per se foeda, et turpis, perinde
 285 atque si plura corpora vnum tantùm caput haberent, ab ea foeditate maxime pastori Ecclesiae est fugiendum et abstinendum. Denique cùm Deus ipse grauissime huiusmodi coniugiis, quae sunt adulterio paria, offendatur, illa prohi

CAPVT III.

[p.107]

beri debuerunt, maxime futuris pastoribus. Cur autem diserte istud commemorare oportuerit ratio est, tum Iudaeorum receptus et vulgaris iam mos, vt docet Chrysostom. qui sibi plures simul vxores sumebant: tum communis omnium pene populorum, imprimis autem Graecorum et Orientalium opinio, barbara quidem, sed tamen iam confirmata: qui id minime turpe putabant, maxime si priori vxori repudii libellus etiam sine causa missus esset. Nam et Diogenes Laert. scribit in Socrate id praeceptum fuisse et edictum Athenis, vt duas vxores vir quisque haberet: et Socrat. liber 4. cap.32. tradit
 290 eandem legem etiam a Valentinia.3. imperatore Romano repetitam fuisse et sancitam, tam leue peccatum habebatur Polygamia.

Epiphanius in libro Haeres. de Cataphrygibus agens putat ad Christi summi Sacerdotis imitationem, cuius imaginem gerunt Ecclesiae doctores, istud a Paulo praecipere. Nam quemadmodum habet Christus vnam tantùm Ecclesiam: sic Episcopus ait vnam tantùm
 300 vxorem habere debet. Augustinus liber de Bono coniugali cap.18. vnitatem Gentium nomine vnius vxoris significari ait, Inepte certe, pace tantorum virorum dictum sit, vtrique. Ergo proculdubio Episcopos, Presbyteros, et Diaconos coniuges habuit vetus Ecclesia et proxima Apostolorum temporibus aetas, vt apparet ex Historia Ecclesiastica: imprimisque Eusebius liber 6. cap.42. Socrat. Scholast. lib.5. cap. 22. Sed et ex ipsis
 305 quoque Papistarum canonibus et decreto Gratiani. Sed et August. cùm scribit ad Paulinum Nolae Episcopum Tarracasiae quoque ipsius vxoris me

108 AD I. PAVL. AD TIM

minit, nec eum quod coniux esset, indignum iudicat Episcopatu.

Secuta est autem alia aetas, quae propter coelibatus et virginitatis peruersionem, hunc locum primum a vero sensu deflexit et detorsit. Deinde prorsus corruptit. Ac
 310 detorserunt misere hunc locum ii, qui ita sunt interpretati, eos esse eligendos Episcopos, qui fuerant quidem ante electionem viri vnius vxoris: non autem, qui coniuges tunc erant, cùm eligerentur. Sic Ambrosius accipit epl. 62. Sed ii fanuntur pessime. Nam et hic et ad Titum 1. vers. 6. diserte dicit Paulus, si quis est tempore praesenti: non autem, si quis fuit, tempore praeterito.

Corrumpunt plane hunc locum alii et ridicule explicant, qui vxorem hic Ecclesiam appellant et a Paulo significari voce vxoris putant. Vnius ergo vxoris virum esse, est vnius Ecclesiae et Sacerdotii Episcopum et administrum esse. At tunc id est, tempore Pauli nondum erant Sacerdotia, et quaestus Ecclesiastici. Vt mera sit cauillatio et peruersione Scripturae, sic mentem Pauli explicare. Ergo sic varie corruptus est hic locus. Quod
 320 autem ait Paulus, vxoris, ita fuit stricte acceptum a Patribus, vt praeter mentem Pauli

quidam laqueum postea induxerint conscientiiis hominum.

Vxorem enim eam tantum esse volunt, quae antea honestae vitae mulier fuerit. Itaque si quis minus honestam mulierem, si quis scenicam mulierem, quae spectaculis inseruerit. Item aliam quampiam ex turpi causa olim notam duxerit, excludi ab omni Ecclesiastico ministerio debere putant, et Synodorum decretis sancuerunt. Est in cano

CAPVT III.

[p.109]

in canonibus Apostolorum, qui dicuntur; estque relatum in canon. Si quis viduam et eiectam dist. 34. et a Neocesariensi concilio (quod Nicenum primum praecessit,) repetitum cap. 8. Quod etsi non improbo ab iis ita esse constitutum, ex eo tamen laqueum conscientiiis vllum induci nolim, et ita stricte in omnibus observari. Nam hoc ita constitutum solum est a Patribus illis, quod Ecclesiae aedificatio in tanta meretricum copia, et inter gentes profanas versantes exigere huiusmodi quiddam videretur. Oseas tamen duxit meretricem in vxorem, si quibusdam credimus. Sed et si quis eam vxorem habet, quam ex legum praescripto ducere non potest, veluti si intra eum gradum, qui legibus alicuius prouinciae politicis prohibetur, ad munus Ecclesiasticum vocari et admitti non debebit ex Synodo 6. generali, quae Ioit Gontaneinoponta in Piuno, et est in cano. Presbyterum non legalibus distinct. 28. vbi Gratianus se imperitum prorsus prodit: vel si per ignorantiam admissus est ad Episcopatum, interdicti muneris sui exercitio debebit, ex iisdem Synodi decretis

Additum quoque est a concilio Chalcedonensi cap. 14. et sancitum, ne qui vxorem haereticam, aut Paganam siue Gentilem et idololatram duxisset fieret Episcopus et clericus, ne fortasse illa virum a fide Christi abducat, aut pietatem Christianam profanet, et calumnietur, quia hostis est et inimica. Sic est in cano. Quoniam in quibusdam distinct.32. Sed et qui duas successiue et legitime ductas vxores habuerunt, Digami sunt appellati ab istis: sed perperam. Itaque ab officio pastorum

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.110]

prohibiti sunt ex mala interpretatione huius loci. Nam nec secundae nuptiae, nec tertiae peccatum habent, si caste seruent Augustinus in liber De fide ad Petr. quanquam Bernar sermo. 58 Cant. damnat exemplo turturis numerositatem nuperaruiloudumomumeu laperstitione, vti eam quoque Tertullianus damnauit ex Montanistarum errore.

Denique vxorem vnam dixit Paulus. Quid si quis vxori vni quidem legitime ductae soperinducit concubinam, Vtrum is pastor et Episcopus eligi potest? Est enim haec concubina et pellex, non vxor. Respond. Tergiuersationem esse. Nam plana est Pauli sententia, per quam omnem in eo qui Episcopus est futurus, turpis et obscoenae libidinis notam damnat, ne propterea male audiat Dei verbum, aut ipse sit offendiculo cuiquam: Itaque qui pellicem cum vxore habet in consortio, est adulter, et prohibetur eligi et hic et can: Apostolorum 17. Aurelia. concilio cap. 4. Agathensi cap.55. et est in canon. I. distinct.33. et tota distinct.34.

Si excipiat separata esse Euangelii doctrinam a vitiis Ministrorum, qui eam annuntiant, nec eam, quae per se pura est, illorum sordibus pollui posse. Respond. Per se quidem illud verum esse: opinione tamen hominum non item. Putant enim

360 homines Ministrorum vitiis tanquam attractione quadam doctrinam illam coelestem
pollui. Itaque illa minus et lubenter et reuerenter iam auditurs cū huiusmodi quaedam
personae foedae et turpes in diuinum ministerium asciscuntur, et alleguntur.

CAPVT III.

[p.111]

Venio iam ad eas postremae aetatis constitutiones, per quas hoc Pauli dictum et prae-
ceptum non tantum inflexum est a vero sensu: sed omnino immutatum, et sublatum ex
365 nimia et praepostera celibatus admiratione.

Ac primum quaesitum est anxie, Vtrum celibatus esset Ministris Ecclesiasticis, siue
iam vocatis et ordinatis, siue vocandis et creandis praecise indicendus et praefiniendus.
Respond. Cū neque donum continentiae sit in nostra potestate, neque semper, et vel in
perpetuum a Deo detur, si cui detur: sed saepe tantū ad tempus, perperam, et inique eos
370 agere, qui illum praescribunt Episcopis et vllis Ministris Ecclesiasticis, vel iam electis,
vel eligendis. Onerant enim hominum conscientias praeter Dei verbum, quod facere non
licet, iisque leges imponunt, quod solius est Dei. Deinde Cataphrygum et Encratitarum
haeresin, qui nuptias damnarunt, et reuocant et confirmant. Etsi enim nuptias non in
totum tollere videntur: eatenus tamen illis haereticis aslentiuntur, quatenus sanctam
375 illam Dei institutionem (quae est coniugium) putant polluere quosdam pios: aut saltem
obstare, quo minus illi ad Dei obsequium sint apti et idonei, cū tamen iis nihil eorum,
quae Dei verbum in pastoribus requirit, pro captu humanae infirmitatis, desit.

Quare cū Synodo Nicena prima de ea lege clericis imponenda ageretur et dis-
ceptaretur, obstitit vir sanctus Paphnutius Episcopus et Christi martyr et ipse γαμος
380 tamen, qui ex Dei verbo omni hominum generi honestum esse coniugium docuit ex
Hebus 13. vers 4. Atque haec Hi

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.112]

istoria extat apud Sozom. liber 1. cap.23 quicquid Torrensis contra debacchetur. Nam
Theodorus Beza in liber de Polygamia ipsa Synodi Nicenae verba Graeca recitauit ex
veteri codice Graeco ex cerpta, et illius ipsius rei fit mentio in ipso Dedereto cano Nicena
385 distinct.31. vt mirum sit fuisse tam impudentes quosdam vt id negent. Et nostro seculo
ad fratrum Boemorum interrogationes de ea re (obseruant enim illi in suis Ministris
coelibatum) quod esset suum iudicium scripsit responditque D. Cal. epist. 339.

Cogi quidem vxores ducere non debent ex hoc Pauli loco Episcopi, sed neque
prohiberi ponunt. Pibe emm cotuin eit plane liberum et δῆλον. Vnde necessitas
390 aut lex in neutram partem statui debet et induci. Nam etiam Eunuchus Episcopus eligi
potest: Eusebius liber 7. cap.32. qui certe vxorem ducere non potest.

Quibus vero gradibus ad hanc tandem Coniugii prohibitionem, vel potius profana-
tionem in Ecclesia ventum sit, iam explicemus.

Primū igitur coniugatos Ministros aequae et promiscue, atque coelibes habuit vetus
395 Dei Ecclesia, et bene instituta. Id quod durauit diutissime, quando etiam Gregorius
Nyssenus, vt ait Nicephorus, fuit vxoratus.

Postea vero aliud, tum in Ordinandis in ministerium, tum in Ordinatis receptum est.
Ac Ordinati iam Episcopi, qui erant coniuges, vxores suas retinebant, iisque vti poterant,

neque id etiam obstat eorum ministerio exercendo et muneri Socrat. liber 5. cap. 22.
 400 cano. de Syracusanae 5 Siue ergo distinct.28. cano. Apostolorum 5 et ita Gan

CAPVT . III.

[p.113]

grena etiam non conueniens quod uult Syluestro. Roma. Episcopo constitutum fuit.

Ordinandi uero primum coeperunt in ipsa electione interpellari, utrum continentes
 esse uellent, et in perpetuum abstinere coniugio, an non. Qui si promississent se con-
 405 tinentes futuros: uel etiam tacuissent interrogati, post electionem ad ministerium Ec-
 clesiasticum uxorem ducere, iam non poterant. cano. Diaconus distinct.27. Hic enim
 uel silentium ipsum pro uoto perpetuae continentiae habebatur. Itaque si postea mat-
 rimonium inibant, ordine suo mouebantur. Neque tamen ut scortatores; uel adulteri
 puniebantur, neque Sacramentorum usu, et participatione interdicebantur, ut ex Neo-
 caesariensi consilio apparet. Quod tamen decretum, et quam tam seueram Ecclesiae
 410 disciplinam neque August. neque etiam Hieronym. probarunt cano. Quidam distinct.27.
 Sin autem Ordinandi de promittenda perpetua γαμίζ interpellati uel omnino recusassent
 uouere, et polliceri continentiam, uel ad tempus tantum promississent, neque eligi pro-
 hibebantur, neque post electionem ad Ecclesiasticum munus uetabantur uxores ducere, ex
 Ancyranæ Synodi cap.10. Differebatur tamen saepe electio, et spectabant illo tempore,
 415 num quem illum inuenire possent, idoneum tamen, qui continentem et abinentem a
 coniugio uitam polliceretur, ut eum potius eligerent: est in cano. De Syracusanae distinct.
 28. Quod si neminem continentiam uouentem idoneum pastotali muneri reperiabant,
 hunc, qui continentiam nollebat promittere, eligebant, idque fas erat.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.114]

Et quidem in iis qui ad maiora munera et officia Ecclesiae vocabantur, obseruabatur ista
 420 stipulatio, et interrogatio, ueluti in iis, qui ad Episcopatum, Presbyteratum, et Diaconatum
 adoptandi erant. In subdiaconis uero acolutis, lectoribus et aliis inferioribus, et minoribus
 ordinibus idem neque fiebat, neque habebat locum, quia poterant etiam el ecti uxorem
 ducere, neque de uouenda γαμία tales eligendi interpellabantur cano. Si quis uero
 et can. Seriatim distinct.32 cano. Lex continentiae diuinit.51. Quanquam postea id
 425 immutatum est in subdiaconis, quibus fuit interdictum ne uxores ducerent: ut scribit
 Berna Abbas Clareua. epistola 203.

Ratio uero, cur istae stipulationes et antestationes in ordinandis fierent, duplex afferri
 solet. Prima quidem paupertas Ecclesiarum, quae tot familiis alendis, Episcoporum
 nimirum, Presbyterorum, et Diaconorum satis esse non poterant, in tam tenuibus adhuc
 430 opibus. Nam Ecclesiae tunc uel nulla erant aeraria, uel exigua admodum, quia quae
 bona habebant Ecclesiae pauperibus erogabantur, ut plurimum. Etsi uero bona Ecclesiae
 semper distinguebantur a bonis Episcopi, tamen illius aetatis homines metuebant, ne
 coniugati Ministri bona Ecclesiae ad uxores, aut affines, aut filios suos clam deriuarent,
 et transportarent. Est in cano. De Syracusanae. distinct. 28. Sed non debuit diffidentia
 435 de Dei erga nos beneuolentia, et erga suos prouidentia inducere hos metus, et aspergere
 istam labem Christianae Ecclesiae. Si enim Dominus prospicit auium necessitati, et dat
 illis cibum et escam, multo magis suis prospiciet,

CAPVT III.

[p.115]

et imprimis verbi sui fidelibus Ministris Matth.G vers.25. etsi Ecclesia iis non subuenerit. Deinde nonneis praecipue, vti Christianis pauperibus, exaerario pauperum erogari debuit?

440 Secunda vero istius postulationis ab ordinandis ratio fuit, quod continentes Ministros sanctiores, quam coniugatos esse existimarent et mundiores, quia Dominus iussisset suum populum aliquando vxoribus abstinere, vt se sanctificaret Exod. 19. Denique propter dictum Pauli 1. Cor. 7. vers.5. liberiores et paratiores esse putabant: vt orationi et suo muneri vacarent. Quae tamen opinio ex peruersa coelibatus admiratione et laude profecta est, et ex Encratitarum haeticorum coeno deducta, in vituperium et contumeliam coniugii can. Ante triennium distinct.31.

445 Atque hie mos in Occidente potius et strictius siue religiosius, quam in Oriente primum obseruabatur. Imprimis autem Romae obtinuerat, quem tamen aperte improbat Gregor. Magnus liber 1. epist. 42. et apparet ex cano. Placuit Episcopos distinct. 32. cano. Ante triennium distinct. 31. quam hoc aegre fuerit receptum. Nam Graeci Episcopi et Orientales vel raro pollicitationem istam de continentia exigebant: vel eam etiam non obseruabant, vt docet Socrat.libii: caprill Ioc tantum constituerunt, vt ne liceat ordinato Episcopo accipere aliam, priori vxore defuncta et mortua cano. De Syracusanae in fi. distinct. 28.cano. Quoniam distinct. 31.

455 Denique tandem post varias disputationes et laudes virginitatis et coelibatus eo res rediit, vt mariti et coniuges viri ad aliquam dignitatem

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.116]

Ecclesiasticam non possent assumi Arelat. concilio 4. cap.2. can. Assumi distinct. 28. cui subscripsit Callixtus Papa Rom. At vero Huldericus Augustanus Episcopus, qui 460 vixit ante annos 700. acerrime ei decreto restitit et Nicolao Papae. Quod nouum etiam decretum et inauditum appellat can. De Syracusanae et prorsus improbatur Gangrensis Synodi cap.4. Synodo Constantinopolitana, quae fuit sexta vniuersalis Synodus, quae vtraque Synodus multis seculis et Arelatense illud concilium 4. et Callixtum Pontificem praecessit. Sed et ante vtranque Nicenla quoque prima cap.13. et ante hanc Nicenam 465 cano. Apostolico, qui est N.6. qui etiam est in cano. Si quis distinct. 28. adeo vt Leo imperator cognomento Philosophus Nouella sua 2. iubeat hoc decretum ex Dei Ecclesia facessere, et prorsus in personarum Ecclesiasticarum electionibus silere. Denique Syne-sius Episcopus ad Eutropium negat suam se vxorem dimissurum, quam ei et Deus ipse, et lex habere concedunt. Cum autem ita varie de coniugio Sacerdotum disceptaretur, 470 primus Syricius Papa, qui vixit circa annum Domini 400 et Ambrosii Mediolanensis Episcopi aetate, magna temeritate et nullo Sacrae scripturae nixu lufidamente definiuit et sanxit, Sacerdotes manerent coelibes. cui videtur Ambros. epist. 80. et 81. assensus. Hispania vero vniuersa, et Germania contradixit, adeo vt haec etiam post longum postea tempus Episcopos et Presbyteros coniuges haberet. Syricii dictum est in distin. 475 8.Anno Domini 1074. vt ait Naucerus contra Hildebrandum id est, Gregorium 7. Papam Germani de eo cer

CAPVT III.

[p.117]

tarunt grauissime. Et haec quidem in Ordinandis ad munus Ecclesiasticum obtinebant. In iam Ordinatis vero istud obseruatum primum est, vt vxores suas, quas tunc habebant, retinerent, iisque vterentur: nisi eas contra spontaneam promissionem iam factam duxissent, tunc.n. ab officio deponerentur, quia vxores duxerant. Tamem rata ista coniugia esse et haberi oportere iudicabatur: ne tales a fuis vxoribus diuellerentur. Sed inter digamos tamen poenitebant. Postea vero iussi sunt, etiam qui coniuges et mariti electi fuerant, vxorum suarum vsu abstinere, quod fuit Abelonitarum haeticorum dogma vt docet in liber de Haeres. August. etsi retinere et eas, tamen sine vsu, domi habere poterant et concedebantur. Itaque fere in monasteria, quod ista vxoris sine vsu retentio mali esset exempli, ordinatorum ministrorum vxores detrudebantur Tandem vero crescente in Ecclesia superstitione et instante Syricio Papa impurissimo, et eius successoribus Papis, coacti sunt, vel inuiti, Episcopi et Presbyteri eas deserere, et huiusmodi coniugia, velut incestae nuptiae, propter violatum continentiae votum sunt, omnino et aperte dannata, et dissoluta tanquam nulla essent can. Presbyteris et can.seq. dist.27. et omne consortium cum mulieribus clericis interdictum demum est, nisi cum cognatis et sibi sanguine coniunctis foeminis, cum quibus etiam nimium frequens consuetudo propter suspicionem fuit prohibita cano. Interdixit dist. 32, et cano. Quorundam distinct.34. Sed dum homines temerarii honestum matrimonium ministris Ecclesiasticis prohibuerunt, et interdixerunt,

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.118]

grauissima pellexerunt et inuitarunt vt ait etiam Berna. ipse sermo. de conuersis cap.29. quibus nihil est inter huiusmodi coelibes clericos frequentius. Saluianus Massil. Episcopus qui vetustissimus est, sic improbat istam coniugii continentiam et nondum tamen prohibitionem liber 5. de Prouidentia Dei. Licita non faciunt, illicita committunt, temperant a concubitu, non temperant a rapina. Quid agis stulta perfuasio? Peccata interdixit Deus, non coniugia. Post huiusmodi igitur constitutiones receptas tantum extitit coniugii inter clericos odium, vt pro haeticis et Nicolaitis vulgo damnarentur, qui coniugium iis licere docerent. Itaque Arnoldus Brixianus, et ipse Mronaenusjate Derna ur damatus est, ob eam causam, sed iniustissime. Longior historia de hac tota re est apud Balaeum et Centuriatores. Quod fuisse inuentum Heliodori tradit Socrat. libus 5.cap.22.

Addit Paulus νηφάλαον quem alii sobrium, alii vigilantem vertunt: sed vox sequens σωφρονᾶ sobrium significat. Nos hoc loco vigilantem interpretabimur. Hoc ipsum est quod ait idem Paul. in Epistola ad Titum 1.vers. 8 γκράτ, cui virtuti σωτία contraria est, quam etiam reprehendit in Episcopo praesertim et pastore, totaque ipsius familia Paulus Tit.1.vers.6. Hoc quidem praecipit Christianis omnibus Christus, vt sint vigilantes Matth.24. vers.42, et 25. vers.13.tamen a pastoribus et iis qui aliis praesunt vigilantia multo aequius et seuerius requiritur propter eorum munus. Est n.haec vigilantia pars illius fidelitatis et curae, quam ab illis exigit scriptura 1. Corinth.4.

CAPVT LLL

[p.119]

515 vers.2. et 1.Pet. 5vers.2. Et quia huius vigilantiae comes est sobrietas, vti negligentiae comes est ebrietas, vt docet Christus Luc. 21. v.34. idcirco ab eodem Episcopo postea requirit Paulus, ne sit vinosus, vt postea dicitur. Huic autem virtuti duo quaedam vitia opponuntur, Negligentia, et Absentia. Ac negligens sui muneris pastor esses non debet, nec illud per contemptum spernere: Paulus 1.Corinth.9. vers.16. Vae mihi
520 nisi Euangelizauero, ad hoc enim missus sum. Sed neque absens esse debet diutius a suo grege. Quomodo enim vigilare potest, qui absens est? Vnde praesentiam et residentiam pastorum dicit esse prorsus necessariam Paulus, nedum vt ab ea Ecclesia cui pastores dati sunt, abesse perpetuo possint, quod faciunt praelati Papistici Philip.2.vers.25. Actor.2o. vers.28. vt dispensatio certe de non residendo: vel de pluralitate beneficiorum,
525 quam vocant, omnino contra ipsam Pastoralis muneris naturam et deffinitionem instituta apparet, verissimaque subuersio est officii et muneris Episcopalis et pestis. Quae nullo modo danda pastoribus est, nec toleranda in Ecclesia Dei. Conquesti sunt Patres in Synodo Ariminensi collecti, quod diutius quam vtilitas Ecclesiarum postularet, a suis sedibus praetextu Synodi abessent, vt tradit Socrat. liber 2. cap. 37. Bernardus sermo.77.
530 in Cant. Propterea attendite vobis quicumque opus ministerii huius sortiti estis. Ciuitas est Ecclesia vobis commissa, vigilate ad custodiam concordianque, sponsa est, studete ornatui. Ques sunt, intendite pastui. Porro custodia ciuitatis, vt sit sufficiens rifaria erit, a vi tyrannorum, a fraude haeretico

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.Ro]

rum, a tentationibus Daemonum. Sponsae vero ornatus in bonis operibus, et moribus, et
535 ordinibus. At pastus omnium communiter quidem in pascuis scripturarum tanquam in haereditate Domini etc.

Huius autem negligentiae et absentiae castigatio non tantum ad Synodum, aut consistorium Ecclesiasticum pertinet, sed etiam ad Magistratum pium et fidelem, vt docemur exemplo Constantini Magni, et refert Sozomenus liber 2. cap.4.

540 Ex huius autem praecepti occasione, et recte quidem, factum est, vt pastores et Episcopi Venatores et Aleatores, non tantum damnarentur: sed etiam deponerentur, quia iis rebus et studiis occupati, et rebus Ecclesiae attendere et moribus hominum inuigilare non possunt. Denique nimiae dissolutionis vitae huiusmodi studia et occupationes sunt certissima testimonia, quanquam Germanis et Gallis Episcopis semper nimium istae
545 res assiduae et familiares fuerunt vt est in can. Quorundam et seq. distinct. 34. cano. Episeopus distinct.35.

Subiicit Paulus σωφρονα, Alii prudentem vertunt, alii sobrium (Male prudentem, est enim *σοφρων* prudens, non *σωφρων*) Huic autem temperantiae coniungit Paulus iustitiam. Vult enim esse temperantem, et iustum Tit.1.vers. 8. Temperantem in seipso, ne
550 abripiatur villo vitioso affectu ad turpia perpetranda. Iustum vero ad alios, ne quemquam offendant, aut re aut verbo, aut manu, aut lingua vel rapiendo, vel fraudando. Quae hic disputant Canonistae de prudentia Episcopi, qualis esse debeat, nos in explicatione vocis *Νεσφύτα* dicemus.

CAPVT III.

[p.121]

Κέσμιον, id est, Compositum, alii, vt Canonistae Ornatum, mens Pauli est, vt omnis
 555 vitae ratio ab Episcopo recte sit, sancteque instituta et composita, vt neque leuitas in
 eo appareat: neque morositas quaedam. Itaque grauem Episcopum esse oportet, non
 quidem, vt non se affabilem et cuilibet accessibilem praebeat (est enim ista toruitas
 potius et inhumanitas, quam grauitas) sed ne se contemptibilem cuiquam ostendat et
 560 praebeat. Vnde recte ii explicant, qui concludunt ex hoc loco. Neque scurram, neque
 adulatorem, neque leuem esse debere Episcopum Ephes.4. vers.5. Bernard. sermo 46.
 Cantic. cant. Cypressus item boni aequae odoris et imputribile lignum incorruptae vitae,
 et fidei, etiam quemuis de clero debere esse demonstrat.

Papistae tamen et Canonistae quaedam argumento huius vocis afferunt, quae non
 videntur omnino praetermittenda, quaedam etiam quae sunt refutanda et praetermittenda.
 565 Ornatum igitur hunc, quem ab Episcopo requiri putant, faciunt duplicem, nimirum alium
 Externum, et alium Internum Ornatum collocant, in Cultu, et Incessu, quem
 vtrumque requirunt in Episcopo, honestum, et modestum, et recte quidem. Itaque quod
 ad cultum et vestitum priuatum Episcoporum, constitutum est, vt neque sordidus sit,
 neque splendidus et fulgidus, sed sit illorum personae et ordini congruens, et decens et
 570 accommodatus, concilio Agathensi cap.20. et Gangrensi cap.21. et est in can. Clerici
 qui dist.23. itemque 21. quaest.4. per totum. Quod ad incesum etiam est sancitum, ne
 sit mollis siue fractus: neque militaris can. Dar

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.422]

simoniam cum veste distinct. 41.

Nominatim autem praescriptum est concilio Martini Papae, vt clerici vestes tales
 575 gestarent, et iis induerentur. Deinde ne barbam, et comam nutrent, in quo manifesta
 concilii Chartaginensis deprauatio et falsificatio a Gratiano facta est, vbi vetantur clerici
 omnes barbam radere, pro quo iste supposuit, barbam nutrire. Ergo comam alere non
 debent clerici: sed attonso capite esse auribus patentibus, et desuper habere caput in
 modum Sphaerae abrasum, vt est in concilio Chartagin. 4. Additum est extra liber
 580 3. Tit. de vita et honestate, clericor. ne discissas caligas, et indusia operose facta
 induant et gestent, quae fuerunt iam monachales superstitiones, et pars humanarum
 traditionum periculosa. Modus quidem in iis omnibus seruandus est, quem ratio locorum
 et personarum exigit et honestas ipsa postulat. Sed istae leges in nugis sanctitatem
 pastorum postea collocarunt:

585 Quaesitum est etiam, Vtrum militari habitu et more vestiri possit et debeat Episco-
 pus: aut habitum quem habet, vtrum in militarem vestem mutare possit, et Episcopus
 manere? Respondeo ex concilio Gangrensi cap. 21. Episcopo eo vestitus genere, nempe
 militati, non licere vti assidue et ordinarie. Ex causa tamen nonnunquam sumere posse,
 pro ratione locorum et temporum, vti docet Theodoret. lib. 4. Histor. cap. 13 exemplo
 590 Eusebii pii Episcopi militarem vestem assumptis. Coniungunt cum hoc loco disputa-
 tionem, de Integritate membrorum, et de Nobilitate seu Diuitiis ordinandorum, quia
 haec etiam duo videntur

CAPVT FII

[p.123]

tur quodammodo pars esse' externi ornatus, et species quaedam commendationis apud homines. Imprimis autem in persona, quae quotidie in publicum prodire debet, deformitas videtur esse odiosa et inconcinna. Vnde vulgo tritum prouerbium, forma digna imperio, et in Philopoemene (vt in eius vita scribit Plutarchus) deformitas vultus contemptum gignebat. Quamobrem quaesitum est, vtrum qui non est integro corpore et toto in Episcopum eligi possit et debeat. In quo distinguenda est, Deformitas Α καλλία, a Mutilatione corporis, quam vocant, id est, a πειρώσει membrorum. Ac quidem de deformibus haec regula comrereuta cies vt detormes an Ecclesiasticis dignitatibus non arceantur adipiscendis: nec adepti etiam deponantur. Deformitas autem eleganti formae opponitur. Mutilatio autem integritati corporis. Itaque ab ea differt.

Ergo de mutilatis et corpore vitiatiss et truncatis hominibus tum Ilerdensi concilio, tum canonibus Apostolor. tum responsis Pontificum, veluti Gregorii Maximi liber 2. epist. 25. statutum eity ve qur sespros serentes pruuemerque, et per impatientiam aliquo membro mutilarunt, ne dignitatem Ecclesiasticam adipiscantur: et adepti deponantur cano. Praecipimus distinct.34. et cano. Si quis distinct.55. Imprimis autem qui seipfos castrarunt, quia tales sunt homicidae sui cano.22. Apostolorum.

Qui autem vi et renitentes mutilati corpore sunt aut castrati: vel ex iusta honestaque causa id passi sunt imse fieri, veluti valetudinis tuendae causa, et ex concilio medicorum, vt sanarentur a

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.124]

morbo, vti saepe integra membra sint rescindenda, ne totum corpus putrescat.item propter nomen Christi, vt in perfecutionibus eruti sunt multis oculi, praecisae aures, praecisa membra, ii neque dignitatem Ecclesiasticam nancisci prohibeantur, neque adepti deponantur. Sic Paphnutius altero oculo vi afflictionum amisso mansit Episcopus, eoque laudabilior. Sic cano.21. Apostolo. et in concilio Martini siue Braccarensi cap 21.quo d refertur cano. Eunuchus et cap.seq. et cano. Lator distinct. 55. constitutum fuit.

Alias, et his casibus et causis exceptis, sancitum est, ne mutilati vitiatique corpore in Episcopos vel clericos ordinentur, quales caeci, surdi, claudi, Eunuchi, exsecti, lippi etiam, et gibbosi cano. Hinc etenim distinct. 49. quia summus noster Sacerdos Dominus noster Iesus Christus, cuius, vt isti aiunt, imaginem Episcopi gerunt, fuit integer: et summus olim Sacerdos lege Dei vetabatur esse vel vitiatum corpore vel mutilatus Leuit. 21.Hebus 7.v 26. Respondeo vero iam totum hoc plane esse superstitionum, nos ad illas veteres caeremonias reuocare: et dignitatem ministerii ex istis rebus metiri, non ex doctrina potius et morum sanctitate. Itaque vetus Ecclesia aliud obferuauit et probauit, et Eunuchos pastores habuit, vt et de Origene scriptum est et de Dorotheo Eusebus liber 7. Hist. cap.32. Ergo modo ne sit in eligendo vel electo ea infirmitas, quae muneri ipsius obeundo et praestando obstet, veluti caecitas et λαλία, potest quis, et eligi et ordinari: nec electus deponendus est propter corporis mutilationem aut vitia membrorum.

CAPVT III.

[p.125]

630 De nobilitate generis etiam quaesitum est, cū in ea sit apud homines dignitas quaedam et commendatio magna, Vtrum nobiles in electione sint aliis non nobilibus praeferendi. Respondent August. epist.148. et Ambrosius liber 4. de paradiso, virtute vnusquisque gratiam sibi comparet: non loci, nomgeneris nobilitate, quanquam in Papatu aliter obtinuit, idque pessimo exemplo. Nam apud istos generosi et nobiles aliis praeferuntur, 635 etiam in Ecclesiastis muneribus adipiscendis, vbi minime omnium gratiae et fauori locus esse debebat.

Pauperi vero diuitem praeferre in administranda Ecclesia, et munere Ecclesiastico deferendo noi taritam mutn en, leu cuum contra Pauli et Dei praeceptum, non multi nobiles estis, ait, non multi diuites 1.Corinth.1.vers.27. Nam quae sunt stulta et infirma 640 in mundo, elegit Deus, vt mundi superbiam contundat.

Sextam conditionem addit Paulus sit hospitalis, οἰλόξινος, plus est, quam quod Latini dicunt esse hospitem. Exigit enim promptum ad hanc ipsam liberalitatem exercendam et hilarem animum. Haec autem liberalitatis species omnibus Christianis praecipitur Hebus 13.vers.2. imprimis autem verbi Dei ministris, vt sint caeteris exemplo. Coniungit 645 autem Paulus hanc cum superiore conditionem, vt sit ρηάγ θος, id est, bonorum virorum amans Episcopus, quia similes fere iis sumus, quibuscum ver samur. Nam illam Chrysost. sententiam, quae est Homil 43. in Matth. 23. maxime probamus, vt sit omnis Sacerdos sanctus. Nec eo pertinet quod vtranque vocem coniunxit Paulus ριλόξινον, et φηάγεθον, vt excipiendorum

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.126]

650 Αἰδᾶκκῶν Septima conditio. Hoc autem ipsum quid sit Paulus explicat Tit.1.vers.9. nempe esse huiusmodi, qui possit, Sanam doctrinam apposite tradere, et contradicentes conuincere. Sunt autem tria contradicentium genera, Haeretici, Iudaei, et Pagani, imprimisque ipsi Philosophi. Plane haec virtus et conditio ad Episcopum pertinet, quoniam is debet esse doctor in Dei Ecclesia, et quidem vocalis: non autem canis mutus et idolum, 655 quales Episcopi Papistici Isai.56.vers.11. non item solum praeceptor mutus et φωνος, quales sunt qui scriptis tantū erudire nos possunt, non autem viua voce, quod aut muti sint omnino natura vel lingua excisa: aut prorsus inepti ad docendum. Itaque mittit Christus discipulos vt praedicent, id est, quemadmodum explicat Paulus, vt denuntient et doceant, inf. cap.4.vers.11. Id quod etiam apparet ex dicto Petri in 1. cap.5.v. 2. Pascite, 660 et ex Ezech.22.v.26, 830.cap.33. Quod

hospitem delectum diligentissime faciat Episcopus, et solū veros, cordatos, pios, bonosque Christianos excipiat: alios autem negligat, minimeque excipiat, quia non tantū omnibus est benefaciendum, etiam iis, qui sunt hypocritae: sed etiam mali et segnes homines saepe sunt beneficiis et huiusmodi liberalitate alliciendi, vel ad 665 meliorem frugem reuocandi. Quaedam tamen conuiuia, quae fiebant olim in basilicis propter veteres agapas, quae fuerunt in vsu, fieri hodie ad hospites istos caepleiidos, et benigne tractandos non probat August. epist. 1o9. Quarta pars reituum Ecclesiae olim excipiendis hospitibus pauperibus destinata et Episcopo commissa erat, vide distinct. 42.

CAPVT III.

[p.17]

670 non nisi a loquente et vocali pastore fieri potest. Clamosos tamen concionatores, et Stentoreos, quosdam indoctos homines et inconditos, qui nihil nisi boant in templis et vaste vocifetantur, non probamus. Obtundunt enim tantum auditorum aures, non aedificant neque docent.

Iam vero ex hoc loco, et vere et apposite colligit in epist ad Titum Hieronym. Inertiam, desideriam, somnum et otium excuti Ministris verbi Dei et pastoribus Ecclesiae hac voce.
675 Qui enim se his vitiis dedunt et segnitiei praesertim, non possunt ipsi esse διδασκαλοί. Oportet igitur sedulo et diligenter Episcopum et pastorem Ecclesiae euoluere scripturas, et earum lectioni intendere, quod etiam ipsi Timotheo, licet tanto viro, praescripsit Paulus inf. cap.4. vers.13. Ergo et sacrarum scripturarum libros versare, et legere eos
680 oportet assidue, vt discant: atque etiam haereticorum scripta nosse, vt eos refotent, quemadmodum etiam diserte concil. Chartag. 4. cap.16. praeceptum est, et est in cano. Episcopus distinct. 37.

Quaesitum est autem vtrum in artium, quas seculares vocant (qualis Poëtica, Historia, Dialectica, Physica, linguarum variarum cognitio et interpretatio) cognitione versatum et
685 peritum esse Episcopum, aut pastorem Ecclesiae oporteat. Respondeo, Quidam ne has quidem Episcopis, aut eorum filiis (excepta et linguarum trium nenpe Hebraicae, Graecae Latinae cognitione) attingendas putant, quia corrumpunt bonos mores colloquia praua, et per Philosophiam nos a veritate abduci et saepe decipi docet Paulus Coloss2.vers. 8.Quae sententia in artes quidem ipsas, que

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.128]

690 sunt Dei dona, certe est iniuriosa Quamobrem sequenda potius est illa, et Basilii, et Hieronymi ad Damas. De filio prodigo scribentis sententia, qui omnibus politioribus actibus et humanioribus instructum, si potest fieri, Episcopum vult esse. Ac ne seculares quidem literas, qualis est Poëtica, ignorare. Multa enim illae artes, ad docendum veram Theologiam, adiumenta conferunt imprimis autem Dialectica, et Physica, et sunt animi
695 nostri ornamenta. Implendus sibi quisque bonis est artibus, illae sunt animi fruges, vt ait ille in Aetna. Paulum ipsum summum fuisse Dialecticum, ex illius scriptis apparet: et Augustinum in omni bonae literaturae genere versatum fuisse: sed maxime in Dialecticis intelligitur, ex illius opusculis variis, et libris contra Donatistas, et alios haereticos editis. Sed tamen in earum artium studiis, vel pertractandis, vel persequendis, modus
700 adhibeatur. Placet enim hic illa Neoptolemi apud Ennium sententia, Philosophandum quidem esse, sed paucis: nam omnino haud placet. Nota est vero historia de Hieronymo ab angelo in somnis flagellato, quod Ciceronianorum librorum lectioni nimium esset addictus, vt ipse ad Eustoch.scribit de Custod. virginitat. Et hic vsurpemus illud, Bibi et fugi. Bernard. sermo.36. in Cantica cant. Videar fortasse in sugillatione scientiae
705 nimius, et reprehendere doctos, ac prohibere studia literarum, absit. Non ignoro quantum Ecclesiae profuerint, et prosint literati siue ad refellendos eos, qui ex aduerso sunt: siue ad simplices instruendos. Ergo, vt recte ex variis Patrum scriptis deffinitum est, et est distinct.37. degosten

CAPVT III.

[p.129]

710 tur et legantur quidem seculares literae: itemque aliae artes ediscantur, sed ne verbo Dei,
 eiusque lectioni praeferantur ab vllis Christianis, nedum ab Episcopis. Ex quo fit, vt recte
 reprehensus sit a Gregorio Magno Episcopus quidam, qui in coetu Ecclesiae pro eo, quod
 debebat ipsam Euangelii doctrinam explicare, et populum exhortari, ex ea consolari, et
 docere, Grammatices rationem in suis concionibus exponebat et persequabatur, vti qui
 hodie in Actis Apostolorum aut veteri testamento interpretando, in sola Chronologia
 715 vel Topographiae ratione, et descriptione explicanda toti sunt et immorantur. Vnde mira
 et damna fuit Heliodori Thessalonicensis clerici responsio, qui cūm interPELLARETUR
 vt fabulosam illam Æthiopicam Historiam a se conscriptam, quae tota amoris insani
 imaginem pingit, deleret: respondit, se male Episcompatu priuari, quam vt huiusmodi
 scriptum suum periret. Hoc igitur vt non decet Episcopum: ita nec illud tam esse
 720 communis literaturae ignarum, vt si Latine loqui cogatur, barbarismos aut soloecismos
 ridicule committat. Quanquam propterea tamen non erit is a munere suo deponendus,
 quemadmodum scribit Augustinus de Catechizand. Rudibus

Hac autem voce Αἰδακταδὺν continetur et illud, vt Episcopus sit prudens et sciat
 ορθοτομεῖν, verbum Dei (vt loquitur Paulus 2.Timot.2.vers.15.) id est, verbum Dei pro
 725 tempore, personis, locis cuique ad aedificationem applicare. Docebant autem et lim
 Episcopi stantes, et κολοβίωνα induti vt dicit Epiphan. haeres. 69. de Arrianis. Est
 autem κολοειον brevis tunica sine manicis et pectore tenuis

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.130]

demissa Gall.vn Roquet postea coleron. Sed docebant in Ambone stantes qui erectus
 erat, in coetu, vt facilius audirentur docentes Episcopi Socr. lib 6.cap.5. Est autem Ambo
 730 sedes eminens in coetu aliquo.

*Non vinosum, non percussorem, non turpiter lucri cupidum: sed moderatum, aijenum a
 pugnis, alienum ab auaritia.*

Supra virtutes explicauit, quae decent Episcopos: nunc exponit vitia, quae dedecent
 eos. Itaque est hic versiculus ντίθewς. Non omnia tamen enumerat, sed tantūm
 quaedam, ex quibus maius Ecclesiae offendiculum praebetur, ad quorum exemplum de
 aliis, quae praetermissa sunt, statuere possumus quid sit de toto hoc genere definiendum.
 735 Multa vero, a quibus non tantūm Episcopi, sed in vniuersum clerici abstinere debent
 sunt in cap.clerici officia Extr. de vita et honesta. clericor. his verbis. Clerici officia
 vel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta. Minus ioculatoribus, et
 histrionibus non intendant. Et tabernas prorsus euitent, nisi forte causa necessitatis in
 itinere constituti. Ad aleas et taxillos non leuant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam
 740 et tonsuram habeant congruentem. Et se in officiis Ecclesiasticis, et aliis bonis studiis
 exerceant diligenter. Clausa deferant desuper indumenta mma breuitate vel longitudine
 non notanda Pannis rubeis aut viridibus, necnon manicis aut sotularibus consuticiis,
 fraenis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem ge

CAPVT ILI.

[p.131]

rentibus, non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra Ecclesiam non gerant,
 745 sed nec alibi, qui sunt in Sacerdotio et personatibus constituti: nisi iusta causa rimoris
 exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel
 argenti ornatum habentes, sed nec annulos: nisi quibus competit ex officio dignitatis.
 Pontifices autem in publico, et in Ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur: nisi
 Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. Palliis diffibulatis non vtantur
 750 in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis. Videtur etiam in his
 ipsis paucis eniuinoranuio, a uun nanuille rucronem gentis, in qua versabatur Timotheus.
 Erant enim Graeci et Asiani, quanquam hic est doctrina generalis, quae ad omnes pertinet.
 Ergo vetat Episcopum esse

Vinosum) Non damnat quidem vsum vini aut aliorum ciborum Paulus, id quod
 755 et Manichaei, et alii haeretici faciunt: sed modum in iis adhibendum esse ostendit
 praesertim a pastore, a quo Tenperantiam supra requirebat. Quaesitum autem qui sint
 πρῶτοι appellandi, vtrum ebrii vel ebriosi homines tantum: an etiam qui nimia
 vini voraplate titillantur, illique sunt nimium addicti Gall. frians de vin. Chrysostom.
 πρῶτοι accipit pro ferocis ingenii homine, quales esse solent qui nimium se vino
 760 ingurgitant. Canonistae ca.1. distinct.35. exponunt definiunt que eum, qui se non semel,
 sed saepius vino repleuit, et ingurgitauit et ebrius factus est. Vtraque interpretatio non
 satis quadrat. Ratio enim huius praecepti est ex ef

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.132]

fectis vini ducta. Ea vero nimirum sunt luxus, omnis intemperies et libido. Vera.n. est
 illa Hiero. sententia, ad Titum 1. Vbicunque saturitas atque ebrietas fuerint, ibi libido
 765 dominatur. Nunquam ego ebrium castum putabo. Fx quo, fit vt non tantum ebrii et
 ebriosi: sed etiam qui ardentius vinum appetunt, hac voce comprehendantur, damnentur,
 atque prohibeantur, ne sint Episcopi aut pastores Ecclesiae: aut si in huiusmodi vitia
 inciderint, vt deponantur. Quare Vinolentia, Ebrietas, et Luxus, damnantur in Eplicopo
 non ab homine: sed a Dei spiritu, vt hoc notent pastores vinosi et ebriosi. Imo vero
 770 saepissime ebrii. De quo ipse Calu.episto.370. videndus.

Hoc eodem praecepto Pauli vetantur pastores, imo vero Christiani omnes conuiuia
 et inuitationes illas ad potandum ex compacto facere. Id quod etiam Ethnicis quibusdam
 displicuit, vt Assuero regi. Estner 1. Et contilii Laodiceni capite 55. concilio Agathensi
 cap. 4. vetitum est seuerissime. Augustinus etiam epist. 65. ad Aurelium August.
 775 grauissime comessiones istas et ebrietates damnat et execratur in ipso grege, nedum in
 pastoribus Christianis.

Denique cauponas et popinas ipsas ingredi vetaitur clerici, nisi peregrinentur in
 aliena regione. Id quod diutissime et sanctissime fuit, tum in Oriente, tum in tota Graecia
 obseruatum: adeo vt miram hanc Christianorum clericorum sobrietatem, et tanquam
 780 castitatem et temperantiam laudauerit etiam Iulianus apostata, nominis Christiani ifestis-
 simus hostis, volueritque Sacerdotes ipsos Paganorum eodem modo cauponis et po

CAPVT III.

[p.133]

pinis abstinere, vt est apud Sozom. liber 5. cap.36. et extat de ea re decretum concilii Laodicensi cap. 24. Denique cano. Non oportet, et cano. seq. distinct.44. de iis rebus, et ministris Ecclesiae qui huiusmodi loca adeunt et frequentant seuerissime edictum est.

- 785 Non percussorem) Decet enim famulum Dei mansuetudo animi atque in omnes humanitas. Vti enim Christus fuit animo miti, sic pastores, qui illius imaginem hic in Dei populo gerunt, mites esse oportet. Vnde nec inferiores clericos etiam peccantes pugnari caedere licuit vnquam Episcopo, cui tamen multa in clericos suos iure potestatis Episcopalis concedebantur et licebant. Sed nec quenquam e plebe et grege Domini
- 790 caedere potest, sed ne Iudaeos quidem ipsos aut idololatrias, qui sunt ab Ecclesia alieni, vt a blasphemis in Deum eos cogat abstinere. Toleta. concilio 4. cap. 56.cano. Neminem quisquam distin. 35. Verborum enim correctione, non verberum metu timeri debet Episcopus, vt Grego. Magnus respondit. Nec pastores percussores excusat quod Dominus noster ementes et vendentes de templo flagello eiecit. Nam illud iure supremae potestatis,
- 795 et magistratus vtraque quae illi soli in Ecclesiam competit, fecit Christus. Nam in Ecclesia ipsa ve re est et fuit et Pastor et Magistratus summus. Ius tamen patriae potestatis in liberos suos non amittit Episcopus propter hoc dictum Paulimneque ius suum in seruos, quin eos moderate cum res postulat, castigare etiam verberibus possit. Pertinet enim haec Pauli sententia ad eos, qui feroci et militari animo et imperioso pugnos et ver

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.334]

- 800 bera adhibent, vbi verba et sanctas exhortationes aut admonitiones afferre et in promptu habere debebant: non autem ad eos, qui in suos domestica disciplina vtuntur.
- Denique quaesitum est de Episcopo, vtrum ad bellum proficisci possit, in acie armatus stare, duellum sibi delatum committere, et acceptare. Denique torneamenta, quae vocant, vel ipse obire, vel spectare? Ac quidem quod ad militiam pertinet, scripsit Origenes
- 805 Homilia 6.ad cap.8. Leuit. Est et aliud opus, ait, quod fecit Moses, ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat. Id quod est relatum in canon. Si quis vult dist. 36. Adeo vt vetentur clerici manu autoritateque propria ipsi in hostes arma sumere, et cum aliis fidelibus (nam de infidelium exercitu dubitandum non putabant, quin omnino ab eo Episcopi abesse deberent) ad arma concurrere, in hostem pugnare, seque
- 810 illi obicere. Id quod cum fieret a Gallicanis Episcopis et Siculis reprehensum grauiter est, vt est in can. Reprehensibile et can. Si quis Episcopus reprehenduntur 23. quaest. 8. Nam prorsus abesse a consiliis pugnae, secularisque militiae negotiis Episcopos oportere sancitum est synodorum decretis propter illud Pauli 2.Timo. 2.vers.4. Nemo militans Deo, implicat se secularibus negotiis. Sed etiam ab omni caedis humanae participatione
- 815 oportere eosdem immunes esse decretum est, quod ea res pertinere videretur tum ad tuendam ministerii Euangelici innocentiam et sanctitatem: tum etiam ad auctoritatem illius commendandam et augendam apud omnes Braccarens. Synod.cap.26. et est in canon. Si quis

CAPVT IIE

[p.135]

viduam distinct. 5o. Vnde postea synodo Ilerdensi fuit cap.I.constitutum, vt clerici etiam
 820 qui in obsidionis necessitate positi hominem, id est, hostem obsidentem occidissent,
 tribus tamen annis poenit entiam agerent, et ab officii sui executione suspenderentur.
 Nimirum tam est visum Episcopali mansuetudine et munere indignum eum arma tractare.
 Ex quo etiam factum est et constitutum, vt clerici pugnantes in duello etiam sibi oblato
 deponantur. Nec modo ipsi pugnantes castigentur, sed etiam si huiusmodi duella et
 825 homicidia ab aliis facta spectent cum caeteris, de gradu deiiciantur: et in vniuersum
 omnia athletarum spectacula et hominum gladiatorum, et in arena pugnantium ludi
 et certamina sunt Episcopis interdicta, et eorum etiam aspectus, et delectatio Concilii
 Laodic. cap.42. et est in canon. Non oportet de consecrat. distinct.5. Ex quo iam facile
 colligi potest eos non debere bellis interesse, in acie armatos stare, in exercitu versari, et
 830 certaminibus praesentes se praebere, ex istarum Synodorum decretis.

Sed obstant huic sententiae multa et veterum dicta et exempla, et ipsa adeo sacrae
 Scripturae autoritas. Ac quidem dicta, veluti Ambros.libus 1. de Officiis cap.27. forti-
 tudo, quae bello tuetur a Barbaris patriam, vel domi deffendit infirmos, vel a latronibus
 socios plena iustitia est. Hieron. in Sophoniam cap.I. idem sentit. August. liber 22.
 835 cap.74. contra Faustum et multa huiusmodi collecta sunt in tota 23.quaest 1.2. et 3.
 Exempla etiam extant tum praetorianorum, qui dicebantur, Episcoporum, qui imperatoris
 comitatum sequebani. iiii.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.139]

tur, siue in bello siue in pace: tum etiam Leonis 4. Roma. Episcopi quod refertur in
 cano. Igitur cum saepe 23 quaest.8. Ratio quoque idem suadet. Operaepretium est enim
 840 interesse in exercitu homines pios et Episcopos, qui militum insolentiam repriment,
 fundant quotidianas preces ad Deum pro toto exercitu, eum consolentur et animent,
 vt dicitur Ambrosius ipse pius Episcopus versatus esse in castris Theodosii aduersus
 Eugenium proficiscentis, et expeditionem parantis. Denique autoritas verbi Dei istarum
 synodorum omnibus decretis obiicitur et opponitur. Nam et Moses et Aaron bellis
 845 iis interfuerunt, quae suo tempore a Dei populo gerebantur: et Numer Io.vers.1.2.3.
 iubentur Sacerdotes sacras tubas deferre in bellum, illique presentes adesse. Apparet ex
 epist.225. Bernardum Monachum pro pace inter regem Galliae Ludouicum et Comitem
 Burgundiae ineunda imploratum. Sed ex his locis factum est, vt in cano. Si in morte
 Longobardorum s sed notandum est dist.23. quaest.8. distinguatur insulse inter eos, qui
 850 munus Episcopale habent. Alii enim ex iis, Solis decimis contenti sunt easque habent
 pro victu, qui sunt nudi et simplices Episcopi, quales in Italia: sed alii Praedia, villas,
 castella, et ciuitates possident, quales Episcopi qui vulgo Barones, Comites, Duces
 dicuntur et Pares, vt in Germania, et Gallia multi. Ipsi enim Episcopatibus annexae
 sunt dignitates Baronatus, Comitatus et Ducatus, electoratus et pariatu. Solis et nudis
 855 siue simplicibus Episcopis arma tractare, bellisque interesse concedi oportere insulsi
 homines Pontificii et Canoniste

CAPVT III.

[p.187]

negant. Aliis autem, qui dignitates politicas suo Episcopatu adiunctas habent, licere putant, propter eas dignitates. Ego vero respondeo. Primùm vitiose omnino huiusmodi munera politica annecti et coniungi cum Ecclesiastico munere, siue Episcopatu, siue Archiepiscopatu, siue alio quolibet, cùm diuersa sit Ecclesiastica disciplina a politica siue ciuili: et ius soli, vt vocant, a iure poli sit toto genere differens diuersum et distinguendum. Itaque pessimo fundamento et magno prorsus abusui ista distinctio innititur. Deinde falsum est simplices Episcopos non posse interesse iustis et legitimis praeliis, et bellis. Tam enim gregem suum sequi in aduersis rebus, quam prosperis, et tam in bello, quam in pace debent Episcopi omnes, qui vere suo officio fungi volent, si modo per valetudinem id facere ipsi possunt. Praeterea cùm iusta bella sint Dei ipsius bella, non hominum, vt est 2. Chronic. 19. v.7. vti praeter Domini os, et verbum suscipi non debent: ita nec sine eo administranda sunt. Nisi autem adsint pastores et ministri verbi et oris Dei interpretes, non possunt bella vel suscipi, vel geri confulto Domini ore. Ergo eos interesse iustis bellis et expedit et oportet. Sed et in acie ipsa et praelio versari possunt, et dimicare, cùm sancta et honesta causa belli suscipiendi fuit, non modo ad reliquum exercitum confirmandum, sed etiam vt Deus ipse inuocetur et proteruia insolentiaque militum reprimatur. Quare sunt omnino inepti qui D. Zuinglium optimum Dei seruum et verbi ipsius praeconem egregium damnant, quod in aciem

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.138.]

fuerit. Id enim et bona conscientia in honesta belli causa potuit, et idem nunc quoque licet caeteris. Ministri vero stratioticis moribus et plane militaribus sunt omnino damnandi vt Cal. epist.354. docet, propter ferociam ingenii, et proteruiam quae mansuetudini pastoralis contraria est.

Non turpis lucri cupidum) Hoc tertium est vitium quod in Episcopo futuro atque etiam electo damnat Paulus, tanquam omnis mali et offendiculi maximi fontem, nimirum auaritia. Est enim mater et radix omnium vitiorum. Similis locus. Tit .1.vers.7.1.Pet.5.vers.3. Sed vt nec lucrum quaerere nec captare debet Episcopus: ita neque gloriam suam spectare, nec ventrem commoditatemque suam aliquam pro fine sui ministerii sibi proponere. Galat. 6. vers. 13. Philip.I. Est quidem dignus operarius mercede sua, vt ait Christus Matth.10. vers.10. sed aliud est alimentum et victus necessarius: aliud autem lucrum et imprimis turpe, quod hic spectari a nobis vetat Paulus. Deinde nec hic ipse debet esse doctorum Ecclesiae finis, dum hoc munus tam sanctum, vel suscipiunt vel exercent, vt inde viuunt et alantur, sed vt Dei gloriam promoueant. Alimentum enim et victus quaedam accessio potius est, quam se opus te finis huius muneris, et recte facientem officium sequi debet alimentum, vti vmbra corpus sequitur. Sed quaesitum est, Quod sit lucrum illud turpe, quod consecrari vetantur Episcopi, et pastores Ecclesiae? Respond. Omne illud, quod legibus municipalibus, vel honestis moribus accipi prohibetur, pugnant que cum verbo Dei, aequitate na

CAPVT III.

[p.139]

895 turae, et vera Christianaque charitate. Nam ueberene enempium gregla partor, e totus ex Dei prouidentia pendere.

De accessione igitur quaesitum est, etiam ea, quam ex constitutionibus Principum vel ciuitatis cuiusque nobis accipere et stipulari licet, vtrum eam exigere ex pecunia a se mutuo data possit pastor Ecclesiae et Episcopus? Et quidem canone Apostolorum 44. Niceni concilii cap.17. et Laodicensi cap. 5. omnino vetitum et interdictum prorsus est
900 Episcopis, vt neque suo, neque etiam alieno nomine (veluti si tutores alicuius pupilli essent, vel alieni negotii procuratores) vsuras etiam aliis concessas ipsi exigant, et stipulentur: quod id praeter eorum dignitatem esse videatur, sitque haec summa auaritiae (quae ab Episcopis abesse debet) species. Idem tota distinct. 47. est constitutum et definitum. et Elibertino concil. cap.20. Sed tamen duriora illa, vt verum dicam, decreta
905 videntur, quod omnino sine exceptione perceptio qualiscunque fructus ex pecunia mutuo data pastori interdicitur, quae tamen saepe bona conscientia fieri potest. Itaque potius amplector D. Caluini consilium in epistola 346. vt censeam omnino quidem et in genere illud in Ministro non esse damnandum, si fructum aliquem ex sua pecunia sentiat, moderationem tamen non tantum ex legibus eius ciuitatis, in qua versatur, sed potius
910 ex verae et Christianae charitatis sensa et praeceptis esse adhibendam, et quidem eam, vt omne offendiculum iustum Pastores caueant, eamque legem adhibeant, quam ipse Caluinus ibidem praescribit, et necessariam esse docet

AP L. PAVL. AD' TIM.

[p.140]

Quae tria sequuntur sunt trium superiorum velum ex *ντισεου* explicationes. Itaque longiori iam interpretatione non egent.

4 Qui suae domui bene praesit, qui liberos combineat in iunctione tum omni honestate.

915 *Τόξις* cum transitione coniuncta. Postquam enim docuit quae in Episcopo spectari debent ex ipsius persona, iam addit quae aliorum ratione in eodem requirantur. Ac primum quidem Liberorum ratione et totius familiae. 2 Vocationis ipsius ad Euangelium. 3 Extraneorum. Nam quaedam in eo ex tribus his causis considerari oportet, quis hic ordine tradit et tractat Paulus.

920 Ergo familiae et imprimis Liberorum institutio spectari debet, qualis ab eo facta sit, qui in Episcopatum petitur. Qui enim domui suae recte praeesse non potest, quomodo idem poterit Ecclesiam, quae maioris est ponderis, gubernare?

Simile praeceptum est Tit. 1.v. 6. Ratio huius praeceptionis est tum ea, quae a Paulo postea subneitur: tum quod quodammodo ingenium paternum referunt filiorum mores, adeo vt ex illis iudicari possit, quam sit fedulus et diligens pater in munere suo obeundo:
925 et quam erga Dei gloriam vehementer sit affectus, et serio, maxime. cum facile imperium habere possit pater in liberos, si semel recte eos instituerit. Nam qui domi suae gloriam Dei sperni videt, et patitur, ille facile, idem patietur fieri alibi, vbi tam assiduus non est, et vbi tam aequum et facile imperium non habebit.

CAPVT III.

[p.14t]

930 Haec autem cura familiae, quae in Episcopo laudatur, non est in eo, vt attentus sit ad rem, ditet et locupletet suos liberos: et vt optimum se oeconomum rerum, quae ad alimenta familiae pertinent (quanquam et haec curanda sunt) ostendat, spreta morum in sua familia cura. Denique non eo pertinent, vt astutum, vel callidum, vel addictum bonis opibusque terrenis familiae suae acquirendis Episcopum esse debere doceat Paulus. Auaritiae enim
 935 ista sunt praecepta potiùs et effecta, quam pietatis. Itaque vt ait hoc loco Chrysostom. non eo pertinet mens huius praecepti Pauli: sed ad curam pietatis et morum, quos sanctos et honestos a patre Episcopo futuro et tradi et traditos esse liberis vult Paulus. Id quond etiam ipsa eius verba satis probant. Vult enim liberos Episcopi institutos esse, in omni Reuerentia et subiectione praestanda patri ipsi, et in omni Honestate et sanctitate. Addit
 940 Paulus in Epistola ad Titum. In fide etiam Christiana eos a patre edoctos, et informatos esse oportere. Nec enim is eligendus est Episcopus, cuius familia idololatra est: vel a quo liberi ipsi non sunt in fide et doctrina verae pietatis et Christianae imbuti et instructi.

Ex hoc autem loco confirmatur nostra sententia, qui negamus coelibatum Episcopis futuris imponendum, cuius ipsam familiae et liberorum gubernationem certissimum
 945 argumentum esse indolis episcopalis, ingenique ad maius munus strenue capessendum idonei demonstrat Paulus hoc loco.

Item nominatim meminit, liberorum futuris

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.142]

Episcopi. Ergo eum vxorem vel antea habuisse, vel adhuc habere satis colligitur. Nec enim illa Hieronym. sententia et allegoria probanda est, qui nomine filiorum et filiarum
 950 Episcopi cogitantes te epr Aintelligi vult, vt scribit in Epist. ad Titum 1. Verba enim haec Paulisine allegoria debent accipi.

Praeterea ex hoc ipso loco docetur, quam longe sint idoneiores ad Episcopatum coniuges, quam coelibes viri, et vt specimen quoddam maioris humanitatis, et industriae, prudentisque administrationis in iis appareat, qui familiam habent, id est, vxorem et
 955 liberos: quam qui perpetuo coelibes et solitarii vixerunt. Certe vt non debet homo Christianus esse πολίς, et tanquam fera quaedam in solitudine vaga viuere: ita etiam non debet ab iis officiis humanitatis alienus esse et expers, quae quodammodo naturam nostram excolunt, redduntque politiores. Ex quo fit, vt totum genus illud hominum, qui in vita Monachica consenserunt, sit ad munus Episcopale ineprissimum, non tantum
 960 propter ignorantiam disciplinae et communis hominum societatis: sed etiam quod in solitudine enutriti pene solent esse ὑθαδός, et magna humanioris illius conuersationis suauitate curti, per quam hominum societatem inter se ipsos tuentur. Et tamen aliquando hic fuit receptus mos, vt Episcopi ex hoc hominum Monachorum genere et coeno maxime eligerentur, vt apparet ex cano. Monachus distinct. 77. Id quod suo seculo probatum fuisse scribit Ambrosius epist. 82. Sed hi homines secum in Ecclesiam maximas et
 965 pessimas superstitiones quoque, quas semel iam

CAPVT III.

[p.13]

imbiberant, inuexerunt magno certe Ecclesiae damno. Hodie quidem Monachus sine Abbatis sui consensu, nec clericus, nec Episcopus fieri potest, non propter superiorem rationem: sed quia Monachi mancipiorum loco censentur. Sunt enim Abbatis serui, vt
 970 apparet distinct 54. et 58.

Quaerit Hieronym. an sit aequum propter immodestos liberorum mores patres arceri ab Episcopatu, cum eadem ratione videantur liberi ab Episcopatu prohibendi, nempe, propter sceleratam parentum vitam. Quod tamen prorsus esset iniquum. Deinde quam absurdum est, ait ille, censere, Isaacum propter Esau filii turpem vitam, si viueret, ab
 975 Episcopatu arcendum esse? Sed respondeo, primum non esse parem rationem, cur propter vitia parentum filii prohibeantur hunc gradum assequi: atque cur parentes non admittantur propter sceleratos liberorum suorum mores: Nam filii parentes suos regere non debent, quemadmodum patres debent instituere liberos suos. Itaque animi morumque filii iudicium non fiet ex paterno luxu, quod sit necessarium et validum argumentum.
 980 At ex dissolutis familiae moribus intelligitur quale sit ingenium ipsius patrisfamilias, Deinde respondeo. Hic Paulum agere de tota familia, non de vna tantum eius parte. Nam si e pluribus liberis in eadem familia institutis, alii quidem sancte instituti cernantur: alii vero luxu diffuentes appareant, hic luxus non tam ex paterna disciplina et moribus nasci videbitur, quam ex prauo ipsorum liberorum ingenio, quod est procliue

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.144]

(Nam si quis propriae domui praeesse nescit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?)

Argumentum est a minori ad maius, quo vtitur Christus Matth. 24. de talentis agens, cuius ratio et firmamentum est, non modo certissimum: sed etiam notissimum, et ab omnibus concessum, hoc nempe, eum qui minorem nauim regere non potest, nec maiorem posse. Maior autem vis huius argumenti apparet, in his verbis Propriae domui: Ecclesiam Dei Est enim Ecclesia et ipsa domus vt inf. vers.15. docebit Paulus, et est
 990 Hebr.3. vers.3. 4.5. sed domus non priuati cuiusdam hominis, sed regis: non etiam familia et domus alicuius humani regis mortalis: sed Dei ipsius summi et celestis omnium imperatoris. Ex hoc autem intelligitur quanta sit pastorum Ecclesiae dignitas, qui in domo Dei praeficiuntur. Ex hoc quoque colligimus Ecclesiae dominium ad quemquam nomiiii non pertinere: nec cuiquam licere in ea sibi ius authoritatemque, nisi Deo ipso,
 995 id est, Domino deferente vsurpare, vt est in epist. ad Hebr.

6 Non nouitium: ne inflatus, in criminationem incidat diaboli.

Non nouitium, vel Neophytum, Metaphora traducta a plantis ad homines fideles, qui etiam in Dei domo, et Ecclesia plante nominantur. Psal 92, vers. 14 et Christus ipse ita appellat, omnis arbor, vel plantatio, quam Pater meus non plantauerit, etc. Matth. 15. Ac primum qui Neophyti dicti sunt explicandum est, propterea quod abusi sunt Monachi
 1000 hac voce ad votorum suorum distinctionem

CAPVT III.

[p.145]

stinctionem. Dicuntur enim Neophyti ab istis ii: qui propositum alicuius religionis recenter assumpserunt, suntque adhuc intra annum suae, quam vocant, probationis. Sic definitur cano. Quoniam 5 Neophytus distinct.48. Apud veteres autem alii Neophyti dicebantur, ii nimirum, qui nouiter baptizati fuerant, et excesserant ex Catechumenis.
 1005 Catechumeni enim erant qui fidei Christianae nomen dederant quidem, nondum tamen erant baptizati, quod nondum satis in fide edocti et instructi viderentur. Sic in concilio Chartag 4.cap.3o. appellantur.

Cur autem de hoc admonuerit Ecclesiam Paulus, ratio est, quod tanta Dei dona in Ecclesiam mire effusa erant, vt etiam saepe adhuc nouitii, et tunc primum recepti in
 1010 fidem homines excellerent magnis Dei donis, praestanti doctrina, et ingenio ornatii essent a Deo. Hos tamen vetat admitti indiscriminatim Paulus, quia nondum satis probati sunt. Nam qui tam cito promouentur non modo turgidi sunt, inflati et ambitiosi: sed etiam saepe regendae Ecclesiae sunt ignari. Vnde facile in Diaboli laqueos incidunt, et ab officio modestia quae abripiuntur, quae in pastore Ecclesiae requiruntur.

1015 Haec praeceptio Pauli sumpta est ex eo Mosis praecepto, vt docet et vult Bernard. sermo. 64. Cantic. vbi Deuter.15. vetat lex, ne in primogenito bouis quis aret. Quae legis interpretatio sane allegorica nimis est. Potius ex ipsa rerum experientia ducta est. Neophytos enim in omni actionum genere, si statim promoueantur, superbos esse certissimum est. Itaq' haec Pauli praeceptio etiam

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.146]

1020 Synodo Nicaena prima repetita est, vt apparet cap.2. et canon. Quoniam multa, distinct.48.A163 haec fuit vetus Ecclesiae disciplina etiam post Apostolos, tamen postea contempta est. Nam cum Ambrosius adhuc Neophytus extruordinarie Mediolanensis Episcopus creatus fuisset, voluerunt homines statim post baptismum etiam quosuis eligi in clericos vel Episcopos posse. Id quod suo seculo iam factitatum fuisse scribit
 1025 Hieronymus, qui fuit Ambrosio aequalis.

Veruntamen haec Pauli regula non vsque adeo praecisa est, et stricta, vt omnino ab ea, ex iusta tamen causa, discedi non possit. Sed iustam causam esse oportet, quia huiusmodi personarum electiones sunt certe periculosae, et tanquam extraordinariae. Si tamen vel Ecclesiae necessitas, vel eximiae Neophyti dotes, vel summa eius modestia iam probata in
 1030 aliis rebus, eum eligendum suadeant, eligendus est, neque a Pauli praecepto discedemus, quia rationem subiicit Paulus, propter quam vetat eos eligi, non quod Neophytos omnino neget posse ex aliqua iusta causa vocari ad Episcopatum ver doctoratunt: sed ne tales inflentur. Quod periculum ab iis abest, qui iam suae modestiae magnum et certum specimen ediderant.

1035 Iam vero huius praecepti occasione veteres synodi quaedam sanciuerunt iquae non sunt omnino vel praetermittenda, vel vt inutilia negligenda.

Et primum voluerunt, vt qui ad maiores gradus Ecclesiasticos promouerentur, illi ex minoribus ordinibus et inferioribus gradibus assumetentur. Id quod audio adhuc in Boëmicis Eccle

CAPVT III.

[p.147]

1040 siis stricte et religiose obseruari. Hoc decretum extat tot. Tit. et distinct.52. Vt nemo per saltum ordinetur Dicebantur autem per saltum ordinari et promoueri qui praetermissis omnino aliis gradibus, vel mediis et inferioribus non acceptis et degustatis, ad maiores dignitates prouehantur. Erant enim in ecclesiasticis muneribus certi ordines constituti, per quos gradatim erat ad Episcopatum conscendendum, ne quisquam non satis probatus, 1045 aut expertus in pastorem Ecclesiae, et tam arduum munus eligeretur. Erant igitur hi ordines Ostiarius, Lector, Exorcista, Cantor, Cerearius, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus, can. illud dist. 77. Sed hos omnes tamen rigide obseruare in singulis eligendis ac velut ex necessitate quadam, est certe superstitio, cum etiam ex istis quidam ordines non sint. Satis est, in puigiima ratione io, qui m doctorem vel pastorem 1050 Ecclesiae asciscendus est, probatus sit in doctrina et moribus: siue quod in aliquibus inferioribus gradibus iam substititisiue quod alibi alióque modo sit probatus. Nam ex istis tot ordinibus, quidam sunt, et inanes et superstiriosi.

Denique hoc ipsum postea videmus in abusum, et ridiculum quiddam in Papatu fuisse conuersum. Omnes enim isti ordines sacrificulandis ab Episcopo conferuntur, sed frustra, et sunt tituli et dignitates vanae et sine effectum. Secundo Ioco, Certa quaedam 1055 aetas cuique ordini Ecclesiastico adipiscendo est Synodis constituta, infra quam haberi obtinerique illi gradus non possent, veluti Synodo sexta vniuersali, concilio Chartag. 3. cap. 4. Agathensi cap.16. Toletano 4. cap.17.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.148]

Itaque decreuerunt vt Diaconi quidem ante vicesimum quilitun ae tatis amum nulli 1060 eligerentur.

Presbyteri vero et Episcopi nulli ante tricesimum aetatis annum, quae est iusta hominis aetas, crearentur cano. Placuit distinct. 77. et tota dist. 78. Quod ex Numerorum cap. 4. et 8. sumptum aut imitatum videri potest. Et certe aequum est iustam aliquam aetatem, et certam definiri, aut spectari in Ecclesiasticis personis eligendis, ad quam 1065 tamen dona Dei minime sunt restringenda. Nam et Timotheus quamuis ipse admodum adolescens esset, tamen iam erat Euangelista: et Dominus, cur vuit, et quando ruit udna sua largitur: vt potius hoc totum ex dotibus ingenii, et Dei donis erga singulos sit aestimandum et diiudicandum, quinam sint idonei et eligendi, quam ex certo annorum numero a nobis constituto.

1070 Tertio loco quaesitum est, vtrum Episcopum futurum oporteat, secularium, quae vocant, negotiorum peritum esse, eaque tractare et administrare posset in quo videtur fuisse diuersa tum Patrum, tum Ecclesiae veteris disciplina, et consuetudo. Ac primùm in hac quaestione, disciplina Ecclesiastica a negotiis secularibus distingui debet Dheiplinae. n. Ecclesiasticae imperitus et ignarus non debet esse Episcopus, ne magna 1075 in Dei Ecclesiam perturbatio confusióque ab eo inducatur. Rudes enim disciplinae et ordinis Ecclesiastici homines saepe turpissime grauissimeque peccant. At que huiusmodi disciplinae ignorantes homines etiam electos, repudiatos tamen esse apparet ex distin.59. cano. Qui Ecclesiasticis.

CAPVT III.

[p.149]

1080 Negotia vero secularia quid sint, est videndum. Non sunt autem omnia, quae hic in mundo (qui seculum vocatur) a nobis aguntur, omnis enim rerum etiam priuatarum, et domesticarum administratio et cura Episcopis interdiceretur, cū dicat Paulus 2.Timoth.2.vers.6. Nemo militans Deo implicet se secularibus negotiis. Sed ea tantū negotia dicuntur secularia, quae ad huius vitae corporeae vsum, et commoditatem spectant omnino, et per se, nōsque a cura rerum diuinarum auocant, siue nostro, siue alieno
1085 nomine a nobis illa gerantur, qualis est Negotiatio, siue Mercatura mercium, Aduocatio in Praetoriis et foro iudiciali, Ratiociniorum alienorum susceptio, Procuratio domorum, bonorumue alienorum, Conductio publicorum reddituum: canon. Perlatum est ad nos. et canon. Consequens distinct. 88.canon. Placuit 21. quaest.3 canon. Te quidem oportet II. quaest.i. quia in his omnibus lucrum quaestusque per se spectatur, et solius vitae
1090 huius corporeae causa geruntur, et instituuntur haec negotia.

Pauperum quidem, Viduarum, Pupillorum, Orphanorum, et Extraneorum, denique omnium miserabilium personarum, quae dicuntur, negotia Episcopo curae esse debent, quia est Dei seruus Non tamen vt illis sic implicetur, vt a lectione scripturae, concionibus de verbo Dei, reliquisque sui muneris par tibus propterea abstrahatur. Hoc enim fieri
1095 vetat Paul.2. Timoth.2.V.6. et confirmatur exemplo Apostolorum Actor.6.vers.2. Adeo vt iam tempore Cypriani Chartaginensis Episcopi ex vetusta quadam Ecclesiae disciplina excusarentur Pa

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.1 Q]

stores Ecclesiae a munere tutelae etiam testamentariae, quemadmodum est in ipsius Epistolis liber 1. Epistola 9. et positum extat in can. Cyprianus 21.quaest.3. Itaque saepius repetitum est in synodis, ne Episcopi, imo vero ne clerici vlli secularium negotiorum curam administrationemque susciperent aut gererent, veluti Chartaginensi Synodo, quae conuenit in Hispania cap. 6. et est relatum in canon. Peruenit et seq. 21. quaest.3. Idem antea fuerat constitutum concilio Chartaginensi 4.cap.15. Adeo vt ne vel tanquam arbiter vel iudex de huiusmodi negotiis cognoscere permetteretur, vt ex veteri
1105 quadam Clementis epistola (si modo eius est) colligunt Canonistae in cano. Te quidem II. quaest.1. Artificio tamen aliquo sibi victum quaerere non prohibetur Pastor, si suo quoque muneri superesse potest, et propterea non abducatur. Otiosos enim eos esse vetant canones concil. Chartag.4. cap. 49. et si vide distin. 91. per totum. Quanquam propterea neque Anabaptistarum errorem, neque aliorum phanaticorum delirium probo,
1110 qui Apostolos quicquam proprium habuisse aut possedissee negant. Itaque stipendia a pastoribus Ecclesiae peti sana conscientia posse negant, illisque res soli etiam patrimoniales adimunt. Sed hic error fuit quod Ecclesiae temporalia bona, ingentia illa quidem et plena litium immensasque possessiones curare, et administrare posse crediderunt Episcopos et clericos, quia ad Ecclesiae quaestum et commodum ea cura pertinebat, id
1115 est ad paucorum hominum, qui se clericos dicebant, alimenta, et quorundam templorum conmodum, cū tamen iis ipsis agendis magis a le

CAPVT III.

[p.151]

ctione scripturae, et reliquis partibus fui muneris auocentur, quam si regias opes administrarent. Sed quia ista Ecclesiastica negotia vocantur, eam curam et distractionem non damnabant: et ad eam dictum Pauli pertinere nolebant, ne lucris, et commodis ipsorum quicquam decederet et detraheretur. Atqui et haec ipsa cura, est cura rerum secularium, et
 1120 implicat nos ita vt officio satisfacere et superesse non possimus, adeoque haec ipsa cura a Paulo damnata est 2.Timoth.2.vers.6. Vnde rectius quidam Episcopi, tempore Iustiniani Imperatoris, qui alios praeter se, praeterque clericos ipsos, id est, praeter Diaconos et Presbyteros, habebant, qui ea bona Ecclesiae administrarent, quos homines Oeconomos
 1125 Ecclesiae vocabant, vt apparet in constitutionibus Iustin. libus 1.Codic. Tit de Episcopis. Pro quibus postea seculo corruptissimo et crescentibus Ecclesiae bonis aduocatos nobiles habuerunt. Oeconomos autem bonorum Ecclesiae viros bonos habere praestaret etiam in iis locis, vbi post susceptum verum Euangelium, bona tamen Ecclesiastica ab Episcopis retinebantur, verum autem ipsi Irresistibiles possidentur, ne in iis procurandis, et defendendis, et
 1130 administrandis occuparentur, ii, qui in rebus melioribus versari, et toti esse deberent. Sed bonus est odor lucri. Peius autem illa bona ad homines aulicos transferuntur, tanquam praeda ex Papatu capta.

Ergo quaeritur, num secularium negotiorum scientes esse Episcopos futuros oporteat. In quo responsum est varie et constitutum diuerse. Nam distinct 39. aperte sancitum,
 1135 oportere tales esse,

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.152]

Episcopos, adeo vt qui eorum negotiorum rudes sunt et imperiti, deponendi dicantur. At distinct. 88. et 21. quaest3 aliud omnino responsum est et variis patrum dictis confirmatum. Sed vtriusque responsionis tam diuersae conciliatio haec affertur a Papisticis. Nempe requiri quidem, vt Episcopi futuri eorum negotiorum rudes omnino et imperiti
 1140 non sint, quoad scientiam: administratores tamen et gestores non sint, quo ad ipsam curam et sollicitudinem, ne a munere suo auocentur et distraherentur. Sed quorsum in illis scientia huiusmodi rerum requiritur, si earum cura, et administratio iisdem denegatur? Et quod est in illa distinct. 39. secularium negotiorum peritiam futuris Episcopis, et iis qui iam sunt Episcopatum adepti, esse necessariam plane ex abusu ministerii Episcopalis profectum esse nemo non perspicue videt. Exempla enim eorum temporum afferuntur, in
 1145 quibus Episcopi iam non tam legendo Dei verbo, et explicando vacabant, quam opibus et diuitiis nomine Ecclesiae congerendis et cumulandis, ad quas certe secularium commerciorum et negotiorum cognitio, et scientia omnino necessaria fuit. Desierant igitur iam Episcopi esse veri pastores et auri Episcopi, et quales hic describit Paulus: sed erant
 1150 iam astuti homines, avari mercatores, et ambitiosi, qui pietatis, et religionis praetextu, ampla latifundia, dignitates, amplasque sibi possessiones comparabant, in iisque tuendis et augendis positum esse Episcopi munus censebant, quo ditesceret his mundanis opibus Ecclesia, et veras sperneret caelestesque diuitias. Id quod tandem euenit. Itaque bona eorum coeperunt esse

CAPVT III.

[p.152]

1155 aurea: ipsi vero facti sunt plumbei. Bernard.epistola 78. detestatur quendam sui seculi clericum, qui et Diaconus esset, et Decanus, et regius dapifer, quod intolerandum esse docet in Dei Ecclesia.

Caeterum qui id Episcopis licere putant, secularibus se negotiis nimirum immiscere et implicare, aliquot rationes afferunt, quas operaepretium est examinasse, vt intra suos
1160 fines et a Deo praescriptos, tandem verus Episcopatus, et verbi Dei ministerium reuocetur et coerceatur.

Prima est ex Deuteron.17. vers.9. vbi Sacerdos Magnus et Leuitae constituuntur iudices causarum, et litium. Ergo secularibus negotiis sese immiscebant. Respon. Cùm Dominus politiam ipsam, quam in suo populo vigere volebat, suo verbo comprehendisset, cuius interpretationem commiserat Sacerdoti summo, et Leuitis Malac. 3 aequum tunc
1165 erat, vt in dubia interpretatione legis politicae, quae Verbi diuini pars erat, ad eos recurreretur. Sed nunc leges politicae a verbo Dei separantur, nec eo comprehenduntur, vt olim. Praeterea ad sacrificatores tantùm recurrebatur, si de interpretatione alicuius loci, et legis scriptae dubitatio nascebatur, non in quauis controuersia, nec cùm erat
1170 quaestio facti. Tunc enim ad alios iudices remittebatur disceptatio.

Secundo obiicitur cano. Ecce plenarie distin. 39. exemplum Christi, qui turbis sequentibus non tantùm spiritualia, sed etiam carnalia, veluti cibum, dedit. Debere igitur Episcopos carnalia suo gregi administrare. Itaque debere implicari negotiis secularibus. Resp. Extraordinaria Christi

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.154]

1175 facta non esse nobis in exemplum trahenda. Nec enim semper pauit Christus omnes turbas, quae ipsum sequebantur: nec quas pauit, ordinarie aluit: sed extraordinarie, non etiam se fatigans in quaerendo illis cibo.

Tertio afferunt exempla Patrum veluti Danielis ipsius, qui cùm esset Propheta, tamen administrabat negotia regis Babyloniorum, et Persarum. Respond. Hoc esse extraordi-
1180 narium. Voluit enim Deus ad subleuationem sui populi captiui, Daniele praeesse rebus et negotiis illius regis, a quo captiuus detinebatur, vt esset clemens seruitus sui populi. Ambrosius item Mediolanensis Episcopus laudatur, qui pro Valentiniano legationes saepius obiit ad Maximum tyrannum, qui erat Coloniae et Treuiris, vti ex ipsius epistolis apparet. Respond. Illud factum esse raro quidem, nempe cùm summa Ecclesiae et
1185 Reipubus vtilitas postulauit, sed statim expedita legatione et explicata ad munus suum rediit Ambrosius. Itaque potest Ecclesia quidem suo pastore nonnunquam vti ad res suas et seculares agendas: si enim videat ad ea negotia aptum, et idoneum: sed tamen id rarissime faciendum est, et cauendum ne a suo munere, quod in verbi praedicatione et Ugm Ectienae cura consistit, abducatur vel tantillum. Longe igitur praestaret Episcopos,
1190 qui tam sunt ad secularia negotia tractanda idonei, vt maiorem per eos vtilitatem Ecclesia sentiat, quam per alios quosuis: praestaret (inquam) eos ex honesta causa a munere illo suo Episcopali honestam missionem habere, et liberari prorsus et dimitti, quam eos in Episcopatu retineri: et

CAPVT III.

[p.153]

interim secularibus negotiis perpetuo eos destineri, distrahi, et occupari. Et haec mea est
1195 sententia.

*7 Oportet autem eum etiam bonum habere testimonium ab extraneis: ne in probrum
incidat et laqueum Diaboli.*

Tertium est quod requirit Paulus, sed aliorum ratione, nimirum ipsorum Extraneorum,
id est, infidelium. Vult igitur futuros Episcopos tam esse probatae vitae, ut etiam a fide
Christiana extranei homines nihil habeant, quod in ipsorum vita reprehendant. Hoc idem
ab omnibus Christianis requirit Christus Matth.5. et Paulus Colo. 4. vers.5. quia vita
1200 nostra debet esse lux mundi: multo igitur magis haec lux in pastore desideratur. Nec
obstat quod idem Paulus ait 2. Corinth. 6.vers.8. per gloriam et ignominiam nobis esse
incedendum: item qui sunt foris, nihil ad nos 1. Corinth.5.vers. 12. Hoc enim verum
est quod ad doctrinam ipsam. Nam doctrinam nostram nunquam probabunt infideles:
quare in ea ab illorum iudiciis vltimo modo non est dependendum, non magis, quam a
1205 caecis: sed in vita et moribus secus est. Nam debet esse vita illa nostra tam sancta, ut
etiam ignorantes, et infirmos Christo lucrificamus. Confitmat suam sententiam Paulus
a consequenti. Qui enim vitiis secure indulgent, sunt Probrosi, et In Diaboli laqueum
incidunt, quia nullo pudore postea retinentur, cum se vident etiam post sceleratam et
turpem vitam ad tantam dignitatem tamen admitti, promoueri, et posci. Vnde fraena et
1210 habenas impune laxant omnibus

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.20.]

vitiis, et a Sathana possidentur. Quod quaerit Chrysostom. Quid de iis statuendum sit,
qui vel falso laudantur ab extraneis et infidelibus, vel immerito vituperantur. Responsio
facilis est, Ecclesiam nimirum debere iudicium suum adhibere nec diuino ea iudicium
iudragio pendere, et statuere, quid de eligendo fit sentiendum.

*8 Diaconos itidem honestos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucrari
cupidos.*

1215 Transitio est, ad Diaconos enim pertinet sequo imputatio d praeceptio, quos describit
Paulus, et ordine quidem. Nam de Episcopis prius egerat: sequens igitur erat, ut ageret
de Diaconis. Hos enim duos ordines Ecclesia Dei maxime habet.

In quo duo quaeruntur. I Quid vox Διάκονος hic significet. Ac ipsa per se et ex verbi
etymo est latissima huius vocis significatio. Omnem enim Ministrum significat siue
1220 priuatum, siue publicum, id est, omnem eum, qui suam operam suumque ministerium
alii exhibet. Vnde etiam Apostoli ipsi Diaconi nonnunquam in Scriptura vocantur. Ex
quo etiam factum est, ut quidam existimarent, hic Diaconi vocabulum priuatum Episcopi
famulum denotare, quem, qualis esse debeat, describeret Paulus, sed falluntur. Lata
vero haec significatio postea restricta est ad eos, qui in Ecclesia Dei aerarii pauperum
1225 curam, administrationemque habent, et circa pauperum ministerium et subleuationem
occupantur, quales ii de quibus Acto.

CAPVT . III.

[p.157]

6.et Philip.1.vers.1. et Rom.12.vers.7, et 8.quo fere significato accipitur cùm ab Episcopis in Ecclesia Diaconi distinguntur. Atque etiam hoc loco ista postrema et strictiori notione sumitur. Insulse vero Papistae a Diaconis Ακκόνοιον appellarunt locum quendam aedis
 1230 sacrae penitiorum et secretiorum, in quo sacra Ecclesiae vasa reponuntur, et conduntur: quod Secretarium alio nomine nuncupant: et Diaconos Secretarios, quod huius loci claves gestent, curamque habeant can. Non oportet distinct. 23, etsi ex concilio Laodicensino videtur hæc significatio sumpta. Sed iam erat corruptissima Ecclesiae disciplina, desierat que, qui Diaconi tunc vocabantur, esse veri Diaconi, quales vetus Ecclesia
 1235 habuit: et hic describit Paulus.

2 Quaesitum est, cur praetermissa sit disputatio de Presbyteris, ut quales esse debeant, et eligi. intelligeremus. Respondet Chrysost. quod Episcoporum nomine Presbyteri continentur. Quod verum est ut apparet ex Epistola Pauli ad Tit. cap.1. Actor.20. et aliis multis Scripturae locis. Differunt enim, ait, Chrysost. Presbyter et Episcopus
 1240 solum ordinatione, non potestate, non gradu, non ministerio, quia aliae quaedam tantum et plures caeremoniae in ordinandis Episcopis observabantur, quam in constituendis Presbyteris.

Ex huius autem loci et ordinis (quem hic Paulus observat et in Epistola ad Philip.1.vers.1.) ratione quaesitum est, Vtri gradu sint priores et superiores in Dei Ecclesia censendi
 1245 Presbyterine, an Diaconi. Etsi enim Diaconi hic subiiciuntur Episcopis: videntur tamen illis ex sententia Hieron. in epist. ad Rusticum praeponi. Haec enim illius

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.158]

verba sunt, ut si distinctio locorum creditur in mundo etiam in altari Dei videant sibi Episcopi, qui superbi sunt, Diaconos anteponi. Deinde videntur ex veteri disciplina Ecclesiae etiam ad honestiora quaedam officia et ministeria quam Presbyteri ipsi admitti.
 1250 Ipsi enim (ut ibidem tradit Hieron. quavis conquerens) Sacerdotibus de mensa Domini calicem tradunt: non autem Diaconis Presbyteri. Id etiam transcriptum est in cano. Diaconi sunt quos distinct.93. Sed etiam videntur aliquando praedicasse, absente Episcopo, et administrasse Sacramenta Diaconi, etiam praesentibus Presbyteris in cano. In sancta distinct.92. qui canones a nobis non ut doctrinae Christianae firmamenta citantur: sed
 1255 ut rei gestae historiae tantum. Denique videntur Diaconi saepius, quam ipsi Presbyteri locum et vicem Metropolitanorum suorum repraesentasse, et obtinuisse in veteribus Synodis, ex eo quod Rom. Episcopi suas partes Diaconis saepius, quam Presbyteris demandarint: quod his facile carere non possent: illis autem Diaconis facilius possent
 1260 Et hunc morem postea secuti sunt alii Episcopi, imprimisque Metropolitani, ut se ad Roman. Ecclesiae exemplar conformarent, adeo ut ex istis causis Presbyteris Diaconi censi coeperint praeferendi, et iis esse gradu superiores maioresque. Quid igitur de hac re statuendum sit, quaeritur. Repo. Primum omnes istas de proedria et praeminentia disputationes (quae sunt verissima dissidiorum semina, et damnabilis ambitionis effecta) de Ecclesia Dei, imprimis autem de coetu praepositorum Ecclesiae (inter quos sunt et
 1265 Presbyteri et Diaconi) tollen

C APVT III.

[p.153]

das esse et facessere oportere, tanquam certissima et praesentissima Ecclesiae venena, vt docet Christus ipse Luc.22 vers. 25. tamen si quid de ea re dicendum est, tum ex veteri disciplina Ecclesiae: tum ratione muneris vtrorumque, certe Presbyteri sunt Diaconis priores. Itaque in veteribus Synodis veluti Nicaena prima cap. 14. Laodicaena cap 20. Chartag. 4. cap.37.est statutum, vt ne Diaconi quidem inter Presbyteros sedeant, nimiram ne iis, aequales esse videantur. Id quod etiam iu tota distinct. 93. fuit positum et narratum. Ita nimirum ius istud canonicum perturbatum est, et sibi non constat. Nam quod ad praedicationem verbi Dei, quae illis aliquando concessa est, de eo quam recte factum sit, aut potius inepte, postea dicetur, sed primùm de personis ipsis agendum est.

1275 Eadem autem requirit Paulus in Diaconis, quae in Episcopis supra, siue ipsorum personae spectentur.iide raiia. nue luuie ia ce teitimoniam aliorum et infidelium. Addidit autem, ne sint Bilingues. Haec autem vox non tantum impudentem memdace, et impostorem significat, quo sensu Virgil. dixit.

–Tyriósque Bilingues.

1280 sed etiam dissimulatorem simulatoremque. Denique qui id quod se praestare non posse intelligit, pollicetur: et qui cùm de promisso interpellatur, ita variat, mutat, et excusant promissionem a se factam, vt iam aliud videatur dicere, quam prius. Huic vitio simile est διδυχίας vitium, quod damnat. Iac. 4. vers. 8. cùm cor duplex gerimus. Hoc autem vitium inter reliqua maxime Diaconis fugiendum est, qui cùm saepe magna

1285 pauperum

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.160]

importunitate vexentur et premantur, honeste quidem eos dimittere coguntur, et promissis implere, quae tamen postea praestare non possunt. Hoc autem offencilum gignit, et a veritate Christiana, quae in omnibus nostris tum dictis tum leus inesse debet, est alienissimum. Hoc idem vitium omnibus Christianis fugiendum est, et maxime

1290 Pastoribus.

Tenentes mysterium fidei cum pura tonscentia.

A'κολόθῃς est, postquam de moribus Diaconorum dixit, de eorundem doctrina, qualis esse debeat, disserit, nimirum eos fideles, probeque in fidei arcanis institutos esse oportere. In quo magnam et non tantum vulgarem vel leuem in fide Christiana cognitionem eos habere vult Paulus, dum eos iuber, Non tantum tenere fidem, id est, constanter

1295 et apprime eam didicisse et tueri sed etiam arcanum ipsum siue mysterium fidei ab iisdem perceptum esse postulat. Quo verbo altior quaedam cognitio significari videtur: quam salutis fidei, Christianaeque doctrinae quaelibet pars mysterium propter argumenti maiestatem. et rei ipsius difficultatem, nisi Dei spiritu simus muimdati, fere nominatur in scriptura. Refert Chrysost. hanc Pauli sententiam ad vers. 6. quasi haec ratio sit,

1300 cur Episcopum non oporteat esse nouitium: sed hic agit Paulus de Diaconis, non de Episcopis.

Ergo quaeritur cur hoc requirat in Diaconis Paulus. Resp. Ratio est multiplex. Ac prima quidem quod cùm Diaconi sint non tantum pars quae

CAPVT III.

[p.161]

dam Ecclesiae: sed praecipua quaedam pars et nobilissima (sunt enim ex ηγκμένων et
 1305 praepositorum numero) eos quoque oportet recte et pulchre in fidei Christianae doctrina,
 et arcano esse institutos et edoctos. Absurdum enim esset eos praefici Ecclesiae, qui
 verae et propriae ipsius Ecclesiae doctrinae ignari, et rudes essent. Altera ratio est,
 quod cum pauperum et afflictorum qui sunt in Ecclesia curam habeant Diaconi, ad
 eorum quoque officium pertinet eos consolari, erigere, sustentare, et confirmare in fide.
 1310 Quod non possunt, nisi doctrinam fidei apprime sciant et teneant. Quidam tertiam huius
 dicti rationem afferunt, sed falsam, nimirum quod ad Diaconorum officium pertineat
 concionari de Dei verbo, et illud praedicare, quemadmodum Philippus, et Stephanus
 fecerunt. Id quod etiam ex Iuone Carnutensi tradit Gratianus in cano. Perlectis 5Ad
 Diaconum distinct. 25. Haec autem sententia falsa est. Nam quod de stephano et
 1315 Phmippo affertur eos praedicasse, verum est: sed non quatenus illi tantum erant Diaconi,
 imo vero potius quatenus etiam Euangelista vterque fuit, vti tunc temporis varia Dei
 dona in vno et eodem fuerunt a Deo cumulata:

Ergo admonet me hic locus, vt de Diaconorum officio aliquid dicam tum ex Dei
 verbo, tum ex ea, quae in veteribus Synodis extat, disciplina. Diaconorum in verbo
 1320 Dei duplex genus esse videtur, vt colligitur ex Paulo Ramanor.12. vers.7. 8. Alii enim
 versabantur in Ipsius aerarii collectione, cura, procuratione tota. Hi sunt velut Oecouomi
 Ecclesiae. Tales fuerunt etiam Procuratores

162 AD I. PAVL. AD TIM.

dicti Hermi. liber 8.cap. 12. cuius generis exempla sunt Nehe. cap.13.vers.13. et
 hodie ii, qui hospitalium et πλοχεδοχείων Prouisores appellantur. et in singularum
 1325 partium, et elemosynarum, quae singulis pauperibus et egenis fiunt, distributione, et
 erogatione occupantur. Tales sunt qui dietim vel hebdomadatim eleemosynas cuique
 pauperi fratri distribuunt, qui saepe habent tanquam subsidiarias operas et ministras
 adiunctas Diaconissas, de quibus postea. Hi autem septem primum sunt creati, et hic
 numerus retentus est Romae vt ait Sozo.libus 7.cap.19. postea ad imitationem Romanae
 1330 Ecclesiae Neocaesariensi Synodo cap.14. sancitum est, vt etiam si non esset magna
 ciuitas, in qua esset Ecclesia, septem tamen Diaconi in ea crearentur. Est decretum in
 can. Diaconi septem distinct.93. Sed hoc decretum postea Chartag. Synodo prima fuit
 emendatum, cum pro amplitudine Ecclesiae saepe plures, saepe pauciores Dianconi
 requirantur. Itaque hoc totum iudicio cuiusque Ecclesiae est permittendum, non autem
 1335 praecise definiendum. Nam et Romae postea, vt docet liber 2. Chronic. Martinus Pol-
 lonus auctus est Diaconorum numerus, et geminatus, vt pro septem hodie sint sexdecim
 Diaconi, ex quibus alii ipsius Papae ministerio et cubiculon sunt addicti, vt ait illeErgo
 Diaconorum verum munus est, tum Aerarium Ecclesiae colligere, curare et administrare,
 tum ex eo aerario pauperibus fratribus subuenire, tum Sanis, tum Aegrotis, tum etiam
 1340 Ciuibus et Indigenis, tum Peregrinis, qui ad nos es aliis regionibus adueniunt. Ad eos
 autem per se et racione muneris ipsius neque verbi Dei praedicatio

CAPVT III.

[p.163]

pertinet: neque Sacramentorum administratio. Haec fuit vetustissima Diaconatus descriptio: quae tamen postea magna hominum temeritate immutata est, et cum Episcoporum munere pene confusa, quos tamen hic et Philip. I. aperte distinguit Paulus. 1

1345 Ac primùm Diaconorum muneris perturbatio facta est, cùm velut oculi Episcopi dici coeperunt, quoniam omnia totius Ecclesiae acta oberrantes perlustrabant, et ad Episcopum offendentia quae in Ecclesia nascebantur, deferrebant, vt est in cano. Diaconi Ecclesiae distincti. 93. Vnde apparet eos in locum Presbyterorum, ad quorum curam ea diligentia de inspiciendis hominum piorum moribus pertinet, temere fuisse substitutos. Ac quidam e Scholasticis magna ignorantia nullos praeter Episcopos et

1350 Diaconos in Ecclesia ordines constituunt, quod, excepto Episcopali officio reriqua innuma a Laicis luicpta et obita fuisse dicunt. Quod est falsum, cùm etiam ex 1. Corint. 16. appareat saepe quosdam etiam extra ordinem ab Ecclesia delegatos, et electos ad curam et administrationem Ecclesiasticae pecuniae, quia Diaconi satis esse tanton oneri non

1355 poterant.

Hoc Diaconorum munus iam tam late patens etiam amplificari postea coepit, et pene cum Episcopi officio confundi, certe in multis adaequari. Nam in cano. Perlectis 5 Ad Diaconum pertinet distinct. 25. haec omnia Diaconis tanquam muneris eorum partes tribuuntur.

1360 1 Assistere Sacerdotibus, id est, Episcopis.

2 Ministrare in omnibus, quae aguntur in Sacramentis Christi, veluti et in Baptismo, cheisman

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.164]

6 Praedicare ad populum Euangelium, et Apostolicas Epistolas.

Officium precandi.

1365 8 Exhortatur et iubet populum clamare ad Deum, et ad eum cor et aures erigere et habere.

Vnde hic ordo inter sacros praecipue refertur, tum propter materiam (aiunt Cañonistae) quam tractat (est autem Eucharistia) tum propter ipsam institutionis formam, quae in Papatu magnas caeremonias habet.

1370 Cùm vero tanta complecteretur hoc vnum Diaconorum munus, vt pene reliquas omnes dignitates Ecclesiasticas absorberet, contentiones variae natae sunt, et cogitatum est, de hoc officio intra certos quosdam cancellos et limites coercendo, Itaque Synodis constitutum est, vt Diaconi in posterum neque calicem benedicerent, neque corpus Christi offerrent; iten neque praecinerent. populo, id est, tantum publicum moderarentur,

1375 nec ea tractarent et vsurparent, quae primis superiorioui iue ordinibus sunt decreta. Id quod ex conciliis Laodicensi et Chartaginensi apparet, et est relatum in cano. Non oportet et seq. dist. 93. cano. In sancta dist 92.

Denique Durandus anxie versat hanc quaestionem. in liber 4. Sententiarum P. Lombardi dist. 13. quaest. 4. Vtrum ad Diaconum pertineat Eucharistiam populo ministrare, tam multa absur

1380

CAPVT III.

[p.165]

da consequuntur, vbi semel a verbo Dei discessum est.

Longe autem pessime et verbo Dei et munere Diaconi abutuntur, qui Diaconos tantum titularios hodie habent, nulli rei, nisi pompae, et superstitioni inseruientes. Id quod fit in Papatu.

10 Atque hi etiam probentur prius, deinde ministrent, si sint inculpati.

1385 Τόξις Ordine persequitur Paulus singula, quae ad legitimam Diaconorum electionem pertinent: et ordinem ipsum, qui seruandus est, praescribit. Ergo prius eos examinari vult: postea vero eligi et ad officium admitti. Vnde qui sine examine: vel lusorio quodam examinis genere eliguntur, vti in Papatu, sunt omnino abdicandi, et reiciendi. Ad quos vero hoc examen pertineat ad vniuersumne populum, an ad senatum, an ad vtrosque
1390 infra dicitur.

11 Vxores itidem honestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus.

12 Diaconi sint vnius vxoris mariti, qui liberis recte prasint, et propriis domiDux.

Ista sunt superius explicata partim hoc ipso capite: partim cap.2. vbi de mulieribus Christianis disputauimus.

13 Nam qui bene ministrauerint, gradum sibi bonum acquirunt, et multam libertatem per fidem quae est in Christo Iesu.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.166]

A'τιλογία est ab effectu. Nec enim tales Diaconos frustra a se requiri docet Paulus: sed quis sit harum virtutum in illis fructus nunc ostendit, nimirum Gradus honorisque in
1395 Ecclesia maioris commendatio, et Bonae conscientiae, magnaeque apud fideles libertatis et authoritatis comparatio et testificatio. Hoc primum opponere videtur Paulus contumeliis, calumniis, conuitiis et probris, quae vulgo patiuntur ii, qui sancte et syncere Deo seruiunt, et ipsius Ecclesiae ministrant, qui prae caeteris apud profanos homines probris conspui solent. Sed et hic idem effectus Diaconatum tanquam praecipuum quoddam in
1400 Dei Ecclesia munus commendat. Denique Diaconos iplos consolatur, et docet gregem ipsum, et singulos pios et fideles, quantum huiusmodi personis, qui syncere hoc munere vel funguntur, vel functi sunt, debeant.

14 Haec tibi scribo, sperans forevt celerius ad te veniam.

Παράκλησις est, Consolatur enim Timotheum, et admonet cur tam minutim singula sit persecutus. Denique spem facit proximi aduentus sui. Primum ipsius Timothei causa, ne
1405 cum ad absentes literae scribantur, existimet velle Paulum diutius abesse, quam Ecclesiae vtilitas postulet. Ad tempus enim reliquerat Timotheum Ephesi Paulus, vt ipse docuit cap.1. donec in Macedoniam ad constituendas Ecclesias proficisceretur. Itaque ne sui

promissi oblitus censeretur, aut hoc falso praetextu Timotheum reliquisse, hoc addidit. Si

CAPVT III.

[p.167]

1410 mile quiddam apparet 2. Corinh.1. Deinde hoc ipsum Timothei excitandi causa videri potest additum, quanquam ipse per se diligens esset, sed vt alacriore animo in illud opus incumberet, in quo suae diligentiae testem oculatum Paulum esset posthac habiturus.

Sed et aliorum quoque causa videtur hoc adiectum, vt si qui essent peruicaces et contumaces, metu aduentus Pauli comprimerentur. Hinc auceni taun sonestuud
1415 de moeroujs apparet, qui ne minimum quidem tempus differre potuit, quin ea quae videbantur egere correctione quadam, emendaret.

Dicit autem, sperans, Neque enim nostrae vitae sumus nos ipsi arbitri: sed Dominus, et, vt monet Facobus 4 vers.15. ipse de nobis statuit, vt ex eius solo nutu pendere toti debeamus. Rediit autem Ephesum Paulus, vt apparet ex Act. 18. post hanc Epistolam
1420 scriptam.

15 Quod si tardiùs venero, vt noris quomodo oporteat in domo Dei versari, quae est Ecclesia Dei viui, columna et stabilimentum veritatis.

Occupatio est, quae eum commendatione ministerii Euangelici est coniuncta. Monet enim Paulus si tardiùs venerit, ecquod muneris sui recte gerendi remedium habeat Timotheus, nenpe haec ipsa praecepta, quae continentur hac Epistola, tum in superioribus capitibus: tum etiam in sequentibus. Itaque parasceue etiam est ad sequentes
1425 praeceptiones hic locus.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.168]

Ex hoc autem locoapertissime demonstratur, quis sit eorum praeceptorum, quae hic de administrandae Ecclesiae ratione traduntur, vsus. Quidam enim existimant (quos ipse aliquando audiui) quae hic de disciplina Ecclesiastica praescribuntur a Paulo, veluti de Episcoporum, et Diaconorum electione, et munere: de censura morum quae fit a
1430 pastoribus, denique quae regulae politiae Ecclesiasticae cap.5. et tota hac Epistola traduntur, esse tantùm singulares quasdam praeceptiones et particulares, quae tunc temporis vsum suum haberent, sed quae generalem et perpetuam politiae Ecclesiae normam et regulam minime continent, minimeque praescribant. Itaque non debere hodie ad hanc formam a Paulo descriptam politiam et rationem Ecclesiae Christianae
1435 administrandae vel reuocari, vel examinari. At contra hoc loco docet, affirmatque diserte Paulus, se Timotheo ea praescribere, quae in domo Dei obtinere, et institui debeant, vt pulchre illa et regatur, et administretur. Neque vero tempus certum, aut etiam locum aliquem designat Paulus, cuius ratione viles sint hae praeceptiones, et necessariae: sed generalis est affirmatio Pauli, vt scias, ait, quomodo te regere debeas in domo Dei, id est,
1440 Ecclesia, non dixit Ephesi tantùm, aut in Asia: non dixit, hoc tempore nempe, quo sunt Magistratus infideles et idololatrae: sed doceo (ait Paulus) quomodo te, id est, omnes veros Episcopos (est enim in persona vnus Timothei omnium bonorum Episcoporum

officium descriptum) se gerere oporteat in Dei Ecclesia, qualis illa Dei domus est, et ex Deivoluntate recte administrari debet, in

CAPVT III.

[p.169]

1445 qua omnia τὰκτῶς fieri et tempore et loco necesse est. At iidem excipiunt disciplinam Ecclesiasticam esse mutabilem. Resp. Distinguendum esse. Quedam enim esse in ea Essentialia, aio, quaedam Accidentalialia. Essentialia sunt omnia, quae et de electione et de munere personarum Ecclesiasticarum hic traduntur, quia cū haec sint publica Ecclesiae munera, electio in iis omnino necessaria est. Et cū haec sint munera, officia
1450 et munia quaedam habent, quibus definiuntur, vti pastoris Ecclesiastici est assidue verbo Dei pascere gregem suum: super eo vigilare, et morum vitaeque illius habere curam. Presbyterorum et Seniorum est attendere gregi Domini, ne haereses vel vitia obrepant in Ecclesia, siue aperte, siue sensim.

Accidentalialia sunt, quae ad particularem earum rerum modum seruandum, formamque
1455 aliquam constituendam, et cuiusque populi commoditatis rationem habendam pertinent: veluti, quoties in hebdomade sit Episcopo concionandum: quibus diebus, qua hora, quot locis, et caetera quae sunt huiusmodi. Sed quae praescribit hic Paulus sunt essentialia. Quare haec a nulla Ecclesia, sine piaculo praetermitti possunt: nisi domum Dei vere domum confusionis facere velimus. Nec vlla vllius regni vel reipublicae commoditas,
1460 vtilitasque aliud suadere, aut inducere nos debet, vt ab his Pauli, id est, Dei Spiritus praeceptis recedamus: aliaque vel Episcoporum, vel Diaconorum munera faciamus. Sed nec Synodi quidem ipsae sunt audiendae, si ab his Pauli regulis discedunt, quia a Dei verbo in Ecclesia Dei regenda, illiusque politia constituenda discedunt. Quod est ne

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.114]

Dome Dei) Commendat hic non tantū Ecclesiam Paulus: sed ipsum potius ministerium
1465 Euangelicum a re, et obiecto, circa quod versatur, Nimirum ab Ecclesia, cuius aedificandae, administrandae, et conseruandae gratia constitutum est. Magnam enim esse eam dignitatem oportet, quae domo Dei praeest, eique gubernandae praeficitur. Illa vero dignitas et cura est ministerium verbi Dei. Excitat vero hoc ipsum etiam pastores pios vt de se suaque diligentia cogitent, et cui muneri sint a Deo praepositi serio meditentur,
1470 et saepe apud se proponant. Similis locus Actor.20.V.28. Magna vero commendatio Ecclesiae (cuius pascendae gratia Episcopi et Presbyteri eliguntur) continetur paucis his Pauli verbis, columna est, ait et stabilimentum veritatis Ecclesia. Hic enim doctrinam Ecclesiae praefert omnibus aliis, quia illae non sunt vel veritas, vel illa salutaris veritas, quam vnam pios et Christianos homines sectari oportet. Itaque longe vniuersae
1475 Philosophiae praeferenda est haec doctrina, quae in Dei Ecclesia docetuiiee prauicatur, quaa haec est sola veritatis nomine digna. Etsi vero quaedam vera a Philosophia traduntur, tamen illa veritas non est (vt idem Paulus ad Titum 1. vers.1. ait) κατ' α σέβειαν, sed magna ex parte hominibus inutilis, vel certe cum hac nullo modo conferenda, quia haec ad animorum vitam aeternam pertinet. Deinde, vt scribit Chrysostomus, haec vox
1480 ve

ritas discrimen notat inter doctrinam eam, quae olim Iudaeis sub lege annuntiabatur: et eam, quae nunc Christianis annuntiatur. Illi enim vmbras tantum, id est, figuras et caeremonias habuere: nos

CAPVT III

[p.171]

1485 autem ipsam veritatem et corpus in Christo, vt docet Paulus Coloss.2.V.17. Ex quo fit, vt Ioann. I.verl.lj. dicatur per iuiouen data Lex-per Christum vero veritas et gratia.

Huius autem tam salutaris, et sacrae veritatis custos, conseruatric, et publicus velut tabellio apud quem deposita est, est Ecclesia illa Dei viui, nempe per ordinariam et puram verbi Dei praedicationem, quae ab veris Episcopis et pastoribus facta est. Nam, vt ait Paulus Romanor.3. vers.2. Credita sunt (πρεσβυτηριον) Dei Ecclesiae, non autem Sathanae
1490 Synagogae, non Antichristiano coetui: sed Christianae Ecclesiae diuina oracula et eloquia, quia in hoc tantum vno hominum coetu illa explicantur, docentur et conseruantur, per ordinarium verbi Dei ministerium, quod in Ecclesia viget. Vnde idem Paul. Rom.9. vers.4 Legem, et foedera, et eorum foederum tabulas fuisse apud Israëlitas, ait, quia et cum iis pactum erat foedus Dei, et eius foederis tabulae apud eos solos asseruabantur,
1495 et custodiebantur, velut apud fidelissimum et publicum tabellionem manent acta et instrumenta contractuum. Hoc sensu vocat Paulus veram et Euangelicam Dei Ecclesiam, Columnam, et Stabilimentum veritatis, non quidem tanquam istius veritatis Ecclesia sit causa, sed tantum custos, Conseruatric, et Propagatrix. Veritatis enim, quae in Ecclesia Dei praedicatur, causa est Deus ipse, cuius est haec veritas vox et verbum. Ergo ratione
1500 perpetui et ordinarii ministerii et praedicationis puri verbi Dei, quae in vera Ecclesia locum habere debet, dicitur Ecclesia Columna veritatis: non ratione reipsius, id est,

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.172]

Ecclesiae ipsius, quasi certitudinem suam ab Ecclesia, id est, hominum iudicio et approbatione habeat sacrosancta Dei veritas. Neque enim ab hominibus pendet diuinae vocis commendatio, aut certitudo: sed in diuina voce hominum ipsorum demntio d rententia
1505 de veritate aut falsitate alicuius doctrinae fundata esse debet Ioan.5, vers.39.

Ergo duobus modis Paulus hic nobis describit Ecclesiam I Cùm domum Dei appellat. 2 Cùm columnam veritatis. Ac domus quidem Dei vocatur Ecclesia, quia est piorum et fidelium hominum coetus Matth.21. vers.33. Certe si quo in alio mundi loco, maxime in eo coetu illustria specialiaque praesentiae Dei signa et testimonia extant. Ergo dicebatur
1510 Deus habitare in suo tabernaculo, et in Sione, propter suae praesentiae et maiestatis signa peculiaria, quae in eo loco posita a Deo ipso erant Psal.76. quia illic et verbum Dei purum audiebatur, et cultus ab eo praeceptus exercebatur. Non quod Deus corporaliter illic versaretur: non quod extra eum coetum nusquam arrior enet Deus, qui semper vbique est: non quod etiam Deus eodem, quo ipsa Ecclesia, loco concludatur: sed quod cùm se
1515 maxime hominibus uo communicet, per verbum suum, per Sacramenta, et per cultum: hos omnes modos sola Dei Ecclesia ex omnibus hominum coetibus habet, quae retinet

Deinde quod Ecclesia dicitur Columna veritatis, ostendit hanc esse veram et vnicam Ecclesiae verae notam, nempe veritatem et verbum ipsum Dei. Huic enim vni fundamento innititur. Nam

CAPVT III.

[p.172]

1520 oues meae vocem meam audiunt, ait Christus Ioa.10. adeo vt sublata et abolita illa veritate, vel mutata in mendacium, desinat quoque esse illic Ecclesia, et vbi illa veritas annuntiatur, illic quoque nascitur Ecclesia. Ergo non est Ecclesia vel locis, vel cercio perionis aiipatajce aitrieea, sed doctrinae verbi Dei, vt etiam desiniuit Synodus Gangrensis de sanctitate agens.

1525 Abusi sunt igitur perspicue hoc loco Papistae dum hinc colligunt, verbi Dei certitudinem ex Ecelesiae approbatione et hominum suffragio pendere. Nam falsum est. Subiiceretur enim Deus hominibus, id est, creator creaturae, et omnipotens vermibus terrae: et possent homines suam Deo veritatem adimere si vellent, vel illi conseruare, quae tamen penes eum vnum residet, neque ex hominum iudicio et autoritate pendet, vel immutari potest Iacobus 1.V.17. Praeclare enim Iren. libus 3. cap.1. et 11. Euangelium est columen fidei nostrae, non hominum autoritas. Et quod contra fundamenta. Manichaeo. epistol. cap 5.scribit August. Ego vero Euangelium non crederem, nisi me Catholicae Ecclesiae commoueret autoritas, dictum est aduersus eos qui pro animi libito, ex sola suorum praeceptorum et quide recentium approbatione, hos sacrae scripturae
1530 libros recipiebant vt authenticos: illos autem, vt falsatos, reiiciebant, quod faciebant
1535 Manichaei, quibus opponit Augustinus maiorem et fidelioem hominum approbationem, nempe diuturnum totius Ecclesiae consensum.

Denique quod iidem Papistae ex hoc loco colligunt, Ecclesiam errare non posse, falsum est, si

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.174]

1540 ex eorum sensu accipiatur. Nam Sacerdotum, qui Christum damnarunt, collegium ex eorum definitione erit Ecclesia. Atque hi tamen grauissime errarunt, et veram atque vnicam illam Dei veritatem, id est, Christum ipsum reiecerunt. Deinde cum ipsi illi Papistae non sint Ecclesia Dei, frustra ad se transferunt hanc laudem. Fatemur quidem Ecclesiam, quatenus vnicum et purum illud Dei verbum pro fidei regula amplectitur,
1545 retinet, et sequitur, falli non posse: sed quia hominibus constat Ecclesia, in quibus saepe maior pars meliorem vincit, quique non semper ad solum Dei verbum collimant, aut attendunt: vel qui purum Dei verbum etiam propositum non retinent, idcirco recte diestur etiai fuimour coetus, qui Dei Ecclesia dicuntur in his terris, errare posse, et saepe etiam grauissime errasse, vt apparet in secunda Synodo Nicaena, vbi idololatria constituta
1550 est. 16 Et sine controuersia magnum est pittati mysitrium: Heus tonspicuus factus est in carne, iustificatus est in spiritu, conspectus est ab Angelis, praedicatus est Gentibus, fides illi habita est in mundo, sursum receptus est in gloriam. Altera ministerii Euangelici commendatio a subiecto et materia, circa quam versatur. Hanc autem, vocat mysterium magnum, quod explicat quale, quantumque sit, quo magis ad suum rnumus attendant
1555 praepositi Ecclesiae, illudque re3 2 uerenter colant, non autem perfanctorie. Similis

CAPVT III.

[p.175]

etiam est admonitio Pauli Actor.20. vers.28. Er go falsa est eorum sententia, qui putant hic a Paulo tantum conferri legis caeremonias cum doctrina Euangelii, tum quod maior sit huius, quam illarum vis: tum quod non eandem iam requirat in futuro pastore Ecclesiae Euangelicae, quae in lege sua Dominus statuit, et praecepit obseruari a summo Sacerdote: Quae sententia est Chrysostom. et Erasmi. Locus hic est sane singularis, vbi auguste, et breuiter tamen praecipua doctrinae Christianae capita, et summa Dei in nos beneficia complexus est Paulus. Atque huiusmodi locos annotare operaepretium est, vt summam quandam fidei nostrae memoria conseruemus. Similis etiam est locus alius apud eundem Paul.1. Corint.2.v.2. apud Lucam Luc.24.v.47, et Hebr.13.v.8. et seq. Vt autem ordine et methodo quadam hic locus explicetur, est in suas partes distribuendus. Sunt autem duae. Primum enim hanc Dei veritatem explicat in genere ipso, cuius conseruandae et retinendae inter homines gratia ministerium Euangelicum constitutum est. Vocat igitur eam 1 Mysterium, id est, arcanum. 2 Magnum, idqi 3 Siue controuersia tale esse affirmat. Mysterii vox hic non significat Sacramentum, quo sensu Coenam Domini, et Baptismus Sacramenta dicuntur: sed doctrinam arcanam, augustam, humani ingenii viribus et industria incomprehensibilem et ex sola Dei gratia, et reuelatione notam, qualis profecto est doctrina fidei, et salutis nostrae, vti docet Paulus Ephes.3. vers.4,5. Quanquam hoc ipso sensu, quo vsurpat Paulus mysterium hoc loco, veteres Patres vocarunt doctrinam E

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.170]

uangelii, Sacramentum fidei, et ipsam fidem Sacramentum: delectati nimirum voce ipsa Sacramenti, ranquam augusta, d doctrinae huius maiestati consentanea.

Auget vero nanc appellationem a comparatione Magnum enim vocat. Nam inter arcana ipla Deranud anlo maius eit, et augustius. Hoc autem est summum, et ipsa mundi creatione longe etiam maius, ac praestantius.

Addit sine controuersia, id est, prout est omnibus in confesso. Amplificatio item est a consensu omnium piorum, et vere de pietate sentientium. Sed obstat quod hoc mysterium multi negant vnquam extitisse: alii huic non assentiuntur. Aliis vero est offendiculum vti Iudaeis, aliis stultitia vt Gentibus. Respond. Istud a Paulo dici non ex hominum infidelium iudicio, sed ex fidelium tantum et piorum sensu. Praeclara igitur est illa Bernardi sententia sermo.45. Cantic. ab hoc loco non aliena. Quam mihi decorus es Domine mi, in ipsa huius tui depositione decoris. Etenim vbi te exinanisti, ibi pietas magis enituit: vbi charitas plus effulsit, ibi amplius gratia radiauit. Quam spectabilis et stupendis etiam virtutibus supernis in conceptu de Spiritu, in ortu de virgine, in vitae innocentia, in doctrinae fluente, in coruscationibus miraculorum: in reuelationibus Sacramentorum: Quam denique rutilans sol iustitiae post occasum, de corde terrae resurgens, quam formosus in stola tua: demum rex gloriae in alta coelorum te recipis. Sequitur.

Altera pars huius versiculi, quae rei ipsius, id est, veritatis et doctrinae Euangelieae summam

CAPVT III.

[p.2]

1595 continet velut et differentiam. Ex quo ipso magis admirabilis, inscrutabilis, et augusta
 apparet haec veritas, eoque ipso excellentius est Euangelicum ministerium, per quod
 illa dispensatur et annuntiatur. Habet vero haec explicatio quatuor partes. Proponit
 enim 1 Rem ipsam. i. Incarnationem Christi, in qua inest etiam Approbatio ipsius
 deitatis, 2 Testimonium huius mysterii. 3 Praedicationem et receptionem admirabilem
 eiusdem. 4 Conuictroneul denqyneucuiq marertatis Christi, in qua nunc est. Quae
 1600 singula summam consolationem nobis afferunt, et miram Dei tum potentiam, tum etiam
 sapientiam ostendunt.

Primùm igitur Deus dicitur conspicuus factus esse in carne (nec enim quae sequuntur,
 referenda sunt ad mysterium, sed ad Christum: etsi et vetus interpres, et Erasmus, et
 alicubi Fulgentius ita accipiunt, et corrupte in quibusdam exemplaribus olim legebatur
 1605 o, proòs, quod òs etiam ex θεός factum est, vt fidei nostrae de deitate Christi doctrina
 certissima, quae hic continetur, conuelleretur.) Hic autem Deus, qui est conspicuus nobis
 factus, est Filius Dei et λόγος, non autem ipse Pater Hebr.1. Ioann.1. qui Filius vti Deus
 est Prouerbus 8. ita Deus, et magnus quidem, appellatur Rom.9. vers.5. Tit.2. vers.
 13. quantumuis id negent Arriani, qui refutantur Ioann.1o.v.3o. Hic igitur Deus Filius
 1610 conspicuus nobis factus est, non tantùm aliquo signo praesentiae suae hominibus dato,
 vt cùm in rubo ardenti apparuit: non etiam assumpta tantùm ad tempus humana forma,
 vt cùm apparuit Abrahamo sedenti ad quercum Mamre. Genes.8. et Exod.3. Nec quale
 illud et

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.176]

Deus humana lustrn sub imagine terras. Sed per vnionem hypostaticam per quam vniuit
 1615 sibi, id est diuinae suae naturae humanam naturam, vt fieret vnum et idem ὑφιστάμενον,
 qui esset verus Deus, et verus homo. Diuina quidem natura non est humana dicenda:
 sed quia illa vtraque natura diuina, nempe et humana, vnica tantùm persona est, idcirco
 idem dicitur et Deus et homo, et homo ille qui apparuit nobis dicitur esse Deus. Quare
 cùm fuerit Deus, Deus in carne nobis est manifestatus.

1620 Modum autem addidit Paulus per quem id factum est. in carne, id est, per humanam
 naturam, quam verbum assumpsit Ioan.1.vers.14. Hebr. 2. vers.16. Quare idem ipse
 Christus air, Qui me videt, videt et Patrem Ioann.14.v.9. Hoc ipsum etiam explicat Ioan.1.
 Epist.1.vers.1.2.3. Quod enim erat per se aeternum, inuisibile et a principio assumpsit
 eam naturam, quae videri, tangi, palpariue potuit, per quam factus est Deus nobis
 1625 quodanmodo propter vnionem hypostaticam conspicuus et visibilis, non conuersione
 diuinae naturae: sed assumptione humanae, et vnione cum diuina, quae vtraque in vnam
 personam Christi coaluit. Ergo carnis vox hic non vitiositatem illam (quam natiuam
 habemus) significat: sed humanam naturam et essentiam totam et veram, quatenus
 corpore et animo illa constat: non autem quae tantùm corpore constat, ne in errorem
 1630 Apollinaristarum incidamus. 11

Assumpta vero est haec caro siue humana natura in vnionem verbi hypostaticam, vt
 in perpetuum illi maneret in posterum coniuncta. Quare

CAPVT III.

neque per se suum esse habet: neque extra Dei verbum, neque seorsim et separatim est illa
 humanitas: sed verbi Dei humanitas, et in Dei tantum verbo habens suum existere, non
 1635 per se et seorsim, vt humanitas Petri et Pauli et mea. Quare hic reuocamur ad mysterium
 illud augustum incarnationis Christi, per quam σωματικ ς, id est, υ ποσατικ ς et ad νος
 φισαμέντν πόρασιν vtraque illa natura coniuncta est, inconfusas tamen proprietates
 suas retinens et conseruans. Quare duae naturae sunt hic nobis propositae Deus et caro,
 id est, Deus verus et verus homo, et vtriusque vnio et coniunctio tamen, cum Deus
 1640 manifestatus per carnem dicitur. Si enim maneret separatum verbum ab humana natura
 et carne, vel si caro seorsim a verbo existeret, tanquam duae quaedam diuersae personae
 (quod sensit impius Nestorius) mentiretur, et falso diceret Paulus, Deum in carne nobis
 esse manifestatum. Si esset confusa et absorpta caro, id est, humana natura assumpta
 a diuina assumente, vt voluit blasphemus ille Eutyches, falso quoque distingueretur,
 1645 ac commemoraretur hic vtraque natura. Si vnica tantum in Christo natura, falso etiam
 diceretur idem Christus Deus et caro. Hoc igitur stupendum est quod cum toto genere
 Deus et caro dissideant, vtraque tamen natura in vnica Christi personam coaluerit, et
 vnica sit per incarnationem. Sed et illud quoque est hoc loco obseruandum, Paulum vti
 ea ratione dicendi, per quam de naturis loquitur in concreto, vt Dialecticorum scholae
 1650 vocant, Deus, inquiens, est manifestatus: non

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.180]

Nec enim vere in abstracto diceretur, etsi vere pronuntiaretur in concreto, quia concretio-
 nis vocabula totam Christi personam designant vtraque natura constantem. Abstracta
 autem vocabula naturas ipsas seorsim et per se consideratas.

Justificatus Spiritu) Est adiunctio et νδεξις et velut superioris mysterii amplificatio,
 1655 quod in illa etiam vili natura, quam pro nobis assumpsit Christus (vt docet Paulus
 Philip.2.) eluxit, refulsit, et apparuit manifestissime etiam diuina Christi natura, quae hic
 Spiritus appellatur. Itaque conuenit hic locus cum Rom. cap.1: vers. 4. vbi vna quaedam
 species istius diuinae virtutis recensetur, nempe Resurrectio. Sic etiam 1. Pet.3.vers.18.
 vbi haec vis spiritus appellatur. Ergo iustificare est non iustum declarare et probum
 1660 virum: sed verissime ostendere et inconcussis argumentis, quaeque refelli non possunt,
 demonstrare aliquid, probare, et deprehendere, Sic Matth. 11.vers.19. Quae enim exacte
 perfecta sunt et exquisite siue ad amussim probata, dicuntur iustificata esse etiam apud nos
 Gallos. Vnde vulgo dicimus, Iustifier vn arrest de conte. Iustitia enim appellatur omnis
 exacta ratio, quae obseruata est in re aliqua demonstranda. Hoc Pauli dictum ostendit
 1665 potentiani enffernom pompis et apparatu quodam externo apparuisse: sed in spiritu, id
 est, in virtute diuina, miraculis, operibus, doctrina coelesti, et incomprehensibili ipsius
 erga homines efficacitate. Deinde tollit Paulus hac voce omnem illam haesitationem
 animi, quae potest inhaerere nobis, propter humilem Christi hominis statum, qui fuit
 seruilis, abiectus, et contemptus.

CAPVT III

[p.181]

1670 V'isus siue conspectus ab Angelis.) Haec est secunda pars, quae continet testimonium Angelorum de praecedenti mysterio. Auget autem haec circumstantia hoc miraculum, et Dei potentiam, quae in hoc fidei nostrae mysterio eluxit: quod non modo homines ad tantae rei dignitatem, id est, Christum hominem factum esse obstupuerunt: sed Angeli etiam ipsi illud idem videre gestierunt, et videntes delectati sunt, Deumque laudarunt, suntque admirati. Haec enim omnia complectitur haec Pauli sententia de Angelis, vt apparet ex 1675 Luc.2 vers.14. Viderunt igitur hoc Angeli, quasi rem sibi nouam et admirabilem. Etsi enim illi saluandum esse aliquando mundum sciebant, et Christum hominem futurum, et occidendum praedixerat etiam ipse Gabriel Angelus Danie.9, singula tamen mysteria, et Dei miracula, quae in hac incarnatione, passione, et resurrectione Christi facta sunt, 1680 et futura erant, ipsumque adeo modum, priusquam illa nerent, ignorabant. vnde Angelis ipsis admirabile fuit hoc tantum Dei opus, quod Euangelico tamen ministerio praedicatur, et dilucide explicatur. Hos autem Angelos testes hic produci huius tanti mysterii certum est, quo certior sit fides nostra, et augustior.

1685 Praedicatus est Gentibus) Tertia pars huius explicationis, et mysterii, in qua non minus summum Dei arcanum, quam in superioribus, continetur. Est autem manifestatio tanti mysterii facta hominibus, quae et ipsa plane est miraculosa. Nam facta est et excepta a Gentibus, quae erant antea prorsus infideles et a Deo omnino alienae.

Quarta vero pars nimirum de gloria Christi,

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.180]

1690 explicatur fere in articulo, Sedet ad dexteram Dei Patris quae cum sit ex Catechismis notissima, et ab aliis copiosissime explicata, maxime propter infoelices istas de Coena Domini controuersias, et de vbiquitate corporis Christi, idcirco nos eam hic omittimus. Studemus enim breuitati.

CAP. IIII.

SPIRITVS autem diserte dicit fore ut postertorions temporibus desciscant quidam a fide, spiritibus deceptoribus attendentes, ac doctrinis daemoniorum.

Transitio est, per quam a contrario superiorem doctrinam non tantum illustrat: sed etiam confirmat et commendat, ne verbi Dei praecones segnes sint in ea tuenda et conseruanda, cum aliquando futurum esse audiant, vt misere corrumpatur et labefactetur, pessimaeque superstitiones pro ea in Ecclesiam inducantur. Similis locus et admonitio fit a Paulo 5 Actor.2o. vers.29. a Ioanne 1. Epist.2.vers.19. a Petro 2. Epist.3.vers.3. et a Iuda Thaddaeo Apostolo, vt apparet ex ipsius Epist. vers.4. Neque eo magis terreri debemus: quod fit a pluribus ista admonitio: sed potius eo diligentius cauere nobis, et prospicere ne decipiamur: minusque offendamur oportet, cum huiusmodi haereses obrepunt, quas fore iam pridem spiritus Dei praedixerat.

10 Duo vero quaedam praecipue sunt hic obser

CAPVT . IIII.

[p.181]

uanda, 1 Quanti momenti sit haec praedictio. 2 Quid contineat. Magni enim esse momenti ex eo apparet, quod παντως, id est diserte et praecise a Dei spiritu praedicta fuit, et reuelata. Etsi enim omnium eorum, quae Paulus annuntiauit, Spiritus sanctus est author: hanc tamen tanquam specialem quandam prophetiam et admonitionem vtilem
 15 futuram Ecclesiae manifestauit, et obseruari voluit Spiritus sanctus. Quaeri vero potest, vbi hoc praedixerit Spiritus. Respond. Alium librum, et alium locum, quam hunc ipsum, non esse quaerendum. Satis enim est hanc fuisse prophetiam, quae Paulo et Ecclesiae reuelata fuerit. Nec enim fuit Paulus mendax: sed Dei propheta: et de his rebus, vti de aliis multis, Dei voluntatem compererat quemadmodum apparet ex 2. Tess.3.

20 Non posset fortasse prima fronte haec doctrina, quae hic a Paulo damnatur, vti Daemoniaca, et hypocrisis plena, tanti esse momenti videri, cum de cibis tantum agat, et matrimoniis. Respondeo tamen cum hac ratione verae sanctitatis definitio, et cultus Dei natura prorsus peruersa fuerit, et in meram non modo superstitionem, sed impietatem vel hypocrisin conuersa, merito detestandam et periculi plenam dici et damnari. Cum
 25 enim huiusmodi sententiae inter Christianos obtinent, iam rebus externis alligatur vera sanctitas. nimirum ciborum et coniugii continentiae. Deinde hac ratione censetur Deus melius coli. Demum hac fenestra semel patefacta certatim homines ex ingenii sui vanitate in θελοSonοκέας ruunt, et Deum ex sui animi commentis colunt: non autem amplius ex sacrosancto ipsius ver

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.104]

30 bo: quae res omnis impietatis proculdubio fons est ac origo Coloss.2.

Magnopere igitur huiusmodi doctrinae venenum nobis cauendum esse satis docent haec Pauli verba, per quae eam vocat, Defectionem a fide, DaeIomorumjuocerinan, vtretiaīn facobus 3.V.15. docet eam esse plenam hypocriseos, et Conscientiam cauterio infectam afferre.

35 Alterum caput huius disputationis rem ipsam explicat, et Causam huius doctrinae, et Tempus et Doctrinam ipsam siue illius dogmata. Causa vero huius doctrinae est multiplex, quaedam Superior, Spiritus deceptores, et quaedam inferior Defectio a fide, et Hypocrisis, malaque hominum, tum Docentium, tum Discentium conscientia. Vocat autem hic Paulus spiritus non homines quidem horum dogmatum et errorum praecones et
 40 ministros: sed Sathanam ipsum, et illius Angelos, quos postea Daemones nominat, quia illi sunt et flabella et authores verae doctrinae corrumpendae, ne homines ad salutem perueniant. Praeterea qui haec venena spargunt, etiam spiritum iactant, sed ille est spiritus vertiginis et erroris, cui Dominus ad puniendum nominis sui contemptum dat efficaciam. Hi igitur spiritus dicuntur πάντοι, id est, non tantum deceptores, sed etiam
 45 seductores, quia nos a recta via, cui iam insistebamus, et in qua iam incedebamus, deflectunt, id est, a verbo Dei abducunt, cui vni tanquam soli veritatis columnae est acquiescendum: quod plus est, quam nos adhuc veritatis ignaros decipere, et in errore confirmare.

Ex parte autem auditorum causa quoque no

CAPVT IIII.

[p.185]

50 tata est, nempe defectio a fide, et a sana doctrina. Doctores igitur appellat δαδολόγες: Eorum enim doctrina est falsa, et contraria vetae et sanae doctrine Discipulos autem vocat ποσάτας et homines leues, qui veritatem iam perceptam facile deserunt, qua sunt ingenii vanitate. Omnis ergo mali istius et ruinae fons et origo ex eo est, quod homines a verbo Dei desciscunt, et deficiunt ad vana animi sui figmenta scilicet, et ad impias suggestiones Sathanae, quibus attendunt. Dixit enim attendunt. Est autem attendere diligentem animi curam et operam ponere, et non perfunctorie vel leuiter aliquid degustare: quod statim deseras: sed magno studio et diligenti nosse, perquirere, et ediscere. Sunt autem homines nouarum rerum et blasphemarum audissimi natura: sed imprimis ii, qui huiusmodi doctrinae attendunt. Tempus quoque designauit Paulus, non quidem tempora omnium nouissima: sed tantum posteriora. Quod notandum est, vt eo magis intelligamus, vtrum istum Pauli dictum ad Papistas pertinere possit, de quo seq. versiculo agetur.

2 Per hypocrisin falsiloquorum, quorum conscientia cauterio resecta est.

65 E πεξεργασία, Operose enim et diligenter Paulus singula notat, quae in ipsis haere- seon authoribus sunt obseruanda, vt eae sint nobis magis detestabiles, et earum causae magis turpes et foedae appa reant. Itaque obseruanda sunt encomia, quae istius doctrinae authoribus hic a Paulo tribuntur. Tri buit igiturhis, Hypocrisin, et Conscientiam cau

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.104]

teriatam istis inquam, authoribus haere seon, quos δαδολόγος quoque appellat.

70 Hypocrisin hic quidam referunt ad eorum doctrinam, qui variis superstitionibus et caeremoniis verum Dei cultum corrumpunt. Hunc enim praetextum accipiunt haeretici et impostores homines, quo melius mendacia sua tegant, vt est Coloss.2. vers.23. nimirum quod augustiorem, sanctioremque Dei cultum inducere se iactent et cogitent. Itaque in eorum θελοθησκεία et superstitioso cultu apparet et humilitas, et abstinentia quaedam macerarióque corporis maior quam in reliquis hominibus. Et quanquam 75 pessima conscientia praediti sunt, neque sint ipsi sibi conscii se quod agunt, propter Dei gloriam agere: hunc tamen fucum et praetextum purioris et sanctioris Dei cultus, clamosissime obtendunt. Sic quidam vocem hanc explicant.

80 Alii hypocrisin ad impudentem potius audaciam, qua vtuntur, referunt, cum eo hominum genere nihil sit magis effrons et impudens. Id quod etiam docet Paul.2. Tim- oth.3. Mihi vero videtur Paulus hic tria complexus esse, nempe 1 Doctrinam ipsam. 2 Mores. 3 Internum affectum animi. Sanae, doctrinae opponitur tum quod supra dixit eam doctrinam Diabolicam esse: tum quod hoc loco vocat istos εώδολόγος, vel δαδολογίας: vt alii legere malunt hoc loco. Moribus sanctis opponit Paulus istorum hypocrisin, vti fere in scriptura opponi solet.

85 Interno animo affectui recto et pio, qualis in veris doctoribus inest, opponit Paulus conscientiam eam, quam cauterio notatam et infectam

CAPVT IIIR

[p.185]

vocat, id est, non sanam, et rectam. Haec autem docent haereticorum hoc loco descripto-
rum neque esse sanam doctrinam, neque sanctos mores neque rectum animi affectum in
suis illis commentis tradendis, quicquid illi tamen contra praetendant et praetexant, vel
90 persuadere conentur.

Cauteriatam vero conscientiam quam appellet Paulus varie etiam quaesitum est.
Alii enim interpretantur putrem, et morbidam: alii nullam, vt pote quae iam perdita
prorsus et excisa sit, vt sunt ea, que cauterio ambusta sunt: alii vexatam et perpetuo
Dei iudicio tanquam cauterio quodam s'irbatam fluctuantem, et afflictam, atque ipse
95 hanc postremam interpretationem sequor. Nam nulla non inest in iis conscientia, cū
eam cauteriatam esse dicat Paulus, non autem deperditam. Putris quidem est, id est,
male sana, sed quae sunt putria non sunt huiusmodi, vt nihil plane sentiant et omnino
emortua sint. Hic conscientiam explicat Paulus, quae assidue iudicio Dei voxetur et
torqueatur propter malum testimonium et hypocrisin, quam simulat, et propter finem
100 pessimum, propter quem istos errores propagat, cuius ipsa sibi testis ac conscia est, vt
quae sit ὑποκατακριτὸς vt idem Paul. loquitur Tit.3.vers.1o.

* Prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere a cibis, qous Deus
creauit ad participandum cum gratiarum actione, fidelibus, et iis qui cognouerunt veri-
tatem,

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.188]

Εξήγησις, Rem enim ipsam et doctrinam illam falsam iam explicat. Duas autem illius
species enumerat, nempe Ciborum prohibitionem, et Coningii, siue quod illae tun-
cipraecpue subnascerentur: siue quod primae. Certe ex iis duabus rebus superstitione
interdictis infinita postea aliarum superstitionum scaturigo et congeries vel genera sunt
nata, et 'inducta. Magno vero nostro bono explicatio harum haerescon et diabolicae
110 doctrinae a Paulo particularis addita est, ne vlli, ac ne haeretici quidem ipsi, generalem
illam falsae doctrinae descriptionem a Paulo propositam a se detorquere, et in alios
torquere poslent, essetque incertum, quinam hic designarentur a viritu laneto. Puius
autem promoitionis meminit Epiphan. in Collyridianis, vbi etiam tertium caput addit,
nempe Mortuorum adorationem siue eultum. Meminit etiam Socrat.libus 2. cap. 43.
115 Eusebus liber 5. Histor. Eccles.

Hic autem notandum est a Paulo non certas quasdam personas, sed doctrinam potius
ipsam notari, quae vel, In vniuersum, vel In parte Cibos et coniugia prohibet, atque in
earum rerum abstinentia cultum Dei et partem pietatis atque sanctitatis vitae nostrae
constituit. Id quod prorsus cum verbo Dei pugnat.

120 Ac plures sunt sectae, quae his Pauli verbis damnantur. Primū, quae in vniuersum
damnarunt ea quae hic commemorantur, et quae nobis concessa esse Deus voluit. Deinde,
quae non in totum, sed ex parte tantū haec ipsa prohibuerunt, de quibus et hic doctissime
Cal. et nos in liber Augu. de Haeres. ad Quodvultdeum diximus. Manichaei

CAPVT IIII.

[p.189]

igitur comprehenduntur, Encratitae, Cataphryges, Montanistae, qui omnes in hac parte
 125 Pythagoreorum delirio fascinati sunt. Sed et Priscillianistae quoque, vt ait Bernard. sermo.
 66. in Cant. Deinde Papistae ipsi, qui eadem ista tantum ex parte, non autem in totum,
 vt illi priores haeretici, damnarunt, quos hic notat Paulus: quanquam cibos omnes
 nemo vnquam prorsus et in totum prohibuit, propterea quod sine his vita haec corporis
 sustentari non potest. Sed ex cibis, alii negant concedi Christianis hominibus Carnes, vt
 130 Manichaei, alii vinum, vt Encratitae. Atque hae prohibitiones habent speciem magnae
 humilitatis et corporis macerationis: sed tamen cum sint *θελοθρησκείαι* et Dei cultus
 in illis statuatur, sunt diabolicae et in Deum ipsum blasphemiae superstitiones, quae sunt
 omnino ex Dei Ecclesia profligandae, vt docet Paulus Coloss2. et Tit.1. vbi de iisdem
 rebus agit. Ac de quadam ciborum differentia et distinctione, non ea quidem, quae postea
 135 ab haereticis et Papistis inuenta est, et de qua Paulus hic vaticinatur: sed quae ex Mosaica
 praeceptione defendebatur, vt apparet Leuitic. 20.V.25. et Deut. 14. iam tunc contentio
 et certamen erat in Dei Ecclesia, vt docet Paulus Rom.14. vers.3 1.Cor. lorrerliej, de
 epre de futuro super his rebus maiori errore, peste ac pernicie periculosiore fuerit
 operaepretium Ecclesiam moneri. Neque vero quod inter detestandos haereticos hic
 140 censetur, qui ciborum vsum prohibent, facit, vt ingluuies, crapula, luxus et intemperies
 probetur. Nam nec eo pertinet haec prohibitio ciborum vt sobrie non viuatur: sed vt ne in
 his rebus

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.186]

pars cultus Dei censeatur posita: nec quod addit Paulus, eos nobis a Deo concessos esse,
 aliter intelligendum est, quam vt iis, conseruata moderatione et temperantia Euangelica
 145 et Christiana, vtamur. Cauendum enim est, ne crapula et cibis grauentur corda nostra, vt
 docet Christus ipse Luc.21.vers.34. Sic hunc locum explicat quoque August. liber contra
 Adimantum Manich. cap. 14. Et aliud est prohibere cibos, aliud autem intenperantiorem
 eorum vsum damnare, quod etiam nos facimus ex Dei verbo.

Sed neque ieiunia quoque tolluntur et abrogantur, quorum vsus frequens fuit in
 150 Ecclesia Dei, atque vtinam inter nos esset frequentior et religiosior eorum observatio,
 cum ab Ecclesia ex iustis causis publice indicuntur. Aliud enim est cibos ex superstitione
 opinione damnare, et in eorum delectu et vsu regnum Dei collocare, quod facere vetat
 Paulus et hic et Rom. 14. vers.17. aliud autem iis ad tempus abstinere tantum ad
 conpuiendam carnis lasciuia, quae nimio pastu, tanquam ferox equus, superbit, et
 155 furit. Itaque ieiunia non damnantur hoc loco a Paulo. Sic August aduersus Manichaeos
 liber 6. contra Faustum cap.8, et 3o, cap.5. Sic Bernar. sermo. 66. in Cant. qui plane
 cum hoc loco conuenit, et huius loci Pauli interpretis est optimus.

Hanc autem esse haeresin, et diabolicam doctrinam variis argumentis et rationibus
 probat Paulus: sed imprimis a fine, propter quem cibi a Deo creati sunt. Duplex quidem
 160 erroris genus hic a Paulo propositum est, vnum de cibis: alterum de coniugio: tamen hoc
 primum solum persequitur,

C AAVTIIII.

[p.187]

et refutat : alterum praetermittit, quod hoc malum nondum vicinum esse praeuideret Paulus. Sed apertissime in Epist. ad Hebr. cap.13. vers.4 ref atatur, et iugulatur iste error de prohibitione coniugii. Etsi vero praecipuus confutationis locus a fine ducitur, alia tamen argumenta admiscuntur, quae singulis pene Pauli verbis comprehensa sunt. Haec autem optima erroris cuiusuis tollendi via, et ratio est, si ad Dei ordinationem et verbum nostras sententias et definitiones reuocemus. Quod ipsum m'unputatione de donafacit alibi Paulus 1. Corinth.11. Sed singula verba examinemus. Nam in iis varia latent argumenta, quemadmodum diximus.

Deus creauit) Locus refutationis a temeritate istorum hominum et a sacrilegii crimine. Nemo inrem alienam, et praesertim Dei, ius habet. At cibi sunt Dei creaturae, non istorum. Ergo Dei est, non horum, leges de cibis praescribere. Et qui aliter faciunt, ingerunt se in aliena quae ad eos non pertinent, de quibus nullum ius habent definiendi et statuendi, vt ait Paulus Coloss.2. vers.18. Est enim quisque rei tantum suae, non autem alienae legitimus moderator. Hinc sane refutantur varii haeretici, quorum alii vinum, alii carnes, alii aliud esse Diaboli, non autem Dei opus et creaturam pessime atque falsissime contendebant.

Ad participandum) Ait Paulus ις μετδ λητη. vox ις finem declarat. Μετάληδς vsum, more dicendi in quauis lingua vsitato, vt etiam in Odysseam Homeri annotat Didymus interpres antiquissimus, vt ex antecedenti consequens, et contra concludatur et intelligatur. Nec enim tantum a

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.192]

nobis cibos assumi posse vult, et concedit Deus, vt tractentur, spectentur, conseruentur: sed vt edantur, consumantur, et iis famem nostram subleuemus. Sunt enim cibi ex istarum rerum genere) quae vsu ipso consumuntur. Itaque in genere suo functionem, vt aiunt Iurisconsulti, recipiunt. Est autem hic locus ex praecipuis refutationis superioris erroris argumentis. Ducitur a fine, propter quem a Deo ipso illae res sunt conditae et creatae Ad eum enim sunt omnia referenda, nisi et Dei ordinationi resistere, et eius placitum euertere impie, at que impudenter velimus. Ergo cum Dominus hominem creasset, tamen noluit eum sibi Iuo aronttio en ercutario ipllus rapere ad victum quas vellet: sed ipse tanquam optimus paterfamilias quas et quantum vidit necessarias esse, illi concessit benignissime. Concessit autem eas, quas cibi nomine propter vsum appellamus.

Confirmatur autem hoc Pauli dictum Genes.1. vers.29.9. vers3. Matth.15.vers.11. et Actor.1o.V.13 Explicatur etiam a Fulgentio in liber de Fide ad Petrum cap. 42:

Dissimiles tamen loci quidam, qui solebant a Manichaeis huius erroris summis patronis afferri et a Papistis etiam regeruntur, sunt sane a nobis diluendi. Ac primùm Papistae excipiunt, cibos istos non ipsos per se suaeque substantiae ratione pollueredentes, sed propter Ecclesiae prohibitionem et auctoritatem, quae violatur a summentibus. Respondeo vero ipsam Ecclesiam id prohibere non posse. Neque enim in res alienas ius habet, neque conscientis nostris legem et iugum imponere potest, quod Dominus ipse non im-

CAPVT IIII.

soit. Itaque petunt illi principium, vt loquuntur, cùm volunt illam Ecclesiae prohibitionem de ciborum vsu et differentia firmam et legitimam esse. Quam quaestionem breuiùs tracto, quia ab infinitis nostro seculo, imprimis autem a D. D. Luthero, et Caluino explicata est.

205 Manichaei vero et Tatiani alios aliquot scripturae locos obiiciunt aduersus Paulum. Primùm Genes.1.vers.29. vbi nulla fit carnis mentio inter eos cibos, qui homini conceduntur a Deo: sed tantùm herbarum, olerum, et fructuum arboris. Ergo si ad primam Dei institutionem reuocemur, carne nos abstinere oportere aiunt. Resp. i uiramipooono lonmiuminquo concessionem, quae homini primùm a Deo facta est: sed eam, quae
210 postea, tanquam illius beneficii ampliatio quaedam, accessit, et extat Genes.9.vers.3 vbi carniū esus diserte conceditur, et exprimitur.

Secundo locum Pauli afferunt, ex 1. Corinthe 9. vers.7. vbi lactis tantùm, et eius esus meminit Paulus, non etiam carnis. Resp. Non excludere illam Pauli sententiam esum carnis, cuius ipse meminit, vti rei licitae etiam in eadem Epistola 8. vers.13. Nam
215 illic alia Pauli mens est et scopus, quam vt explicet vtrum homini Christiano carnem edere liceat, nec ne.

Tertio dicunt inter res ad victum humanum necessarias non recenseri carnes in Ecclesiastic, cap.39, vers.31, et 32. cùm tamen multa ciborum genera enumerentur. Respond. Quod illic praetermissum est, alibi additum esse. Neque ex eo libro regulam
220 fidei vitaeque instituendae petendam esse, cùm sit liber Apocryphus. Deniqs illic oepen

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.194]

Cque. ex specie vna reliqua ciborum genera intelligi oportere.

Cum gratiarum actione) Tertium argumentum

Quarto, docent Deum ipsum hanc ciborum differentiam instituisse maioris cuiusdam sanctitatis gratia: et olim carniū esu interdixisse populo suo. Deut. 22. Quae res
225 non est visa leuis momenti, cùm laudentur qui etiam mortem obire non recusarunt, ne vetitas a Deo carnes esitarent, vt apparet ex historia Macchabaeorum. Respond. Cùm adhuc sub paedagogia versaretur Dei populus, nec eius libertatis, quam per Christum adepti sumus, plenum vsum haberet (quo inter Christi nondum manifestati et manifestati tempora perspicuum discrimem appareret) Dominum voluisse quibusdam vmbris vitae
230 spiritualis sanctitatem, quam exigebat, illis repraesentare, quae illis quidem partim variis lotionibus: partim ista ciborum distinctione proposita fuit, tanquam rudioribus adhuc puerulis. Quae causa in nobis cessat, qui per Christi aduentum et gratiam ad legitimam Ecclesiae aetatem peruenimus, et pueri esse desiimus. Itaque haec causa fuit instituti istius delectus ciborum a Deo, nempe vt illis adhuc rudioribus esset vitae sanctioris
235 delineatio et significatio: non quod ciorprouibitripsi per se impuri essent, aut quod per fele ipn ciorconcessi puriores, cùm tota ea res carnalis fuerit (vt ait Scriptura) quae proprie animos non attingit, vt docetur in Epist. ad Hebraeos cap.9. vers. 1o. 7. vers. 16. Atque haec ipsa hodie firmissima est Papistarum ratio, quam a Manichaeis sumpserunt. ab haeticorum blasphemiam ductum. Est ea do

CAPVT IIII.

[p.195]

240 ctrina blasphema, quae Deum spoliatur suo honore, et ea gratiarum actione, quae propter summa ipsius in genus humanum beneficia illi debetur. At haec Deum isto honore priuat. Ergo, etc. Addit autem quibus maxime hic creaturarum vsus sit concessus a Deo, nimirum piis, qui eum nouerunt, et in eum credunt. Hic enim, nosse, non simplicem et historicam agnitionem significat: sed Corurinnurent de cum ami naucia coniunctam, per quam in Deum homines acquiescunt vera animi fiducia et πληροσφορία. Similis locus Romanor.4.vers.13.

245 Dissimilis locus Matth.5. vers.45. et Psal.17.y. 14. vbi dicuntur etiam infideles a Deo impleri ipsius thesauris. Respond. Dantur quidem a Deo terrena bona etiam infidelibus hominibus: sed in eorum exitium, et perniciem, quo magis reddantur inexcusabiles. Itaque non tam iis vtuntur, quam abutuntur: neque tam vsus abiis fit, quam depraeditio quaedam, quoniam Deum dantem spernunt, in cuius contumeliam et contemptum nta dona lumunt et coniumunt, quem non agnoscunt eorum autorem.

4 Nam quicquid creauit Deus, bonum est, nec quicquam reiiciendum est, si cum gratiarum actione sumatur.

255 Est hic locus canon, et quidem generalis, ac maxime necessarius. Iis omnibus nimirum vti nobis licere, quae in nostrum commodum creauit Dominus, modo cum gratiarum actione illa sumamus. Ex quo colligitur, 1 ad eum finem

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.196]

rebus creatis vtendum ad quem a Deo conditae sunt. 2 Non modo Deo gratias agendas, postquam iis rebus vsi sumus: sed etiam Deum inuocandum, vt vti liceat, cum ex eius manu sint eae res sumendae: cuius proprie sunt, vt apparet ex oratione Dominica.καλὸν vero non refertur hoc loco ad mores honestos: sed ad vsum, qui a nobis Dei nomen inuocantibus recte fieri et salua conscientia potest. Alias enim perinde, atque fures dannaremur etiam ex minutulae cuiusuis rei vsu: et merito quidem, quasi rem alienam contrectantes: nisi Dominus ipse nobis eam in vsum concederet, eamque commoditatem ex rebus a se creatis permetteret. Bonitas item ciborum hic non pertinet ad valetudinem et sanitatem corporis, nec ad salubritatem ipsorum ciborum. Neque enim hic medicum agit 265 Paulus, sed Theologum et Apostolum: ne quis forte obiiciat sibi aliquos cibos non esse salubres, dum iis vtitur. Atque propterea hunc Pauli locum calumniatur, quia generaliter dicit Paulus δὲν πὸβλντον, id est, nihil esse reiiciendum ex iis, quae Dominus in vsum et cibum hominum creauit. Quid enim liceat conscientiae nostrae ratione spectat Paulus, non autem quid conferat stomacho nostro, vel valetudini corporis.

270 Hic tamen et inferiori versiculo duplicem ciborum bonitatem proponere videtur, Vnam, quae ex Ipsorum substantia: et Alteram, quae ex vsu nostro consideranda et aestimanda nobis est. Quod ad primam: illa nobis testata est Genes. cap.1. Quaecunque enim condidit Deus, illa substantiae, in qua sunt creata, ratione bona sunt, vt Dominus ipse,

CAPVT IIII.

[p.1]

275 pronuntiauit. Nec obstat quod quaedam ex iis sunt nobis venena. Respondeo enim non idcirco mala esse. Malum enim, quod bonitati rerum creaturarum opponitur, non est vsus noxius (nam arbore scientiae boni et mali impune vti non licuit Adamo) sed est malum hoc loco qualitas interna quae peccatum in nobis producit: et Dei ordinationi contraria est, nobisque propterea noxia, et detestanda. Deinde quae creaturae sunt nobis

280 venena, illae non sunt nobis in cibum a Deo destinatae. Denique hoc ipsum vitium, quod rebus creatis nunc inest et superuenit, non ex ipsa Dei creatione, sed ex peccato hominis accessit. Distinguendum autem est vitium et accidens a rei natura et substantia, vt docet Augustinus in articulis contra Felicem Manichaeum cap.8.9. et in liber de Fide ad Petr. cap.42.

285 Si cum gratiarum) Altera bonitas ciborum ex vsu ipso, et nostri ratione bonitas appellanda. Vsus autem hic certis legibus a Paulo circumscribitur est, vt a profanorum mensis piorum hominum conuiuia et victus separetur. Cur autem has leges addat Paulus, ratio est, quod pro concessio sumit, Nihil nobis, tanquam a nobis ipsis, in Dei creaturis iuris esse vel licere, sed id tantum, quod Deus, qui est earum Dominus, quantumque

290 concessit, et largitur. Ergo si, vel alio Modo, vel fine, illis vtamur, sane peccamus. Quoad modum autem, Dominus non vult nos immoderate suis rebus et donis vti, quia hic plane abusus est, non vsus: atque ipsius dona non sunt spernenda, aut contemptim habenda, quod ii faciunt, qui per crapulam et gulam sese ingurgitant, sed magni sunt ae

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.Io]

stimanda. Quoad finem vero, ideo sumi vult, tanquam a luu iplruo manunoo cidos

295 sumamus, ve ipse eorum author agnoscatur et laudetur.

Similis locus Psal. 16. et Psal. 50. Huius autem totius reirationem reddit lequeti versiculo Paufus.

5 Sanctificatur enim per verbum Dei et preces

A'ιτηλογία est ducta a causa instrumentali (quae refertur ad genus causarum efficien-
tium) per quam ciborum vsus fit nobis purus, sanctus, et legitimus. conscientiae nostrae

300 ratione. Ergo sanctificatio hoc loco opponitur non tantum profanationi ciborum: sed etiam malae conscientiae, et ei vsui, qui nobis in exitium et condemnationem apud Deum cedit. Sanctificatur cibus cum eum salua conscientia sumimus, et eo vtimur, quia nobis Dominus ipse eum largitur ad finem huiusmodi. Neque vero sic sanctificari cibus dicitur, quemadmodum homo. Nam qui a spiritu Dei sanctificatur homo, is immutatur, et nouam

305 tanquam naturam induit. At qui cibus sanctificatur in nostrum vsum, totam integramque naturam suam retinet, fit tamen Deo gratus ex eo, quod Deus nostra inuocatione illius author esse a nobis agnoscitur et praedicatur. Ex hoc autem loco perperam explicato natae sunt magicae illae ciborum, velut ouorum, vini, pernarum, aquae execrationes et incantationes, quas Pontificii faciunt, quosque D. Martinus Chemnitius prolixè in

310 Examinis Trident. concilii postrema parte persequitur et refutat doctissime. Duplex autem huius cibi san

CAPVT IIII

[p.19]

ctificandi ratio proponitur, verbum Dei, et Precatio. Verbum Dei, quia tum demum sana conscientia sumimus hos cibos, cū per Dei verbum intelligimus eos nobis in esum concessos et datos esse. Itaque hoc Dei verbum fide a nobis apprehendi prius debet, quam hic cibus sanctificari possit. Cur autem ad Dei sermonem sit nobis recurrendum, ratio est, quod per Adamum omne ius illud, quod prius in Dei creaturas, et mundum hunc habuimus, perdidimus. Quod nobis restitutum esse nomnisi ex Dei verbo fide apprehenso possumus agnoscere. Hanc fidem sequitur precatio nostra, quae a Deo petit, quod est ipse mera lūu belignitate pomeltus, et agnoscit eum tantorum bonorum authorem esse. Atque tunc demum nostrum esse et a Deo nobis donatum, quod apponitur, intelligimus, vt sine animi scrupulo vtamur.

Haec autem sanctificatio communis mensae differt ab ea, quae fit in mystica Coena Domini, vt praeclare docet hoc loco Caluinus.

Quaerit Chrysostom. de deliciis ciborum, vtrum iis ver niecat homini Christiano. Respond. vero cū nobis profusa liberalitate sua dona largitus sit Dominus, nec vnus tantū generis cibos in vsum nostrum creauerit, posse nos cum gratiarum actione, etiam cibus lautioribus vtī. neque tantū vulgaribus, modo omnis luxus, ingluuies, intemperantia, et crapula absit.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.200]

bus fidei, bonaeque doctrinae, quam assectatus es.

Παράκλησις et exhortatio, per quam quae de pastoris officio et vera doctrina contra haereses tuenda in vniuersum dixit, applicat ad Timoth. Sic enim nobis agendum est, vt quae sunt nostri muneris diligenter perpendamus, et ex iis intelligamus, vtrum fungamur officio. Duo vero praecipit Paulus I. vt superiorem doctrinam Timot. suggerat, 2 vt fratribus ipsis. Suggestere (inquit Chrysostomus) est frequenter proponere. Vti enim cibus quotidie ad pastum corporis egemus: sic Dei verbo et sana doctrina ad pabulum animi, vt semel sanam doctrinam proposuisse non fit fati: neque odiola censi debeat huius doctrinae tam necessariae et salutaris repetitio, vt est 2. Pet. I. vers. 12. et 3. vers. 1. cū Sathanae impetus in oppugnanda Dei doctrina nunquam fatiscat et conquiescat.

Dixit autem Paulus ποτιθέμενος i. subiiciens, vel suggerens non autem imperans, vt obseruat hoc loco Chrys. quod distincta sit muneris et ministerii Ecclesiastici ratio a ciuili imperio. Magistratus imperat: denuntiat autem tantū. Minister verbi Dei. Quae tamen denuntiatio habet coniuncta Dei iudicia et minas, si non illi pareatur, longe omni poena corporali formidabiliores et tetriores. Paulus tamen 2. Thess. 3. vers. 12. vtrunque coniunxit et imperium et obsecrationem, quia Domini ipsius nomine agunt Ministri Euangelici: non autem suo et priuato.

Ronus erus minister) Duplex exhortationis locus

CAPVT IIII.

[p.201]

nimirum tum ab officii ratione, tum a prima Timothei vitae institutione. Ergo vtrunque nobis sedulo cogitandum est, et quid munus, in quo versemur, requirat: et quid susceptae vitae ratio et institutio. Vtrunque enim est nostrae Vocationis a Deo factae certissimum testimonium,

350 Quatenus igitur Minister munus sulim considerat tria haec spectare debet, vt sit Minister vt Iesu Christi, vt Bonus siue fidelis. Quae his tribus opponuntur, nempe Ministris Otiosis, Humanae doctrinae, et Infidelibus. Hi vero sunt, qui vel Seipsos, id est, suam gloriam, vel quaestum suum quaerunt. Ergo sana doctrina a fidis, Ministris verbi Dei proponenda est: non autem inanes, non futes, et subiles quidem, sed futes
355 quaedam quaestiones, quae neque nostras conscientias aedificant: neque Dei gloriam, salutisque doctrinam vllo modo explicant vel illustant.

Quod autem addit, snnutritus sermonibus fidei. etc, magnam vim et pondus exhortationi addit. Est enim prima educatio tanquam tacitum futurae vocationis indicium a Deo demonstratum.

360 Denique turpe est illa talenta, quae Deus in nos contulit, vel omnino perdere, vel infructuosa habere, vt docet Christus Matth. Vtutur autem his verbis Paulus, ex quibus intelligitur, seriam prius operam Timotheum nauasse in sacris literis, et doctrina fidei Euangelica. Id quod apparet etiam ex 2.Timoth.1. vers.5. sup.cap.1. vers.18. Ex hoc autem loco quaeri duo possunt 1. Vtrum eos solos in ministerium Euangelicum eligi
365 oporteat, qui a primis et teneris annis sacris sçriturie sunt innutriti et eas consecrati: an etiam alii

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.202]

possint. Respond. Deum quidem in quem vult dona sua conferre. Itaque eum nobis eligendum esse, cui maiores dotes et χάρισματa De? ipse dederit. Tamen longe tutius esse, vt, nisi magna aliqua causa subsit, ii potissimum eligantur, qui diutius nii iueru
370 beripture lectione versati sunt, et a teneris annis sanam Domini doctrinam tum didicerunt, tum etiam professi sunt.

Secundo quaeritur, An a suscepta semel professione Euangelici ministerii abduci et reuocari homines pastores possint. Vult enim Paulus Timotheum in ea cognitione et arte perseuerare, quam semel assectatus est. Deinde damnantur et Demas et Marcus, qui
375 Paulum deseruerant, et fuscceptam semel ministerii vicariam delegationem reliquerant, mutato vitae genere ac instituto. Res. Deum nullum huiusmodi tam arctum et strictum vinculum inter pastorem et gregem instituisse, vt nunquam solui possit. Saepe enim ex multis, et iis quidem iustis, causis liberantur pastores, et habent a suo susceptoque munere legitimam missionem. Id tamen, nisi ex iusta causa fiat, proculdubio in temeritatis et
380 eius quidem turpissimae non tantum suspicionem, sed etiam criminationem merito incidit, qui consilium suscepti semel ministerii mutauit et deserit. Et quod Demas, et Marcus damnantur, ex eo est, quod seculum Deo praetulerant: non tamen propterea excommunicantur, aut eiciuntur ex Ecclesia a Paulo, etsi nulla fuit deserendi ministerii iusta, quae ab iis praetenderetur causa. Et quod ait Bernard.epistola 87. Aut ergo oportuit
385 te gregem dominicum minime seruandum suscipere: aut susceptum nequaquam relin

CAPVT IIII.

[p.203]

quere iuxta illud Alligatus es vxori, noli quaerere solutionem. Primum falsa similitudine nititur coniugii, et vinculi pastoralis: deinde nec eum ipsum Ogerium, qui gregem suum deseruerat, dannat, tanquam qui sit ab Ecclesia expellendus, sed qui sui facti et temeritatis poenitere debeat, non de eo gloriari. Et sane in eo falluntur homines, qui
 390 non putant magis licere pastori Ecclesiastico ministerii professionem semel susceptam mutare, quam maritato coniugem non adulteram dimittere. Etsi sine ratione ista vitae mutatio fieri non debet.

Caterum profanas et aniles fabulas reiice: sed exerce teipsum ad pietatem.

ντίθεσις. Sanae enim et superiori doctrinae opponit Paulus fabulas, quas Prophanas, et Aniles vocat. Fabularum nomine intelligit tum superius damnatam de prohibitione ciborum doctrinam: tum etiam reliquas, quae in rebus externis cultum Dei constituunt
 395 Prophanas voca, quod sint blasphemiae. Aniles autem, quod sint nihili. Est autem hoc postremum dictum ex forma quadam vulgaris prouerbii sumptum, quia solent anus mulieres fabulas et fictitia quaedam commemorare lubentiùs, quod propter aetatem multa sibi tribuunt: atque sunt natura verbosae. Has tamen fabulas Chrysost. refert non
 400 ad superiorem doctrinam, sed ad Iudaicas traditiones, et caeremonias: sed perperam, vt quilibet facile animaduertere potest.

Sed exerce teipsum) Transitio est, per quam ad alteram ministerii et muneris Euan- gelici parte acce

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.204]

dit Paul. Est autem haec altera pars Pia, et religiosa vita. Neque enim pastores tantum sanam doctrinam tradere debent, sed etiam vitae suae honesto exemplo eam confirmare,
 405 et caeteris praelucere. Quemadmodum et Christus ipse Matt.5.V.13. et Petrus 1. Pet. 3.V.2.3. docent. Ratio igitur huius additionis duplex est. Prima, quod Ministri verbi Dei caeterorum comparatione esse debent lux mundi, et lucidum exemplar sanctae vitae non tantum fidelibus, sed etiam ipsis infidelibus, vt docet inf.v. Paul.12. et Tit.2.v.7.
 410 Secunda vero, quod doctrinae suae fidem illi derogant, qui sunt turpis, et inhonestae vitae pastores. Si quis enim docet non esse furandum et ipse furetur, eleuat suae praeceptioni vim et auctoritatem, quemadmodum ait Paul. Rom. 2. Contra vero ipsa suae doctrinae praxi et praestatione constanti caeteros in ea doctrina confirmat Caeliuom igitur nobis est, ne praedicantes aliis ipsi reprobemur, nobisque vere obiiciatur illud, quod Christus
 415 Pharisaeis, Dicunt, sed non faciunt 1.Corinth.9.v.27. Matt.23.vers.3. Pulchra igitur est harmonia recte docentis et sancte viuientis Ministri verbi Dei.

Similis huic locus est 2. Timoth. 2.vers.15.Tit. 2.vers.7.

Dissimiles vero loci afferri videntur posse. Primum dictum Christi Math. 23. vers.1. Etsi enim erant Pharisaei moribus impuris, eorum tamen sanam doctrinam sequendam
 420 et retinendam esse docet Christus. Respond. Gregis quidem ratione illa Christi sententia vera est, eorum nempe pastorum doctrinam esse amplectendam: qui a veritate non discedunt. Sed tamen illi ipsi si male

CAPVT IIII.

[p.205]

vixerint, eo grauius sunt damnandi, quod eos, quos verbis aedificare student, vitae turpissimae exemplo perdunt. Postea vero aduersus hunc locum obiicitur illa Christi sententia, Martha sollicita est circa plurima Luc. 1o. vers. 41. Ex qua vitam contemplatiuam Actiuae, quam vocant, et quam hac voce, γύμναζε, significasse videtur Paulus, praeferri colligunt. Respond. Nihil illum locum cum hoc Pauli habere commune. Alia enim plane Christi mens est illic, quam vt piae et actiuae, quam vocant, vitae studium restringere in nobis conetur Christus: quod actiuae vitae genus hic procul dubio etiam Paulus commendat: at que vanae et Monachicae hominum speculationi. i. vitae contenplatiuae postponit, quicquid de loco illo Lucae Monachi imperiti sentiant.

Ait γύμναζε Exerce) Qua voce duo demonstrat Paulus, 1 Continuum vitae nostrae studium et exercitium in eo esse debere, vt sancte, et pie, et religiose viuamus. Is enim est finis, propter quem salutaris illa Dei gratia per Christum apparuit. 2 Vt intelligamus quam natura inepti et indociles ad huiusmodi opus simus, ad quod nos idcirco formari longa et perpetua exercitatione, cura, meditatione, et vigilantia necesse est. Atque ad illud non nascimur apti. Nam ad male agendum non est nobis vlla exercitatione opus, cum sponte in illam partem propendamus et procliues simus. Denique ex hoc loco verum esse intelligitur, quod ait Bernardus epist. 201. Pastoris officium esse, vt pascat gregem suum verbo: pascat exemplo, pascat et sanctarum fructu orationum. Nam vocis virtus est opus, et operi et

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.206]

Pietatem) Non tantum doctrinam ipsam de side complectitur hoc loco vox σεθέας: sed ipsius doctrinae praestationem et praxin, quae in vita, conuersatione, charitate, cultu Dei, caetePirque frilibus ais reuus ponta est, vt Paulus ipse inf.vers.12. interpretatur. Id quod ex sequentis versiculi ντεθέσει manifestissime apparet.

Ex hoc loco facile colligi potest, Christianae Theologiae cognitionisque veri Dei verum finem non in mera contemplatione et θαρεία constitui a Paulo: sed in vita et actione ipsa, per quam tales efficimur, quales nos esse oportere doctrina ipsa iubet, atque ipso Christianorum nomine profiteamur. Vnde fit, vt omnino Monachismus ille Papisticus subruatur, qui Christianae religionis professionem in nuda rerum contemplatione, et doctrinae meditatione collocat et deffinit, si modo veram Christi doctrinam haberent tamen.

8 Nam corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis: at pietas ad omnia vtilis est, vt quae promissionem habeat vitae praesentis ac futurae.

T. ποφορᾶ est. Occurrit enim tacitae obiectioni, quae ex corrupto iam hominum iudicio fieri potuit: vel quam in posterum fieri debere sanctus Apostolus et spiritu prophetico plenus iam tum praeuidit. Cum ergo mirum in modum semper homines ad externas illas actiones quae speciem pietatis prae se ferre videntur, stupeant, mirum etat Paulum vnus tantum pietatis meminisse, in

CAPVT IIII.

[p.209]

qua nos exerceri, et operam ponere vellet: non etiam externarum vllarum caeremoniarum, quas tantopere homines tamen laudant et admirantur. Respond. Paulus, illam vnam pietatem vtilem esse tum in sese, tum aliarum exercitationum et operum, quae homines consecantur, ratione et comparatione.

Apparet vero tum ex hoc loco, tum etiam ex epistola ad Coloss2. iam aetate Pauli plus satis externa illi vitae rationi et austeritati homines etiam, qui Christum profitebantur, tribuisse, illique addictos fuisse. Quod ex eo profectum videri potest, primùm quod fermentum illud Pharisaeorum, quod tamen toties Christus reprehenderat, iam inualuerat apud plerosque, quemadmodum ex quorundam animis falsa illa de rituum Papisticorum, et habitus monachalis sanctitate persuasio euelli hodie non potest. Deinde haec haereseun et superstitionum semina, quae postea creuerunt, et Papismum et Monachismum penitus, vti foetus infelicissimos, pepererunt, a Sathana iaciebantur, et serebantur in animis Christianorum hominum, id est, mysterium iniquitatis iam agebatur vt docet Paulus 2. Thess.2. Denique quod humanum ingenium vti suapte natura vanum est ita vanarum rerum amans est et auidum, quales sunt omnes illae externae cultus Dei vel vitae sanctitatis species. Itaque mature tantae huic verae fidei et religionis pesti occurrere voluit Dei spiritus: sed propterea tamen non est excisa tanti, tamque noxii mali radix: sed statim in Ecclesia pullulauit, primùm per Nicolaitas, et Ebionaeos: deinde per Gnosticos, denique per Mona

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.208]

chos, per quos tandem vis et autoritas huius tam lacrolanetr t'auī praecepti, non tantùm elusa, sed abrogata et prorsus antiquata est.

Quaesitum autem est, Quid corporalis exercitationis nomine complectatur Paulus. Putat Chrysostom. corporis agitarionem, quae sanitati conferat, significari, qualis est venario, ludus, fossio, aut quae exercitamenta iubentur a Medicis ad superfluos corporis humores consumendos fieri. Rationem addit ille, quod corporis exercitationem cum ea, quae animi est, et spiritualis, confert, vt hanc vtilem: illam nullius momenti homini Christiano esse doceat. falsa est haec in terpretatio. Nam non agit medicum Paulus, sed Theologum: Et vt supra cū de cibis agebat, de iis eatenus disputauit, quatenus ad conscientiae tranquillitatem pertinere censebantur, non autem ad corporis valetudinem: sic hoc loco de exercitatione corporis disserens eam intelligit, in qua cultus Dei et nostrae sanctitatis pars quaedam constituitur, quoniam in rebus externis eam homines collocabant.

Est igitur exercitatio ista, de qua nunc agit Paulus, alia, quam censet Chrysostomus, et est ea, per quam carnis mortificatio, vitae sanctitas, et externa quaedam pietatis cultusque Dei professio demonstrari videtur inter homines, qualis quae in ieiuniis et afflictione magna corporis versatur. Haec tamen dicitur per contemptum σωμᾶτικῇ, ne per eam animus vere reformari censeatur. aut quisquam reipsa propterea religiosior sapienriorque fieri iudicetur: cū tota vis et effectus istarum rerum circa corporis tantū maceratio

CAPVT IIII.

[p.209]

Sed et σωματικῇ quoque nominatur a subiecto. Est enim corpus, quod his modis atteritur, affligitur, et has externas actiones agit: quanquam ratione finis, quem spectant qui haec taedia perferunt, dici quoque potest haec exercitatio spiritualis, quod spiritualis vitæ gratia fit.

500 Haec igitur omnia externa sibi imponunt homines, et quae vocantur nunc regulae ordinis suscepti et professi, eas appellarunt Patres Ἀσκηστικῶν. Vnde veteres Monachi et Μονάζοντες et Ἀσκηταὶ dicti sunt: Paulus autem nominat γυμνασίαν, quod Ἀσκηστικῶν magis quiddam spirituale significare videtur: yuncu vero quandani tantum corporis vexationem ac agitationem, quae non tam commendat monasticum statum, 505 quam illi commendatum esse inter homines voluerunt. Sed praestabat vocem Spiritus sancti retinere.

Iuris autem exterminis rebus praescriptis observandis versatur tota Monachismi essentia, quam vocant. Nam in tribus hisce potissimum posita dicitur, in voto Obedientiae, Paupertatis, et Continentiae, tum matrimonii, tum certorum quorundam ciborum.

510 Sed et illud quoque notandum est, Paulum hic non loqui de superstitiosa earum rerum obseruatione, qualis fit in Papatu, et praesertim a Monachis (eam enim prorsus damnasset Paulus, est enim superstitiosa, cum pars salutis nostrae aliqua in iis rebus statuitur ut fit a Monachis) sed de rerum indifferentium discrimine constituto, et in iis obseruatione quadam carnis conterendae gratia, ad tempus indicta, qualis a piis viris pro

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.210]

515 raria rerum, temporum, locorum, circumstantia fieri et suscipi potest.

Hanc tamen totam vitae rationem et obseruationem, etiam ad tempus factam, dicit Paulus esse minimi momenti. At qui Monachi in iis ipsis rebus vitam Angelicam sitam esse volunt, et proram et puppim salutis et sanctitatis collocant.

Neque tamen prorsus tales exercitationes damnat Paulus. Inter eas enim est ieiunium, 520 et huiusmodi seruitus et maceratio corporis, qualem se etiam obseruasse ad carnem subigendam scribit ipse I. Corinth.9. vers.27. et Psal.35.vers.13. Similis locus est Matth.9. vers.14, et 15.vers.2. Romano.14 vers.17.1. Corinth.7.vers.5. Dissimilis autem, primum, quia ait Paulus Ephes.5.v.29. fouendam esse carnem: at qui istas rigidas exercitationes obseruat, vexat sese, suumque corpus. Ergo videtur inhumanus 525 et saeuus, ut hae non tantum parum viles dici debeant, sed sint prorsus damnandae. Respond. Cum moderatione istas esse a nobis suscipiendas, et ad tempus tantum: non autem cum superstitione, vel in perpetuum, ut docet Paulus I. Corinth.7.vers.5. Nam omnes illae austerae, et seuerae Monachorum regulae, ut iis etiam cum periculo vitae et valetudinis dectimento obseruatae, fuerunt superstitiones merae et Diaboli praestigiae, 530 qualia quaterduana ieiunia, perpetuae humi cubationes, stationes continuae, ut sibi sedere non permitterent: et reliquae huiusmodi saeuae praeceptiones vel potius crudelitates in ipsam humanam naturam. Obstat etiam quod ait Paulus Rom.14. vers.17

Regnum Dei non esse in esca et in potu. Ergo frustra

CAPVT IIII.

[p.211]

535 stra suscipiuntur ista vel ad breuissimum tempus. Respond. Cùm ista sine causa et temere fiunt, frustra reuera suscipi a nobis. Cùm autem ad carnem lasciuientem domandam, vel vt paratiores promptioresque ad Deum precandum simus, non frustra: quanquam in iis rebus tamen regnum Dei nion est politum, sed in vera fide, regeneratione, spe, et obsequio eo, quod mandatis Dei praestatur.

540 Pietas autem adomnia) Α'ντίθεβις est, ex qua superior sententia illustratur. Pietatem autem vocat verum Dei cultum, qui ei ex ipsius verbo exhibetur. Primum autem hic fidem continet, deinde charitatem: deinde cordis sanctitatem et puritatem, quae externis actionibus se patefacit. Haec vna res vtilissima est, et inf. cap̄. vers.6. magnus quaestus appellatur. Caeterum exemplo Christi, qui nihil praeter caeterorum hominum morem habuit: et Ioannis Baptistae, qui istas exercitationes retinuit, nec propterea tamen Christo
545 melior fuit, aut sanctior: imo vero nec cum eo vlla in re conferendus, hoc Pauli dictum perspicue confirmatur. Fuit enim sanctior illa Christi vita communis, quam austera et rigida vita, quam tenuit Ioannes.

Huius autem suae definitionis et laudis de pietate argumentum Paulus profert ab effectu, vel signo, quod pietas vera sine his exercitationibus habet promissiones, nimirum
550 vitae, tum Praesentis, tum futurae. Magna certe laus verae religionis. Sed cur vitae praesentis promissiones habeat pietas, ratio est, quod Deus est suorum in vniuersum et per omne tempus Pater et ουτῆς, non tantùm

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.212]

post hanc vitam: sed etiam in hac ipsa vita. Bern sermo.4. in Psal. Qui habitat. Credo in his scapulis geminam Dei promissionem intelligendam, vitae scilicet eius, quae nunc
555 est: pariter et futurae. Si enim solum promitteret regnum, et in itinere deesset viaticum, omnino conquererentur homines et responderent: Magnum quidem est, quod promittitur, sed illuc perueniendi facultas nulla daturt vnde omnem excusationem Deus ademit. Deus igitur iam se eorum Deum ex hac vita esse ostendit, et iis benefacit Psal. 36. Incipit enim Dei promissio impleri in iis, etiam in hac vita.

560 Obstat quod fides res spirituales, et eas etiam absentes spectat, non autem praesentes. Neque proprie corpus: sed potius beat et spectat animum. Bona enim spiritualia pollicetur Deus potius, quam temporalia Hebr.11. vers.1. Respond. Bonorum quidem iprastianum promissionem potissimum et praecipue habent et spectant fides et pietas: sed tamen etiam de suis curam habet in hoc mundo Deus, et illis bona terrena, quantum latis esse
565 peripiere jrargitut. Nam ea a se peti et vult et praecipit in oratione Domimca.

Sunt autem quaecunque a Deo pii obtinemus ex mera ipsius bonitate, et ea gratuita, non ex melito: ilde bona terrena, siue coelestia spectentur, vt docet perspicue hic locus, qui ea omnia Dei promissiones appellat.

Admonet hic locus, vt de Monachis aliquid dicamus, quia hi Α'σκητὰι primum sunt
570 appellati: veluti a Philone Iudaeo, si modo de Monachis Christianis potius, quam de Essaenis et Iudaeorum Monachis agit Philo: deinde a Basilio, et aliis, qui e

CAPVT IIII.

[p.213]

tiam Monasticas regulas Irc umpor homine inscripserunt.

Μονάζοντες et Μοναχοι appellati sunt, quod vitae solitariae genus elegissent, qui hoc modo viuere instituissent. Μοναχὸν autem putant Canonistae ex can. Placuit S
 575 Agnoscat 16. quaest.1. dictum composita voce, πὸ το μόνον et χος. Quae sane vera est hoc tempore Monachorum etymologia. Sunt enim illi re vera vnica pestis mundi, vt et ex veteri quoque Epigrammate iam pridem intelligebamus. Sed falluntur et Papae et Papistae et Monachi in nominis sui etymo. Est enim syllaba xos πενθέ Cς tantum, ad vocem μόνος, a qua fit deriuatio vocis huius, Μοναχός. Vnde et Μοναχ et Μοναχο
 580 et Μοναχς vocabula Graecis scriptoribus etiam ante monachorum exortum defunctis vsitatissima. Basil de Trinitate agens quanque personam Μοναχς κφωνε ςς, id est seorsim pronuntiari dixit. Latine ipn se'Acengioros vocarunt, quan renquus populus Christianus sit irreligiosus. Item et Canonicos quoque et Regulares, et aliis nominibus ad sui commendationem. Sed et Mandritae etiam sunt appellati a cauernis, quas isti
 585 Troglodytae subibant, et vbi latebant.

Monachus quid sit nondum perspicuede finiri potuit, etsi variae a variis descriptiones tentatae sunt. Neque enim ex vestitu et professionis vestimento definiri potest, quia, vt vulgo dicitur, vestitus non facit Monachum: et tale est monstrum Monachus, vt vna forma non constet. Tandem definitum est, esse eum Monachum, qui haec tria vota solenniter
 590 suscepisset seruanda, Paupertatem Continentiam coniugii, et Obedientiam vni cui

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.214]

dam certo praeposito, et in eadem vitae regula degenti.

Viuenti quidem instituta et regulas posse esse in quoque ordine Monachorum diuersas, haec tamen tria vota esse ipsius vitae Monasticae essentialia, et ab ea semper indiuisa. Quod Thomas Aquinas in 2 22 et in opere Contra impugnant. Religion. prolixè docet. Nam qui definiunt Monachum esse militem Christi: vel agricolam terrae: vel Angelicum hominem, non modo rem non explicant: sed quod experientia huius aetatis demonstrat, mentiuntur, cum nullus hodie Monachus sit huiusmodi. Vtcunque maxime superstitiosum vitae genus est, et a Turcis etiam hodie in blasphema ipsorum doctrina semper retentum, quia fuco faciendo hoc genus hominum est aptissimum. A Iudaeorum
 600 Essonis, vt multi existimant, primum introductum fuit, et institutum: et inde postea ad Christianos translatus a superstitiosis hominibus primùm Ægyptiis, deinde Syriis: postea Asiaticis, demum Graecis et Europaeis, ne vlla pars orbis tanti mali expertus esset, et immunis. Certe post Christum natum Anno 300. maxime in Ægypto commendari coepit. Fuit enim ea regio, vti Arrianismi, et Meletiasmi, maximarum nerescom: ita etia
 605 Monachismi satrix et ferax aut siue propter solitudines, quas hoc hominum genus ferum prorsus et agreste captat: siue propter innatam illi genti superstitionem praeter caeteras mundi nationes. In occidente hoc hominum genus fuit posterius et notum et receptum, et demum sub Vitaliano Pontifice Roman. coeperunt Monachorum coenobia erigi. Sed tamen, vt externis

CAPVT IIII.

[p.215]

610 rebus homines fere faciliusque capiuntur, quam vera sanctitate: sic hoc nouo hominum genere exorto et terris monstrato, omnes miro stupore affici, nouum hoc vitae genus in coelum tollere, et cū ad scripturae regulam non examinarent, (quod tamen Basil. Magnus vitae Monasticae praeco fieri vult) solum beatum praedicare coeperunt. Hinc laudes horum hominum immensae extiterunt, et hyperbolice decantatae, etiam a priscis
 615 scriptoribus quibusdam, qui Basilium sunt sequuti Nam Iustini Martyris, Tertulliani, Cypriani, Irenaei, Ignatii seculo hoc monstrum hominum nondum natum in orbe Christiano fuerat, quicquid Eusebius ex Philone narret: cū Philo non de Christianis, sed de Essaeis Iudaeis loquatur, quae res non fuit, vt aliae mustae, ab Eusebio obseruata, quemadmodum praeclare Chemnitius in Examine Tridentini concilii probat, quicquid
 620 Dionysius ille consecrationis Monachorum in Hierarchia meminerit.

Quidam hoc hominum genus ex persecutionibus, iis praesertim, quae saeuissimae contigerunt sub Maximino, et postea Diocletiano, exortum censent, quod cogerentur pii homines in vastas solitudines confugere, vt persecutorum immanitatem euitarent. Et certe haec causa erat probabilis nisi ξ ῥίβως potius animi, quam ex vlla necessitate
 625 appareret homines hoc sibi iugum imposuisse, et eo tempore, quo nullae erant persecutiones: sed summa pace fruebatur Ecclesia Deinde nisi ipsa historia Ecclesiastica eo tempore, quo Monachismus adhuc pene recens erat, scrip ta, aliud diceret, quae refert hoc institutum vitae

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.216]

ad quendam Ammonium virum Ægyptium et coniugem. Eremitatum enim author fuit
 630 Salas, vt ait Nicephorus, quanquam Isidorus in liber de Officiis non tantū a Ioanne Baptista: sed etiam ab vsque Elia Propheta huius vitae primordia repetit, tam est bonus Monachorum patronus. Certatim igitur omnes ingenii sui aciem in hoc vitae genus extollendum contulerunt. Alii enim, vt Ambrosius epist. 82. Monasteria scholas et officinas virtutum appellarunt, Chrysostom. dixit, Vt in coelo sunt astra: sic in terra esse
 635 ordines diuersos Monachorum. Alius dixit, vt e paradiso terrestri quatuor flumina fluebant, sic ex Ecclesia quatuor Monachorum ordines extitisse. Alius, velut Hieronym. et Bernard. susceptionem Monachismi vocat secundum Baptismum, per quem remissio omnium peccatorum obtineatur. Alius Monachismum esse dixit Angelicam vitam, vt Thomistae omnes, quo sibi maiores in vitae suae errore delicias faciant. Nos et
 640 ex superstitione primum inuentum esse hoc vitae institutum defendimus: et mere esse Diabolicum, cū pars quaedam cultus Dei, et vitae sanctitatis in hoc externo rerum genere posita sit, et praeter Dei verbum falutaris, et beata vita definita.

Etsi enim admittimus minus fuisse olim corruptos Monachorum mores, quam nunc sunt, tamen haec ipsa vitae institutio fuit a Christi vita prorsus aliena, et superstitionis
 645 plena, et aulla alia de causa, nisi ex θελοθηρηβεία et idololatrica rerum externarum admiratione inuenta, et fuscepta. Admitto igitur quod de Monachis suae aetatis scribit Chrysost. Homill. 14. in Timoth.5.

CAPVT IIII.

[p.217]

his verbis, quae recito vt appareat, quantum nostri Monachi ab illis veteribus differant. Vrae, ait ille, domus luctus sunt Monasteria, vbi cinis atque cilicium: vbi solitudo, vbi risus nullus, nullus negotiorum secularium strepitus, vbi ieiunia, vbi terrenorum duritia lectulorum, vbi munda sunt omnia. Nullus ibi nidoribus locus, nulli sanguinis riui, etc. quae quantum ab Monastica vita nostri seculi differunt vident omnes. Et Bernardus in Apolo. ad Guill. Abbatem verissime multa de luxu Monachorum et σωτήρια dixit, quae hodie, vti alia vitia omnia, in iis maior est et intolerabilior, quam vnquam: imo vero prorsus insanabilis et inueterata. Sed et hoc vitae genus viris quibusdam bonis statim displicuit, et postea Synodis vti Gangrens. et Matisconensi, improbatum est et velut superstitiosum damnatum. Modum vero non habuit. cū quotidie noui ritus, inauditaque superstitiones inducantur, vt nouus Monachorum ordo excudatur, veluti Stilidae olim:nunc Iesuitae, adeo vt non si mihi centum sint linguae, sint ora que centum, ferrea vox, possim eorum varias comprehendere formas. Sed et illud immane, quod inter eos ipsos huiusmodi genera reperiuntur, quae humanam exuant naturam prorsus et in belluinam mutant qualia sunt haec Armenta Βασκοὶ et παθεῖς vt est apud Nicephorum liber 14. cap.50. Tamen nunquam istae laudes tantū obtinuerunt, vt propterea reliqua Christianorum genera, quae nihil cum ista ὑθαδεία et vitae genere commune habent, minus ad Christum pertinere censerentur. Dixit Paphnutius Episcopus in Nicaena Synodo, in omni ordine, et non in solo Mo

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.218]

nachatu, posse homines placere Deo. Bernard.in in sermo.in Psal. Audiam:tam coniugatos, quam Monachos esse faluandos aisi mat, et idem in sermone 66.in Canticum cantic.

Eorum genera fuerunt primū duo tantū, Eremitarum, et Coenobitarum, vt ait Sozomen. libus 3.cap.16. Quae multiplicata postea, vt docet Euagrius liber 1 cap.21. in quatuor excreuerunt, vti etiam ex Cassiano apparet Collat. 18.cap.4. Alii enim fuerunt Coenobitae, alii Anachoretæ, alii Sarabaitae, alii Rhomoboitae, vt etiam docet Hierony. Coenobitae qui sub vno capite in coetu viuunt: Anachoretæ qui in coenobiis primum instituti, seorsim postea vel singuli, vel bini in solitudines secedunt, ibique habitant, non in coetu. Horum author fuisse dicitur ab aliis Paulus quidam, ab aliis Antonius. Quod vitae genus plane ferum est et agreste et ab ipsa hominis natura et definitione dissentaneum, qua dicitur homo esse ζὸν πολιτικόν, et praeclare M. Tullius docet ne si quidem alicui omnia virgulta diuina suppeterent, optaturum tamen eum vt viueret in solitudine et procul areliquis mortalibus more ferarum, quod isti Anachoretæ faciunt. Sarabaitae in cellulis habitant, et Anachoretis sunt peiores. homines vagi ce aduri quirihipto praesertim fuerunt. Rhomoboitae qui terni habitant in cellulis suo arbitratu viuentes, effrenes, et nulli capiti parentes. Hi pessimi omnium vt in epist. ad Eustoch. testatur Hierony. qui eos vidit Stilidae siue Columnarii a Simeone instituti, vt ait Euagrius, qui in columnis habitant, vt nec in terra, nec in coelo viuere videantur. Socrat. liber 4.cap.23 4.haec gene

CAPVT IIII.

[p.219]

ra enumerat Gnosticos, Coenobitas, Practicos, Eremitas, vt varium fuisse hoc totum genus facile appareat. Hi etiam ordines et distinctiones posterioribus temporibus sunt mutatae, et aliis nominibus appellatae. His enim successerunt quatuor alii Monachorum ordines, nempe Benedictinorum, Augustinianorum, Carmelitarum, Praemonstrensium, qui postea se in infinitas propagines diffuderunt, Mendicantium (quos verius alii fratres Manducantes vocant) et non Mendicantium, et variae distinctiones inter eos inductae a colore vestis, a genere cibi, a forma calceorum, ab amplitudine manicarum, a forma pallii, et huiusmodi aliis nugis, quae in luo mnt portu cunce lanitis hostrae causae. Antea tamen tres tantum ordines Monachorum enumerabantur scilicet, Sancti Basilii, Sancti Augustini, et Sancti Benedicti, vt est in cano. Pernitiosam 18. quaest 2.

Anno vero Domini 500. ista non apum, sed fucorum potius examina varie et sparsa sunt et multiplicata per totum terrarum orbem, imprimis autem per Palaestinam, Cappadociam, Asiam, Graeciam, et Aegyptum, tanquam Apocalypseos locustae, sese diffuderunt, et praecipue in Sceti, siue Staitide Aegypti Nomo siue praefectura, vt Sozomenus liber 6.cap.7. tradit.

Monasteria vero in vrbibus etiam furiose erigi coeperunt Anno Domini 700. et postea Velut autem scholae quaedam aedificari primum coeperunt, et velut officinae literarum in summa totius mundi barbarie: quae per Gothos, Vandalos, Hunnos, et Erulos inducta fuerat. Vnde Iuo scribit in Iustiniano Florum quendam Gallorum

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.220]

Francorum procerem prope Aurelianensem ciuitatem coe nobium sancti Benedicti condidisse, vbi Maurus ipsius Benedicti discipulus, vt ait Sabell. Ennead. 8 lib 2. docuerit, et Floriacenum Monasterium adhuc hodie appellatur. Certe ab hoc vitae instituto prorsus nunc nostri Monachi degenerarunt, quorum coenobia, non sunt literarum officinae, sed harae porcorum, et pascua hominum cantillando viuientium, more cicadarum. Tamen postea vsurpatum est, vt poenae loco in Monalteria detruderentur nomies inertes, scelerati et immorigeri, et tonderentur, vt ex historiis praesertim Francogallorum apparet, et Gregorio Turonensi.

Quis autem vsus fuerit istorum hominum varie quesitum est, quae item regulae. Ac regulae vt Nicephorus ait liber 9. cap.14. hae primae erant, vt omnia essent libera, votum autem perpetuum ista professio non haberet: adeo vt nec ciborum, nec ieiuniorum certa tempora et indicta essent, sed quantum vellent ederent, et biberent, et operarentur: item quando vellent, ieiunarent. Atque ita Pachimus primas regulas instituerat. Sequuti sunt alii qui restrinxerunt illam libertatem. Ac primum in vestitu: post autem in cibis. Qui primus autem instituta ista scrupulosius et minutius vel explicasse vel tradidisse censetur, est Basilius, siue is est, qui Magnus dicitur: siue alius, eoque recentior. Ergo quoad habitum, cucullis sunt vsi sumpto more ab Aegyptiis Monachis, vt Cassia.scribit. Melotis item. i. ouilibus vestimentis, et vilibus pannis, Colobiis lineis ad imam vsque cubiti partem pertinentibus, vt expeditas ad

CAPVT IIII.

[p.221]

725 operandum manus haberent, Cilicio, et Succinctoriis siue subligaculis, et pelliceis, quae lineo colobio operiebantur, vnde superpellicea dicta, Gal. des superplis. Colores in habitu varios habuere, et gestauere: calceamentorum nullus inter cos, vtpote in calidis regionibus primum habitantes, fuit vsus, vt Cassianus docet. Quoad ipsam autem corporis eorum formam, comas alebant et barbam resecabant, contra quam tamen Epiph.haeres.
 730 8o. decorum viris Christianis esse censet. Barbam enim μορφήν νδeos vocat, et in concilio Carthaginiensi clerici barbas radere veriti sunt: sed non sunt Monachi de numero clericorum. Accincti semper lumbis incedebant, et pecunias cumusare vetabantur. Nupins stem et festiuitatibus interesse prohibebantur. Operari autem iubebantur quotidie, id est, in agro aliquid fodere, aut arare, aut ferre, vt victus vel ipsis vel toti sodalitia in
 735 quo viuebant, superesse posset.

Praecepta quoque in ciborum delectu et genere contra Pauli regulam illis instituta sunt. Alii enim herbas tantum, alii oua, alii pisces: alii omnia comedere permittuntur. Ieiunia tamen quaedam illis ad certam mensuram et dies certos praescripta fuerunt: et mirum silentium, quod non est hodie in nostris Monachis, cum nusquam inuidia et
 740 murmur maius frequentiusque locum habeat, Denique nulli Monacho esse sine cella licuit, ne velut piscis siue aqua viuere existimaretur. Hae sunt nugae, sed potius hae sunt superstitiones et idololatrae caeremoniae, in quibus hoc vitae institutum, et Christiana (si Deo placet) sanctitas fuit tandem, abolitis verae sanctimoniae praeceptis, collocata.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.222]

Quasi illa in his externis et διαφόροις rebus insit: quae in mentis renouatione, vetefis
 745 hominis depositione, et noui susceptione posita est, in fide Christi, in charitate proximi, in omni internae et externae immunditiae expurgatiohe. Sed ita homines sibi praestigias istas fecerunt, vt aliud quid esse sanctum, quam istam viuendi rationem non arbitrar-
 entur. Denique isti homines et seditionum in Ecclesia magnarum authores fuerunt, vt Euagrius liber 3.cap 32. totaque historia Ecclesiastica docet: et pessimorum errorum
 750 tum ipsi inuentores, tum propagatores, veluti Messalianorum, Antropomorphitarum, Pelagianorum, Iudaeorum, Abelonitarum, Samaritanorum. Quod non tantum teitatur I'neodorit.nb reap.1 Histor. sed ipsa rerum veritas et experientia: cum nulli alii sint hodie Antichristi, totiusque Papisticae perfidiae maiores patroni, et fulcimenta, quam tota ista Monachorum factio et coitio.

755 Sed quaesitum est, cuius in Ecclesia vsus fuerint isti homines. Respond. Certe nullius, cum nec Presbyteri, nec Diaconi, nec Episcopi essent. Itaque de se vere illi istud Horatianum dicere possunt. Nos numeri sumus. et fruges cousumere nati. Proci Penelopes. nebulones, Alcinoique.

Mionaeni officia populo celebrare non possunt. Monachus officium plangentis habet,
 760 non docentis. Ergo nullum munus Ecclesiasticum gerunt, sed nec gerere, quatenus Monachi sunt, debent aut possunt, non concionari apud populum: non Sacramenta administrare. Claret enim et certum est, ait Bernardus, quod publice praedicare Monacho non conuenit, nec Sacramenta admini

CAPVT IIII.

[p.223]

strare, quia ne clericorum quidem loco et numero censentur. Nullam enim in Ecclesia
 765 vocationem legitimam habent Monachi, vt est in cano. Alia est causa et cano. Nemo
 potest 16. quaest.1. et apud eundem Bernardum epist.42. labor et latebrae, ait, et
 voluntaria paupertas, haec sunt Monachorum insignia, haec vitam solent nobilitare
 Monasticam. At, Audite nostri seculi Monachi, vestri oculi omne sublime vident, vestri
 770 pedes omne forum circumeunt: vestrae linguae in omnibus audiuntur conciliis: vestrae
 manus omne alienum diripiunt patrimonium. Quod si Monachorum sceleratissimam
 vitam pingere aut narrare vellem: nulla mihi Ilias satis esset. Sed quaero, cuius primum
 rei et vtilitatis gratia hoc vitae et hominum genus institutum, inuentum, et productum
 fuit? Respondeo ego quidem, Nullius. Nam in canon. Generaliter 5 Hoc idem 16.
 775 quaest. 1. Abbatem quemlibet et cuiuslibet Monachorum coetus praefectum simplici
 ostiario Ecclesiae postponendum esse et subiiciendum aperte responsum est, durauitque
 vsque ad Syricii Papae spurcissimi tempora, vt Monachi Monachi simpliciter manerent,
 clerici autem nullo modo fierent, non praedicarent, non celebrarent officia in Ecclesia.
 Postea vero paulatim gens ista, instar locustarum, e suis desertis, et e suo coeno velut
 780 ranae emergere coeperunt, et tandem effecerunt, vt speciali priuilegio (sed toti ordini a
 Bonifacio quarto, vt alii volunt: vt autem alii, ab Innocentio secundo concessio) quilibet
 Monachus Sacerdos et sacrificulus fieri possit et Doctor, et praedicator, et Sacramentorum
 administrator de consensu Abbatis, et Episco

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.224]

pi, et curionis, in cuius paroecia ista agit. Ex quo postea factum est, vt in maximas Eccle-
 785 siae Papisticae dignitates, veluti Episcopatus, Archiepiscopatus, Papatum denique ipsum,
 isti crabrones et locustae inuolarent, et iam ipsius Papismi solae columnae restarent. Quo
 hominum genere nihil habet vniuersus orbis pestilentiosius, superstitiosius, impudentius,
 audacius, crudelius, ambitiosius, aut denique magis auarum et rapax. Hoc autem omne
 vitae institutum quam procul absit a Pauli praecepto, et σκῦσει, cuius hic mentionem
 790 facit, vident omnes: imo vero vt nihil quicquam cum Dei verbo consentaneum habeat
 sed potius mortis Christi beneficium, et nostrae coram Deo iustificationis causam (quae
 in vno Christi sanguine est) ad cibos et colores vestium merasque superstitiones et
 blasphemias transferant, in hac Euangelii luce intelligunt omnes, vt mihi non duxerim
 necesse diutius ista refellere, quae vel indicasse satis est ad refutasse. Redimus igitur ad
 Paulum nostrum.

9 Fides est hic sermo, et dignus qui omnibus modis recipiatur.

795 Commendatio superioris doctrinae ab vtilitate et illius praestantia. Tum enim fidelis est
 haec doctrina: tum vero omnibus utilis, qui illam audiunt, illique credunt. Praecautio
 quoque et praemunitio quaedam haec esse videtur aduersus varias animi dubitationes,
 quae ex superiori doctrina solent oriri. Tantum.n. abest, vt fideles felices iudicentur,
 vt et miseri et probrosi passim et vulgo esse censeantur. Quod iudicium falsum esse
 800 pronuntiat hoc loco

CAPVT IIII.

[p.223]

Spiritus sanctus et seq. versiculo. Quae sit autem sententia huius orationis uosprophetis.
15. fusius ex posuimus.

10 Nam idcirco etiam fatigamur, et probris afficimur, quod speremus in Deo uiuo, qui est conseruator omnium hominum, maxime uero fidelium.

Occupatio est, quae per digressionem iniecta est, ne superior illa pietatis commendatio
falsa esse censeatur, propter varios rerum euentus et duram piorum sortem, quae in
805 hoc mundo prorsus misera esse apparet et afflicta, tum in corpore ipso, tum in honore.
Respondet autem et negat eam sortem Paulus propterea esse miseram et infelicem
existimandam, idque respond. propter Causam propter quam patiuntur, pii: et Exitum, qui
cernitur, et inde speratur. Acfinis siue causa, propter quam pii affliguntur, praeclarissima
est. Est enim pietas et ipsa doctrina coelestis, et spes in Deo uiuo, non in idolis, qua
810 nihil melius.

Exitus etiam laetus et felix est. Id quod probat argumento sumpto a minori ad maius.
Deus enim, qui omnium hominum est conseruator, multo maxime suorum et fidelium
custos est et liberator. Haec est summa totius doctrinae Pauli. Disputat Chrysost. atque
ambigit, utrum vox συτηρ hoc loco referri ad vitam, et salutem aeternam debeat. Sed
815 hic non potest. Neque enim omnes homines vitam aeternam consequuntur, sed soli
fideles, quanquam tamen omnium est custos, conseruator, et benefactor Deus, ut est
Ps.36. quatenus nempe omnium hominum est creator et opifex.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.226]

Spem autem coniungit cum doctrina Paulus, cum ait (quod speremus in Deo) quia
haec cognitio, quae Per fidem et Euangelium a nobis habetur, non est euanida quaedam
820 phantasia de Deo, sed est huiusmodi agnitio, quae spem, eamque certam in Deo nobis
afferat, et inserat. In quo differt a reliquo cognitionis genere. Nam aliae sunt tantum in
animo et intellectu versantes cogitationes, neque cor hominis mouent, afficiunt et mutant,
haec uero etiam in corde ipso est certissima fiducia, quod afficit et inclinatur ad Deum
amandum, eiusque promissiones certissime sperandas et expectandas, ut est in cap. 5.
825 Epistolae Pauli ad Romanos. Sed et vox haec speramus pro credimus posita uideri etiam
hoc loco potest.

11 Haec denuntia et doce.

Commendatio superioris doctrinae ab utilitate, quae ex illius praedicatione colligitur.
Est enim haec utilis doctrina, cuius praedicatio est sic a Paulo praecepta, ut et saepius
inculcetur, et Pro imperio et potestate ministerii Euangelici proponatur, uti Dei ipsius vox.
830 Ergo comparatione quadam superiorem doctrinam magni esse in Ecclesia momenti docet
probatque. Nam etsi alia capita doctrinae doceri a pastore debeant: hoc tamen doctrinae
caput, per quod falsus Dei cultus oppugnatur, inanes caeremoniae et superstitiones
euelluntur, saepissime et frequentissime repeti, doceri, ac inculcari debet. Atque hoc

835 faciendum esse affirmat Dei spiritus, id est, doctor ille, qui optime nouit, de quibus
sedulo et saepius

CAPVT IIII.

[p.227]

edocendi et commonefaciendi sumus. Quo minus nobis molestum aut fastidiosum esse
oportet, si saepe saepius in Ecclesia hanc eandem doctrinam a pastoribus audiamus,
quia maxime nobis est salutaris. Paulus Philip.3.vers.1. dicit tutum et vtile esse, vt
eadem nobis saepius repetantur. Idem docet et affirmat Petrus in 2. Epist. cap.1. vers.13.
840 Vnde vae delicatis hominum auribus, qui abusus doctrinae et superstitiones Papisticas
nunquam a concionatoribus Euangelii taxari vellent.

Denique ex hoc splo apparet, eam maxime a pastoribus doctrinam proponendam,
quae necessaria est, et vtilis: non autem quae inutiles et vanas quaestiones habeat.

Colligit vero ex hoc Pauli dicto Chryso. duplex esse pastoris munus in proponendo
845 Dei verbo pro rerum, quas tractat, et personarum, apud quas agit, ratione, nimirum
vt Doceat, et Ea quae sunt obscura, et Eos, qui sunt obsequentiores. Item Denuntiet,
propotestate et imperio sibi a Deo dato, Ea, quae omnes concedunt esse vera, Eis, qui sunt
contumaciores et magis rebelles. Quod certe verum est. Debet enim pastor nonnunquam
increpare et virga.i. seuetitate vti, ve ait Paulus 1. Corinth 4.vers.21. et 2. Timoth.4.

850 12 Nemo tuam iuuentutem despiciat, sed esto exemplar fidelium in sermone, in
conuersatione, in charitate, in spiritu, in fide, in puritate.

Noθέτησις. Admonet enim qua ratione et grauitate superior doctrina sit a Timotheo
propo

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.228]

nenda ac illi ipsi sit in omni ministerii Euangelici quod obibat ratione conuersandum
855 et agendum. Adeo vt etiam haec praecepta ad reliquos pastores pertineant, qui nobis
in Timotheo, tanquam in perfecti ministri idea, a Paulo depicti proponuntur. Est vero
hic locus etiam tacita regressio ad superiùs institutam disputationem de officio veri et
Euangelici pastoris, quam et hoc, et sequenti capite persequitur. Haec est igitur ratio
ordinis, ne putemus hoc scriptum Pauli esse scopas dissolutas. Quod Athei obiiciunt.
860 Summa vero huius doctrinae eo pertinet, vt doceantur pastores superiorem doctrinam
reuerenter et grauitate tractandam esse: et in reliquis ministerii et muneris suipartibus ita
illis esse conuersandum, vt nemo eos, quantunius aetate iuuenes, despiciat vel contemnat:
sed sint totius gregis exemplar in Verbis, et factis, et in Doctrina, et in vita, Videri
autem potest non ad omnes in vniuersum verbi Dei ministros pertinere haec Pauli
865 exhortatio: sed ad eos tantùm, qui adhuc iuuenes sunt: neque dum sibi per aetatem eam
authoritatem compararunt, per quam sint populo commendabiles et venerandi, quales
sunt adolescentes adAuc pastores, et nondum prouectae aetatis. Sed cùm etia iilius
fionorentur, qui, quanuis aetate grandaeui, moribus tamen sunt iuuenes, certe ad senes
etiam haec praecepta pertinent, ne hi ipsi in ea aetate propter morum dissolutionem
870 contemnantur, si idem agant, quod homines moribus iuuenes et proterui, et lasciuui et
leues. Quae certe vitia adolescentiam sequi et comitari solent.

Dicit Paulus reóreroe, id est, Iuuentutis. Differt

CAPVT IIII

[p.229]

haec aetas, a Pueritia, Adolescentia, Virili maturaque aetate, et Senectute. Est enim
 iuuentus post adolescentiam, et ante virilem aetatem veluti a decimo septimo anno
 875 aetatis ad vicesimum quintum, intra quos annos existimo tunc fuisse Timotheum: que-
 madmodum adolescentia est post pueritiam, et ante iuuentutem a septimo anno aetatis
 ad decimum septimum. Sic Pythagorici distinxerunt vt apparet ex Laertio liber 8. in
 vita Pytha. gorae etsi plures annos cuique aetati tribuit. Solon Atheniensis in epigram-
 mate distinguit hominis totam vitam in septem aetates. Sed Ioannes in prima Epistola
 880 cap.2.vers.13. et 14. tres tantum constituit. Nos nostram distributionem sequimur, ex
 qua curus tunc atatis iuerit Timotheus intelligi potest, et quantis in ea aetate Dei donis, et
 iis quidem summis et egregiis, ornatus fuerit. Id quod etiam apparet ex secunda Epistola
 ad eundem et ad Philip.2.vers.18.

Remedium autem per subiectionem affert Paulus, per quod efficiatur, ne vlla pastoris
 885 aetas contemni vel possit, vel debeat. Est autem si illi se exemplar caeterorum fidelium
 praebeant in vita et doctrina. Igitur ex hoc loco colligitur iuuenes eligi posse in ministros,
 si iis Dei donis excellent, quae ad tantum munus requiruntur. Supra cap.3 vers.6. diximus,
 quae aetas olim cuique muneri Ecclesiastico exercendo praescripta fuerit a Synodis vt
 hic repetere nihil sit necesse. Sed apologo lepidissimo docet Aesopus non semper canitiei
 890 et barbae inesse sapientiam.

Describit autem fusius Paulus illa duo, quae diximus, id est, quibus in rebus pastores
 gregis ex

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.230]

emplar, vt ipse cum Petro 1.epist. cap.5. loquitur esse debeant. Ac primum summam
 quidem inquit, ὁ λόγος id est, Verbis siue dictis, ἡ νᾶςροφη id est, Conuersatione
 895 et factis, toti gregi praelucere pastorem oportere. Postea vero quasdam virtutes addit,
 ex quibus distinctius haec duo parantur et docentur: et tum vitae, tum ipsius linguae
 vera reformatio oritur, tanquam ex ipsis fontibus. Obiter dixerim hoc genus dicendi
 esse σύνθετον, quod maiorem vim habet, et facit, vt singula diligentius perpendantur a
 nobis. Ergo inter cas virtutes praecipue commemorat Paulus, Charitatem, cui subiicit
 900 Spiritum siue zelum. Charitas autem hic tum ea, quae in Deum, tum in proximum est,
 significatur, cui subseruire debet spiritus ipse, id est, feruor animi: atque illa etiam dona,
 quae Dominus cuique fidelium donat et concedit, charitati ancillari oportet. Deinde
 addit, charitati suum fontem, nempe Fidem, cui subiicit Puritatem siue Castitatem. Ergo
 fides haec non tantum est doctrina, vel cognitio: sed etiam ipsa in Dei promissiones per
 905 Christum acquiescens assensio et voluntas, quae parit ex se tanquam vberimum fructum
 γνείων, id est, castitatem. Haec autem castitas non tantum abstinet alieno thoro, et
 libidine lasciuia: sed omni vitae impuritate, quae Christianae sanctitati contraria est. Ex
 his igitur quatuor fontibus pene omnis vitae sanctitas reformatio et exemplum nascitur.
 Ergo vanae illae Episcoporum commendationes ex insulis, lituo siue pedo chirothecis,
 910 annulis, cothurnis, sandaliis, et caeteris huiusmodi nugis facessant, quae in

CAPVT IIII.

[p.231]

insignia, ornamenta, et testimonia dantur, et solenniter gestantur.

13 Interim dum uenio, attende lectioni, exhortationi doctrinae.

A'κολύθησις est. Nam sequuntur variae exhortationes, quas muneris Ecclesiastici dignitati consentaneas esse vidit Paulus, et necessario addendas. Ex his autem quantum sit hoc onus, quanque sedulo capessendum et diligenter exercendum intelligere certe debemus, ne segnes socordesue ipso Episcopatus titulo, vel fastigio turgidi et insolentes, vel etiam reditu et bonis contenti torpeamus. Sunt enim hae cohortationes, tot Spiritus sancti aduersus pastores negligentes et muneris sui grauitatem non apprehendentes fulmina vel tonitrua. Neque enim tam Timothei gratia dicuntur ista, quam omnium pastorum, quorum verissimam et optimam ideam nobis in Timotheo format et pingit.

920 Denique si tam ardens in Dei metu et tantus vir Timotheus iis stimulis egiit, quid nos? et quot quantisque exclamatiomious et puneturis smus excitanun Est autem hic exhortationis et admonitionis locus non vnus, sed quadruplex. Omnes quidem eo tendunt, vt sedulo et diligenter pastores suo muneri intendant et incumbant. quilibet tamen locus exhortationis habet quoddam peculiare et necessario considerandum.

925 Prima igitur haec est exhortatio et admonitio, attendendum et assidue versandum Ministro Euangelico in Sacrae scripturae lectione. Vox enim, lectionis, generaliter hoc loco enuntiata ad Sacrae

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.432]

scripturae tamen lectionem specialiter restringi debet, quia non simpliciter hoc requirit a pastoribus Paulus, vt aliquid legant quodcunque tandem sit, sed vt facrum Dei verbum euoluant. Hanc esse Pauli mentem apparet ex fine, propter quem attendendum lectioni docet, nimirum vt pastor Doceat gregem suum, et Exhortetur, quae sunt duae muneris Ecclesiastici partes praecipuae. Doctrina, tum in Verorum dogmatum traditione, et Falsorum refutatione posita est. Quorum neutrum nemo facere, nisi apprime et abunde verbo Dei instructus et diligenter in eo versatus potest, cùm ex eo vno fonte et veritas

930 Dei fit haurienda, et mendacium illis armis oppugnandum, illóque gladio iugulandum Actor. 18.vers.28.

Exhortatio est in Bene iam currentibus confirmandis, Improborum acri reprehensione: denique in frigidis excitandis. Illi autem stimuli: non nisi ex Dei promissionibus et minis, addi possunt. Haec igitur omnia Dei verbo continentur, quod idcirco et versandum et

940 meditandum est diligenter. Ergo non satis est Episcopos et pastores quaedam legere (nam nec fabulas Poëtarum, nec vanas et inutiles Philosophorum scriptitationes terere debent, aut iis immorari) sed oportet eos Dei verbum scriptum assidue contrectare. Vt autem ad Pharisaeorum scripta et scholas non remittit suum Timotheum Paulus, neque nos etiam ad Scholasticorum et Sophistarum Sorbonistarum Academias reuocandi sumus, vt veri

945 Theologi euadamus: sed ad sacrum Dei verbum et ad eos scholas, vbi illud pure docetur.

CAPVT IIII.

[p.233]

membranas, in quibus aliquid descripserat priuatae memoriae causa, sibi Troade afferri vult Similis locus 2. Pet.1.V.19. Dissimilis Mat. 10.v19. Respo. Christum quidem nolle pastores esse in legendo Dei verbo negligentes: terreri tamen nos non vult vel conspectu vel doctrina vel fama nostrorum aduerfariorum, cum ipse nobis sit suo spiritu
950 potentissime affuturus, et quae ad conuincendos veritatis Dei hostes necessaria sunt suggesturus.

Addit Paulus, donec venio. Quae limitatio non excludit tamen reliquum tempus, quasi praesente Paulo Dei verbum contemnere Timotheus debuerit. Nec facit pastorum, et praeceptorum nostrorum magna et excellens doctrina, vt in Dei scriptura euoluenda
955 fiamus desidiosiores: sed contra nos magis illorum egregiae dotes debent excitare, vt quae illi proponunt doctissime, ad exemplum Thessalonicensium, cum scripto Dei verbo conferamus, diligentiusque et lubentius a tantis viris ediscamus.

Denique quod nullum tempus praescribit Paulus, ac ne longissimum quidem, post quod cessare debeat a studiis Timotheus, ostendit nos per totum vitae tempus proficere
960 posse: tamen non facit, vt videatur inepta certorum annorum certique spatii definitio, intra quod tum Theologiae: tum aliis artibus et facultatibus sit studendum, operaque ponenda, quanquam potius ex ipso cuiusque profectu id diiudicandum est, qui apti sint ad ministerium vel gradum adipiscendum, quique plurimùm profecerint, quam ex ipso temporis curriculo et spatio, quo versantur in Academiis. Quod autem quidam putant, et
965 ex hoc loco col

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.254]

ligunt fuisse scriptam hanc epistolam, cùm Paulus in Syriam postremum venturus esset, non video nauere lacio hihum argumentum et fundamentum.

14 Ne negligito donum quod in te est: quod datum est tibi ad prophetandum, cum impositio ne manuum presbyterii.

Secunda exhortatio ab officio vel fine donorum Dei, quam amplificat etiam a circumstantia, eaque duplici nempe a Doni Dei excellentia, quo praeditus erat Timotheus, et Prophetia
970 quae de Timotheo praecesserat, quod vtrunque delebit et deturpabit Timotheus, nisi suo muneri diligenter operam nauet et impendat. Eodem vero modo debet quisque animaduertere, quae a Deo dona peculiaria acceperit, ne apud ipsum otiosa et infructuosa lateant, aut inutilia maneant, et defossa: sed vt illa in Ecclesiae vsum communem, propter quem illa talenta data sunt a Domino, conferantur.

975 Similis locus Matth.25.vers.14.1. Pet. 4.V.1o.

Quo autem maiora sunt Dei dona erga nos, eo diligentiores in caeteris lucrandis esse debemus, ne illa apud nos otiosa iaceant, vel rubiginem contrahant. Nam cum foenore a Deo repetentur.

De Prophetia autem, quae de Timotheo praecessit, quod dicit hoc loco Paulus, etsi
980 quidam sic explicant, quasi finis illius Dei doni ostendatur: non autem vlla insignis praedictio Dei et testimonium de futuris! in Timotheo donis antegressa sit:ta men malo accipere:vti supra 1.vers.18. et 2.

CAPVT IIII.

[p.235]

Timoth.1. vers.6. Explicatum autem est a nobis supra eo ipso cap.1.vers.18,

985 ΣάριQuα autem dixit Paulus, non γε Quα, ne quis hebes Papista putet chrisma, quo ipsi superstitiose vtuntur ad suos Sacerdotes et Episcopos vngendos et inaugurandos, hic esse a Paulo commemoratum et quaesitum.

De impositione manuum infra, vti et de voce hac Presbyterii, quae coetum significat Presbyterorum, contra quam sentit Erasmus: putat enim ille Episcopatum significari hoc loco, et finem designari non instrumentum et modum, quo vocatus est Timotheus: infra
990 dicetur cap.5.vers.22.

Hic locus commendat auctoritatem Presbyterii, et vocationes ordinarias, quae hominum ministerio fiunt, quam qui maxime, ne quis praetextu ingentium donorum et egregiae suae doctrinae in Ecclesiam intrudat ipse sese, cūm Timotheus tantus vir etiam de quo praecesserant spiritus Dei apertae prophetiae, tamen ordinario modo designatus sit
995 minister et praeco verbi Dei.

15 Haec exerce, in his esto: vt tuus profectus manifestus sit inter omnes.

Tertia admonitio de ipsa operis difficultate, vt ea perspecta diligentius pastores suo muneri incumbant. Habet autem summos stimulos ipsa styli, quo Paulus vtitur, ratio, meditare (ait) in his esto. Vrget enim pastores ne alibi diutius aut lubentius occupentur, quam in hoc munere suo, tanquam in sua Sparta exornanda. Ergo damnantur ex hoc
1000 Pauli dicto pastores omnes, qui in iis,

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.430]

quae propria sunt sui muneris, perfunctorie et νατιργως versantur: in aliis autem rebus, quae proprie ad eos non pertinent, serio, assidue et diligentius insunt eaque satagunt. Faciunt enim ἡργον πά σργον: et πάρεργον ργον, vt ait Prouerbum vetus, contra exemplum Apostolorum, qui cūm se viderent a vero sui muneris officio
1005 propter curam mensarum distrahi et auocari, quanquam ea res et sancta erat et pia, tamen voluerunt se ea cura leuari, vt liberius meliusque veris et potioribus exercitiis suae vocationis inseruirent ac incumbere. Nec valet haec quorundam pastorum, qui sunt πολυπράγμονες excusatio, quod Reipubl. commoditas, et ratio postulet, vt in istis ciuilibus et extraneis rebus ipsi versentur, et occupentur. Facit enim haec ratio, vt hodie
1010 quidam Episcopi potius sint militares Duces, vel Praefecti aerarii: vel forenses iudices, vel Cancellarii regni, vel Consilii arii, regni, quam pastores, ministri et praecones verbi Dei coelestisque doctrinae, et pabuli gregi suo dispensatores. Denique quid illi Episcopatus est aliud, quam reditus quidam pinguis et opulentus vel ad fruendas voluptates, vel ad familiae onera sustinenda, quae ampla est, interea dum aliis negotiis vacant, quae tamen
1015 ab Episcoporum munere, sunt alienissima?

Μελέτα Meditatio non est leuis quaedam cogitatio, sed assidua et frequens eiusdem cogitatio. nis repetitio, cura, et mentis volutatio, vt aptiores ad id, quod meditamur, fiamus. Sed non solum horum praeceptorum cogitationem requirit Paulus, imo vero etiam executionem et praxim, ne contemplatiuae vitae homines hinc sibi patro

CAPVT IIII.

[p.237]

1020 cinium quaerant. Ex hoc etiam ipso ostenditur, quam sit difficile et arduum hoc ministerii opus, quocirca diligenter est in illud incumbendum. Profectus tuus) Est finis quem in munere suo faciendo spectare debet pastor Euangelicus, nenpe propagatio Dei gloriae, et ipsiusmet Ecclesiae mnalor in dies prorectus et incrementum. Itaque vocem, Profectus, non refero ad personam Timothei:sed ad Ecclesiam potius,

1025 Manifestus sit) Quid si nullus profectus, nullum incrementum Ecclesiae appareat, estne propterea pastori desperandum. Estne etiam ipse semper propterea, vt deses et negligens damnandus? Respond. Hoc quidem lugendum esse, sine vllo profectu praedicari Dei verbum:si tamen pastor quantum in se est, sincere pascat gregem suum, vigilet, in eo sit totus, et officium faciat, neque illi desperandum esse:neque eum, vt
1030 negligentem, damnandum l Pet.5.verl.2.

16 Attende tibiipsi et doctrinae: persiste in istis, id enim si feceris, et teipsum seruabis et eos qui te audierint.

Quarta exhortatio a fructu huiusmodi laboris, et eo quidem vberimo. Est autem is fructus, salus animarum, tum in Pastore ipso, tum in Grege et Ecclesia. Quod vt fiat vult Paulus vt quilibet pastor Euangelicus, Attendat sibi, et Persistat in officio. Attendat autem, id est, diligenter videat, et non perfunctorie consideret, et Qualis ipse sit in sese
1035 et moribus, et Qualis sit ea doctrina, quam docet gregem Domini: vt si quae vitia

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.230]

vel in sese:vel in sua doctrina inesse animaduertat corrigat, et emendet. Denique ea vitia potius a leiplo, quain ab anis difcat, ne videatur negligenter aut perfunctorie officium suum facere.

Persistat vero, id est, continuet, neque fatigetur aut fathiscat, neue susceptum semel
1040 opus propter infinitas pene molestias deserat. Id enim est non modo leuis animi: sed etiam infidelitatis et diffidentiae de Dei misericordia signum verissimum. Ergo perseueret, quantunuis difficile opus hoc videatur.

Finis tandem et fructus suauissimus, atque adeo salutaris sequitur, salus nimirum ipsius pastoris dum in munere suo obeundo fideliter Deo paret. Habent enim in eo ipso
1045 optimum misericordiae Dei erga se testimonium pastores, quia opera bona sunt nostrae adoptionis et aeternae salutis certa testimonia et indicia, praesertim quae in cuiusque vocationis opere implendo et obeumdo apparent 1. Timoth.2. vers.15.

Ipsius quoque gregis salus consequitur, quia ea ratione et per ministerium Euangelii Dominus adducit suos ad salutem. Vnde Ministri Euangelici sunt salutis hominum
1050 ministri et organa. Deus autem ipse est illius author et causa. Eadem phrasi alibi quoque vtitur scriptura, vt Iacob5. vers.21. Prouerbus 23. vers.14. Haec autem magna laus est ministerii Euangelici, per quod seruari dicimur, vti quod operarii cum Deo iidem ministri vocantur 1. Corinth.3.

V.

CAPVT

CAP. V.

[p.239]

SENIOREM ne increpato, sed hortare ut patrem, iuniores vt fratres.

Μετὰβαζις. Transit enim, et ordine quidem Paulus, a doctrina ad mores, cuius vtriusque rei cura ad veros pastores et Ecclesiae praepositos pertinet. Sed prius de vitiis, quae doctrinae ratione obrepunt, et haereses dicuntur, fuit dicendum. Postea autem de morum vitiis, et eorum emendatione, quam hoc loco persequitur, vti et in Epistola posteriori ad hunc ipsum Timotheum, et ad Titum cap 2. Dicitur autem alio nomine haec correptio et emendatio, censura Ecclesiastica, quae potestatis clauium pars est. Sic autem et hoc loco et alibi loqui videtur Paulus, vt vni episcopo eam tribuat, non autem toti ipsi Ecclesiae, non item coetui et senatui Presbyterorum. Id quod perperam intellectum duplicem errorem peperit. Primum eorum, qui totam Ecclesiae ipsius iurisdictionem vnius tantum personae, id est, Episcopi arbitrio vindicarunt et asseruerunt, ex quo ipso inducta est postea superba Episcoporum tyrannis. Alterum eorum, qui vt hunc errorem corrigerent, ipsi secundum induxerunt, et ad vniuersam, quam vocant, Ecclesiam, id est, ad singulos de Ecclesia hanc potestatem retraxerunt, et ita per malum malo mederi studuerunt, malo nodo vt est in Prouerbio, malum cuneum quaerentes. Denique inciderunt in Scyllam, dum cupiunt vi

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.240]

tare Charybdin. De quo toto argumento et ttilissimo, et futurae disputationis sequentiumque toto hoc capite praeceptorum fundamento nobis aliquid est dicendum. Est autem hic status causae et controuersiae (quae etiam non his nostris temporibus acerbè a quibusdam agitur) Ad quos nimirum Ecclesiasticae censurae ius et potestas pertineat. Hoc enim pro concesso sumimus, quod tota docet scriptura, cùm vitae sancte et honeste instituendae gratia, et vt Dei gloriae inseruiamus, scriptura et doctrina coelestis nobis praedicetur, omnino necesse esse, vt aliqua sit Ecclesiae disciplina et turpium morum emendatio, per quam homines tum in officio contineantur, tum, si semel abducti fuerint, reuocentur. Nam qui Ecclesiasticam disciplinam prorsus tollunt, quid aliud Ecclesiae quam larvam nobis inducunt, et omnem peccandi effrenem licentiam probant? contra quos Pral.0. et Tiebr.12.veri.6. d dictum Tertulliani de Habitu virginum, item Cypriani liber 2.epist.7. valere debet. Disciplina enim Ecclesiae, inquiunt illi, et castigatio Ecclesiastica morum est fidei custos, quam qui repudiant, fidem ipsam nomine tenus habent. Secundo autem loco postulamus et sumimus

noe nobis concedi, quod est verissimum. Hanc morum correctionem et vitiorum emendationem, quae Ecclesiastica iurdictio et ius clauium dicitur, latissime differre et toto genere dissimilem esse a ciuili et politica, quam vocant, iurisdictione, quae Magistratibus competit.

Tertio denique et hoc quoque tanquam τεηα praesupponendum est, quod alibi verum esse

CAPVT IIII

[p.241]

probabimus, Deo dante, et iam ex parte docuimus supra cap.3.ex veteri et bene constituta Christianae Ecclesiae institutione, non vnicum Episcopum id est, non vnam quandam duntaxat personam ad regendam totam Ecclesiam electam et ordinatam fuisse (id quod nunc fit in Papatu) sed plures simul delectos, quibus Ecclesiae cura demandaretur, tum in iis quae ad doctrinam pertinent et hi erant Pastores, et Doctores: tum etiam quae ad mores, et Pauperum aerarium, quales erant Pastores iidem, Presbyteri, Diaconi. Ex quo fit vt a Tertulliano in Apolog. cap, 39. Rectores Ecclesiae dicantur non duntaxat soli Episcopi, sed cum illis etiam Diaconi, et Presbyteri, tanquam ipsorum Episcoporum collegae. Quod idem in liber de fuga in persecutione confirmat, et infinitis pene locis Cyprianus. Atque etiam Augustinus, veluti in Enchirid. cap.65.

Ergo his ita praemunitis quaesitum est. Vtrum ad vnum tantum Episcopum, vel delegatum ab eo aliquem, ius censurae et emendationis morum, (quae Ecclesiastica dicitur) eiusque cognitio tota Fertineatean porius au prures. etuou li pertinec ad plures, vtrum ad totum coetum Ecclesiae, an ad singulos fideles qui sunt de eo coetu, an ad eos tantum qui Ecclesiae praefecti, Authores, ἡγομένους, et Praepositi dicuntur, quales sunt Presbyteri et pastores simul, qui alio nomine dicuntur senatus Ecclesiasticus.

Ac primum ad vnum duntaxat totam eam potestatem et cognitionem pertinere non posse probat Christi et Pauli dictum. Christus vult peruicaciam rebellium denuntiari et dici Ecclesiae,

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.242]

Ergo non vni tantum, Matth. 18. vers.17. Paulus quae geruntur in Ecclesia a Presbyterio fieri docet, id est, a quodam coetu hominum. Ergo non a solo illius Ecclesiae Episcopo, supra cap. 4.V.14, Philip. 1.vers.1. Actor.11. vers.30. Deinde Ecclesia ipsa Dei transformaretur in regnum terrenum, essetque iam Monarchia, non Aristocratia, si vnus in ea dominaretur, et omnia solus ageret. Quod fieri et esse vetant hi scripturae loci Matth.20.V.25 1.Pet.5.vers.3. Hieronym. ad Rustic. penes coetum Presbyterorum, quem vocat senatum morum, censuram esse aperte scribit.

Denique mos ipse vetustissimus primae Ecclesiae huic vnus dominationi in Ecclesia repugnat. Nam omnia ex communi consensu totius coetus praepositorum Ecclesiae geri solita fuisse, non vnus autem hominis duntaxat arbitrio, probant hi scripturae loci, vbi congregata fuisse Ecclesia dicitur ad res et negotia Ecclesiastica gerenda, et decernenda et dispicienda Actof. 15. vers.4.22. vers.30. Ioan.9. vers.24. Actor.21.vers.18. 1. Cor. 5.vers.4. 16.vers.3.

Nec in contrarium efficit quicquam eorum ratio, qui omnia, quae tum in coelo, tum in terra fiunt, ad vnum principium, non ad plura reuocari variis exemplis docent, quae fuit ineptissimi cuiusdam Itali et Veneti Cardinalatum ambientis recens pro Papistica et Romana tyrannide in Ecclesia tuenda defensio. Hoc enim verum esse concedimus, et ipsam Ecclesiam vnicum caput habere ipsi contendimus: sed Christum, non autem hominem vllum mortalem, a quo capite, et eo quidem vnico et summo, sunt caeteri, tanquam a sum

CAPVT V.

[p.243]

75 mo iudice, delegati, qui pastores in Ecclesia prae ficiuntur. Et vt inter ipsos delegatos nullus sine sacrilegio et laesae maiestatis crimine summi magistratus ius sibi vindicare potest: ita nec in Ecclesia vel vniuersa, vel particulari quisquam ius summi pastoris et ipsius capitis sine aperta in Christum blasphemia nomem sibi tribuere debet. Quod item obiciunt, olim sub lege fuisse inter Leuitas vnum quendam summum sacrificatorem et
80 Sacerdotem, habet facile responsum. Quia certis figuris sub lege, Christi dignitas, vti Sacrificium adumbrabatur, donec ipse apparuisset, fuisse vnum quendam inter multos fratres summum Sacerdotem, qui Christi figura erat. Itaque fuit ea res legalium caeremoniarum pars, quae omnes Christi aduentu abolitae sunt, et quae sine piaculo a Christianis in vsum reuocari non possunt.

85 Nec efficit etiam quicquam haec quorundam obiectio, qui idcirco purant ab vno quodam (cui hae partes sunt totius Ecclesiae consensu demandatae) veluti Episcopo, aut ipsius officiali, censuram Ecclesiasticam fieri, quia quod agit, vt delegatus ab vniuersa Ecclesia agit, non vt priuatus. Delegatio enim ista nunquam vel ab Ecclesia fieri, vel a quoquam suscipi sana conscientia potest, cum alium ordinem ad seipsam regendam
90 instituire Ecclesia ipsa vniuersa non possit, quam illum, quem Christus et ipsius Apostoli praescripserunt, et obseruari praeceperunt. Illi autem regiam istam vnus in Ecclesia regenda auctoritatem, vt docuimus, siue per vsurpationem, siue per delegationem institutam damnarunt. Neque enim vti homines in rebus politicis, quae ad hanc corporis vitam

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.244]

95 pertinent, multa mutant, instituunt, corrigunt, figunt et refigunt, idque iure et prudenter: ita in ipsius disciplinae et censurae Ecclesiasticae essentia immutare et nouare quicquam possunt, quia huius disciplinae finis, et scopus animas spectat, et ad earum gubernationem refertur, vtque ad poenitentiam homines adducantur. Cuius rei cognitio, efficacia, modus, ratio, et iurisdictio solius Dei propria est, ei nota et relicta: nullius autem regis aut
100 coetus mortalium imperio aut prudentiae concessa. Ergo immutare ipsius censurae et disciplinae Ecclesiasticae fundamentum (quale est, vt ex Aristocratica fiat monarchica administratio Ecclesiae) nemo homo, quamuis Rex et Imperator potest, ac ne vniuersus quidem ipsius Ecclesiae coetus. Accidentalibus quidem moderari possunt, quae pertinent ad faciliorem istius disciplinae et censurae vsum vel praxin. Atque eo sensu concedimus
105 formam disciplinae vel censurae Ecclesiasticae eandem in omnibus gentibus constitui non posse. Nempe cum de accidentalibus, non autem essentialibus vel disciplinae, vel censurae Ecclesiasticae disputatur. Nam essentialia eadem vbique gentium in Ecclesiis Dei esse debent: accidentalibus mutari et variari ex variis causis possunt. Ergo ad plures illud ius, ea cognitio, et potestas gerendi et decernendi et dispiciendi pertinet. Sed vtrum
110 sic ad vniuersam Ecclesiam, nimirum, vt suffragium singuli de Ecclesiade qualibet re Ecclesiastica ferant, vbi aliquis admonendus vel reprehendendus erit. Res. Per solos Ecclesiae ἡγούμενος et prepositos eam potestatem oportere exerceri, etsi totius Ecclesiae communis potestas est, et in ipsius coe

CAPVT V.

[p.245]

115 tus aedificationem a Christo concessa et relicta: non solum autem praepositorum ipso-
rum gratia aut ratione est. Atque nostra haec sententia, cui multi obsistunt, plane est
confirmanda, scilicet ad solos Ecclesiae praepositos eius iuris et potestatis cunctis
pertineret autem ad singulos de coetu et populo Ecclesiae. Probatur autem his fere
rationibus.

120 Primùm autoritate verbi Dei Actor. 11. V. 15. 21. et 22. Petrus et Paulus coram Aposto-
lis et praepositis rationem reddunt sui facti, non coram vno quodam Episcopo: quanquam,
si quibusdam credimus, iam erat Iacobus frater Domini Hierosolymorum Episcopus.
Non etiam singuli de Ecclesia in suffragia mittuntur. Sed coram praepositis Ecclesiae,
qui Ecclesia vocantur, ea tota disputatio disceptatur. Petrus ipse priore Epistola cap. 5. V. 5.
negat se vllum in coetum Domini habere principatum. Iudaeorum mores tempore Christi
125 multa quidem in doctrina corrupta habebant: tamen veteris disciplinae et a Deo insti-
tutae vestigia retinebantur. Itaque cùm Christus ipse suae vitae et doctrinae rationem
redditurus sistitur, conuocantur Scribae, Pharisei, principes Sacerdotum, id est, prae-
positi Ecclesiae, totumque synedrion: non autem solus summus Pontifex sibi de Christo
sumit iudicium. Non item iudicant singuli de populo, sed praefecti Ecclesiae duntaxat.
130 Denique Christus nos iubet ad plures: non ad vnum tantum aliquem referre, si qui nos
offenderunt nobis sponte non reconcilientur Matt. 18. vers. 16. 1. Timoth. 5. vers. 19.

Secundùm: ratione. Est morum coercitio et

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.446]

censura Ecclesiastica cum verbi Dei praedicatione indiuisse coniuncta, et illius tanquam
appendix quaedam 2. Timoth. 3. vers. 16. Malach. 2. vers. 4. Itaque Paulus ipse praecipit,
135 vt qui Ecclesiam pascere volunt, iidem eam increpent 2. Timoth. 4. At Presbyteri sunt
Pastores et ποιμένες Ecclesiae, non autem quilibet de populo. Ergo et ii ipsi, non
autem singuli de populo, Ecclesiae correctores, censores, iudices esse et constitui debent.
Deinde iidem illi curam animarum nostrarum habere dicuntur, vt est Hebr. 13. vers. 7.
Iidem reprehenduntur, nisi nos admonuerint sceleris nostri, Ezechiel. 34. Iidem
140 verbo Dei iubentur Ecclesiae curam habere. Ergo ad eos, non ad populum cognitio et
exercitium huius censurae et potestatis pertinet. Denique vetustissimus Ecclesiae ipsius
Christianae mos et vsus idem probat. Nam semper Presbyteri cum eo, qui Episcopus
dictus est, iudi. carunt de scandalis et censuris quae cuique fieri debent. Ambros. epist. 28.
Cyprian. epist. 39. et 40. non autem vnus ille Episcopus, quantumvis mapis animi dotibus
145 excellens, non item quilibet de populo. Ergo haec iurisdictio est totius quidem Ecclesiae,
ratione potestatis, Praepositorum autem, ratione exercitii et administrationis.

Qui vero contra sentiunt, ad totum Ecclesiae coetum et multitudinem hoc exercitium
potestatis pertinere, afferunt.

150 I Dictum Christi Matth. 18. vers. 17. Dic Ecclesiae. Resp. Ecclesiae nomen illic
accipi pro iis, qui totius Ecclesiae autoritate fulti et vocati legitime Ecclesiae praesunt
ac inuigilant. Sic quod Senatus Roman. decreuit, dicitur Ro

CAPVT V.

[p.247]

2 Obiicitur Paulus 1. Corin.5. qui conuocasse videtur totam Ecclesiam, cū ait vers.4. vobis et meo spiritu conuocatis in nomine Domini, cū de incestuoso iudicando ageretur. Ergo ad illius suffragia haec censura pertinet.i. ad singulos de populo. Resp. Paulum
 155 decernere quidem quid sit faciendum, sed a Presbyteris et a Senatu Ecclesiae: id enim suffragiis populi non permittit. Itaque non pertinet ad populum ea deliberatio: sed ad praepositos Ecclesiae, populo assentiente. Aiunt Quod ad omnes pertinet, ab omnibus fieri debet. Respond. ex Ambrosio in liber de Dignitate Sacerdotal. cap.3 Agi quidem debere a quoque pro loco et munere, quod in Dei Ecclesia gerit. Aliud enim est, quod ab
 160 Episcopo requirit Deus: aliud quod a Laico. Sed cū sint pastores et Presbyteri Ecclesiae ἡγομενοι, ad eos censurae iudicium pertinet, ad quos eosdem pertinet immorigeros Deo diuini iudicii metu iniecto compescere. Ad totam vero Ecclesiam spectat discere alieno exemplo, quenque Deo rebellem poena esse dignum. Itaque publicae censurae in Ecclesia fieri debent ad ipsius aedificationem, et vt intelligant omnes scelera in coetu
 165 Christianorum non esse tolleranda in can. Certum est 5 sed adhuc 24. quaest.4. Aliae obiectiones afferuntur, sed omnino leues Executioni igitur publicae censurae interuenire debet notitia et consensus Ecclesiae audientis et admonitae de poena scelerati hominis et obstinati: ipsius tamen iudicium et executio ad solos praepositos Ecclesiae pertinet.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.248]

Quod autem quidam existimant, vbi est vere Christianus Magistratus, ibi nullam esse
 170 censuram Ecclesiasticam debere, illi certe Ecclesiasticam et Politicam iurisdictionem inter se pessime confundunt. Deinde non vident se refutari Exod.10. vnde Hecienaitieu censura, et poena politica locum in vno et eodem homine et negotio habet, diuerso tamen respectu.

Augustinus certe vixit sub imperatoribus Christianis, et tamen idem liber 11. de
 175 Genes. ad lite. cap. 40. docet solitos esse Episcopos vti aduersus scandalosos homines excommunicatione et censura Ecclesiastica. Item confirmatur, omnibus Synodis, quae sub Christianis imperatoribus habitae sunt, vbi censurae Ecclesiasticae et confirmatae et retentae sunt. Idem denique, si quis hoc etiam genus probationis admittat tota 24. quaest. 4 cruentee pu poenam exigit a nobis scelerum nostrorum tum in corpore, tum in anima.
 180 Nec ea sane est duplex poena: sed vna tantū. Tanta enim peccato debetur, et ea, per quam et animus et corpus peccatoris puniatur, quia peccatum hominis et totius suppositi actio est.

Quibus expositis iam accedamus ad ipsa Pauli verba. Distinguit autem hoc loco homines, Paulus ab Aetate, et Sexu. Ab aetate, alii sunt Seniores, alii Iuniores. A sexu,
 185 alii sunt Mares, alii Foeminae. Hic enim πρεσβυτέρων vocem ad aetatem refero, non autem ad dignitatem Ecclesiasticam, quemadmodum tamen saepe accipitur, velut inf. vers.17.19. et 1. Pet.5 vers.1. Id quod ex ντιθίσει et voce νεωτέρους apparet. Cur autem haec praece. pta danda existimauerit Paulus, ratio est, quod

CAPVT V.

[p.249]

190 oporteat ministrum verbi Dei et pastorem ρθοτομιν, id est, recte et pro cuiusque
 captu et vtilitate dispensare sanam doctrinam, et quae ex ea proficiscuntur admonitiones
 2. Timoth. 2.vers.15. Id quod fecisse Ioannem animaduertimus 2. Epist. cap.2, vers.
 12.13.14. Sed obstat quod hac ratione, quam inducit hoc loco Paulus, videtur haberi et
 praescribi acceptio personarum, quam in vero et fideli dispensatore verbi sui esse vetat
 Deus Malach.2.vers.9. Praeterea cū in Christo neque sit mas, neque foemina, neque
 195 seruus, neque liber, neque senex, neque adolescens, cur ista vel sexus vel aetatis ratio et
 distinctio fit? Respond. Personarum acceptionem non induci, cū omnes reprehendantur
 qui peccarunt. Sed aliud est prudens et fidelis verbi doctrinaeque coelestis dispensatio,
 quam Paulus ρθοτομίαν appellauit: aliud autem personarum gratiosa et damnata
 acceptatio, quae dicitur πρπωποληδία. Quod autem affertur in Christo neque marem
 200 esse, neque foeminam Galat.3, vers.28. alio prorsus pertinet, quam ad hoc argumentum.
 Quaeritur etiam vtrum haec praecepta ad priuatas tantum, an vero ad publicas etiam
 reprehensiones, quae fiunt a Ministris, pertineant. Publicae vero sunt admonitiones, quae
 et in consistorio fiunt, et nomine totius Ecclesiae a senatu Ecclesiastico, vel ab aliquo
 Presbytero, quanquam priuatim et domi fiant. Respond. Quidam ad priuatas tantū
 205 admonitiones et reprehensiones haec praecepta referenda esse putant. Quidam autem
 ad publicas duntaxat. Ego vero ad vtrasque, quia semper ratio aetatis et sexus a nobis
 habenda est.

250 AD I. PAVL. AD TIM.

In quaque enim aetate, vt oportet tractanda magna quaedam non tantū prudentiae, sed
 etiam charitatis pars posita est, quae vtraque et a publicis et a priuatis admonitionibus
 210 nunquam abesse debet, vt suum vsum et fructum habeant.
 Illud autem notandum est, cū ita Paulus nos agere iubet, nolle tamen nos vel
 personarum acceptatores vel assentatores esse, vt alienis vitiis blandiamur et fau eamus:
 sed ne nimium acerba ce uerfugenurratio et oratione vtentes peccatores ipsos a Dei
 doctrina auertamus. Quae certe acerbitas prorsus est inutilis, quanquam tamen grauitas
 215 est a pastore retinenda Tit.1.vers.7.
 Haec igitur sunt de his rebus Pauli praecepta et rationes I Pastor Euangelicus, tanquam
 peritus animorum medicus, pro suae aetatis et sexus ratione tractato quenque, neminem
 imprudenti et acerba agendi ratione offendito. 2 Seniores tum mares, tum foeminas,
 peccantes tanquam patres et matres pastor Euangelicus leniter admoneto. 3 Iuniores,
 220 tum mares, tum foeminas, peccantes velut fratres et sorores idem commonefacito. 4
 Foeminae imprimis autem iuniores ita a pastore Euangelico moneantur, vt summus
 castitatis pudor in ipsa agendi et loquendi cum illis ratione eluceat et appareat.
 Επιλήξης. Quidam ad pugnos et verbera referunt, quae quidem infligi viris se-
 nioribus a Timotheo vetet Paulus: sed perperam. Pertinet enim hic locus ad verba tantū
 225 acerbiora in pastore damnanda: non ad verbera. Nam supra Paulus docuit non debere
 pastorem esse percussorem et τλήκην. Ratio vero horum omnium praece

CAPVT IIII.

[p.251]

ptorum est in vniuersum duplex. Prima, quod omnis reprehensio est ipsa per se iam acerba. Itaque quadam verborum lenitate est mitiganda, et tanquam condienda, vt sit vtilis peccatori, lubentiusque ab eo audiatur.

230 Secunda, quod ista ratione pastores agentes, non impetu quodam animi ferri, sed summa charitate eos impelli apparebit, cum vitia reprehendunt. Maiorem autem vim et pondus habet nostra oratio, vbi sibi persuadent homines, se a nobis non animo iniurandi: sed summo beneuolentiae affectu commoneri, et reprehendi.

235 Quod ad speciales cuiusque praecepti rationes, sunt duae. Prima, quod aetas illa iuuenilis, qualis fuit in Timotheo, omnino rationem hanc agendi necessariam ene suadet. Multo enim odiosiores sunt reprehensiones, quae nobis ab adolescentibus fiunt, quam quae a senibus et maturae iam aetatis viris. Senum enim prudentiam admiramur: atque illis propter aetatem facile cedimus.

240 Secunda ratio, quod haec senum et iuniorum appellatio, quam praescribit hic Paulus, cum lege Dei maxime conuenit et consentit. Illa enim iubet, vt senes, et ipsam senectutem veneremur. Vnde Seniores pro patribus agnoscere suadet. Qui vero sunt nobis aetate aequales, fratrum nominum et sororum fere vulgo, amicitiae ergo, a nobis appellantur.

2 Mulieres natu grandiores, vt matres iuniores et sorores, cum omni puritate.

Cum omni castitate) Etiam in ipso agendi cum illis iunioribus foeminis modo, ne prae-textu mu

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.252]

245 neris et officii nostri, imo vero verbi Dei, videamur impurae libidinis semina quaedam aut irritamenta iacere. Illud enim certe est accipere nomen Dei in vanum.

3 Viduas honora quae vere viduae sunt.

250 Πρόθεεις. Nam inter eas personas, quarum maxima et peculiaris quaedam a nobis ratio habenda est in Dei Ecclesia, merito censentur viduae, de quibus idcirco hoc loco quaedam praecepta Paulus tradit. Viduarum autem, quae in Ecclesia versabantur, aetate Pauli, duplex fuit genus, Vnum earum quae Simpliciter viduae erant: Alterum earum, quae Allectae et cooptatae erant in ministerium Diaconorum. De primo genere agit primo loco Paulus, de secundo postea hoc ipso capite a versiculo 9. et seq.

255 Viduae nobis a Deo commendantur passim in scriptura veluti Exod. 22.vers.22. Zach.7.vers. 10. Psal.146. vers.9. et Luc.7. vers.12. Haec vidua erat, et aspexit super eam Dominus. Itaque in iure ciuili Vidua, Pupillus, et Peregrinus dicuntur Miserabiles personae liber 2. codic. id est, tales, quae sint ipsae per se miseratione dignae: non autem Deo exosae, sed cui sunt plurimum curae, vt mirum videri non possit, si earum curam habuit Ecclesia Dei, praesertim fidelium et piarum. Itaque hos tres canones de viduis subleuandis tradit Paulus.

CAPVT V.

[p.83]

260 destitutae bonis, et aliis auxiliis ab ipsa Ecclesia aluntor, et exhibentor.

Hos tres canones ex tota hac disputatione colligimus. Ac quidem duos ex hoc versiculos nempe 1. et 3. Secundum autem canonem ex sequenti versiculo, qui est 4. Τίμα Hebraeorum more dictum est, vti in praecepto quarto Honora patrem et matrem, qua voce non tantum reuerenter et sollicitè curandas esse viduas a pastore intelligimus, 265 sed etiam alendas ab Ecclesia, et exhibendas, si aliunde non possint se sustentare. Hoc idem praeceptum transferri ad vniuersum pauperum fidelium genus et potest et debet, qui si a suis possunt, debent ali sine onere Ecclesiae: sin minus, ab Ecclesia. Debet enim inter nos ea vigere charitas et tanta, vt nemo inter nos egeat, quemadmodum Dominus ipse praecepit, neque sit mendicus Deut.15. vers. 4. non quidem vt pauperes qui sunt 270 eiiciantur: sed vt alantur a nobis et subleuentur.

Vnde sicolim etiam nondum plane corruptis Ecclesiae Romanae moribus a Gelasio primo constitutum fuit, vt ex omnibus Ecclesiae redditibus fierent quatuor partes (in quibus ipsis etiam fidelium oblationes continebantur) ex quibus vna tantum pars erat Episcopi:secunda clericorum: tertia insolidum pauperum, quarta vero fabricae templi 275 applicanda, quemadmodum relatum est in cano. Quatuor autem et can.seq.12. quaest.2. Adeo vt Bernard. epist. 348. velit etiam sacros Ecclesiae calices vendi et distrahi, vt pauperibus succurratur. Quod antea fecerat quoque Exuperius Tholosanus Episcopus, vt Hierony. scribit,

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.254]

Vere vidua) Quaenam autem illa sit vera vidua postea docet paulus ins.vers.5. est 280 autem quae Pia est, et Destituta omni alia ope. Vnde illa Hieron. definitio, quae est in illius quadam epistola ad Fabiolam non satis huic loco conuenit, vbi de officio pastoris euangelici agitur. Vidua est, ait, cuius maritus mortuus est. Primum enim de piis tantum viduis hic locus intelligitur, non de omnibus: deinde proprie quod ad subsidium dandum Ipeetat, de ns tuneumeomgaut, quae destituuntur omni alio auxilio et ope: non 285 de omnibus egenis, etiam viduis.

Παρακληθῆσις, siue Τάξις. Prospicit enim viduis et docet a quibus illae sint alendae. Nempe a propriis liberis, id est, filiis, nepotibus, abnepotibus in infinitum, si quos tamen illa habet, qui id facere possint. Videtur autem in genere ipso dicendi Paulus alludere ad cap.21. Genes. vers.23. vbi vidua sic describi videtur.

290 Vox igitur Μανθανέτωσαν ad liberos viduarum pertinet. Æqua sane ratio, vt etiam hoc loco nepotes, et in infinitum alii, liberorum nomine comprehendantur, quia ab auia tanquam a propria stirpe suam originem habent, et vt sint. Itaque eos, vti authores, post Deum generis vitaeque suae

CAPVT V.

[p.255]

Ratio huius praecepti hic multiplex affertur a Paulo. I A consequenti vel consentaneis. 295 Sibi ipsis hoc quodammodo liberi impendunt, quod in parentes suos conferunt: habent enim a parentibus, vt sint, et sunt cum illis vna caro et vnus sanguis 2 Ab officio, oportet

liberos rependere parentibus quodammodo quod ab iis acceperunt. Id enim lex ipsa naturae iubet et dictat, quae nos obligat ad ντιδρα, vt Iurisconsulti docent, et ad ντιπελαργίαν, quam hoc loco vocat μάλλιν Paulus. Hoc exemplo Ciconiarum facere
 300 docemur. 3 Ab honesto. Hoc ipsum Deo gratum est et acceptum. Quod ex praecepto Honora patrem, et matrem, satis intelligi potest. Illa enim voce, Honora: non tantum reuerentia quaedam externa significatur, sed etiam subsidium vitae, quod est a liberis parentibus praestandum. Quod officium etiam pietas hoc loco nominatur, et a Platone iustitia. At haec omnia iura semel violant, qui religionis et Monasticae vitae, quam
 305 profitentur, praetextu, se ab ea de parentibus alendis cura nberatos ene contendunt, quod Monachi facti sint. Denique omne liberorum in parentes obsequium abiiciunt, et officium suum, propter votum Monachatus a se semel susceptuii, ccllare et nullum iam vsum aut locum habere debere sentiunt. Quae sane est horrenda impietas et omnis humani sensus violatio. Quod autem de parentibus alendis a propriis
 310 liberis et nepotibus Paulus hoc loco praecipit et tradit, omnino latius patet. Omnes enim eos, qui parentum loco sunt, etiam complectitur: non tan

AD I. PAVL. AD TIM.

tum eos, qui nos e suo sanguine genuerunt, qualis est patruus, amita, matertera, frater, et soror, denique quales sunt omnes, qui nobis aliqua sanguinis necessitudine sunt coniuncti: quos egentes et inopes deserere, cum ipsi abundemus opibus, est certe criminis, nefas
 315 et impium. Est enim Charitatis regula amplianda, et ex pari ratione, quid Dominus nobis hic praescribat, satis intelligi potest. Itaque Leuitic. 18, illae personae, quas commemoravi, nobis parentes ipsos referre dicuntur et pietas Abrahami nora est, qui patrem Thare assumpsit. Daudis, qui omnes e sua familia secum in deserto habuit, et aluit, itemque patrem et matrem tuto loco deposuit apud regem Moabitarum 1.Samuel.22.Idem in
 320 l.alimenta C. de negotiis Gest. ab hominibus profanis responsum est.

[p.256]

5 Porro quae vere vidua est ac sola, sperat in Deo, et permanet in supplicationibus et precibus nocte ac die.

Εξηγησις est siue ρισμός. Exponit enim quatenus sint illae vere viduae, quas supra honorare praecepit. Ex hac autem ipsa descriptione, quales viduae piae esse debeant, intelligitur. Haec autem verba poti? malcandi, quam imperandi modo sunt accipienda, quemadmodum fecit Ambrosius, idque omnino recte, et ex propria Graecarum vorum
 325 significatione. Ait igitur Paulus vere vidua est ea, quae manet in precibus: non autem sic ait quasi praeciens, vere vidua maneto, vel maneat in precibus. Primum igitur harum, quarum cura ab Ecclesia maxime suscipi debet, conditionem proponit, et quam sit

CAPVT V.

pastorum Euangelicorum sollicitudine digna, docet Paulus: deinde ab effectu siue proprio earum munere easdem depingit, nempe a precibus et pietate eximia. Est in cano. Vidua
 330 distinct. 34 aliqua de viduis disputatio ex Hieronym. sed quae nihil, nisi superstitiosum et mancum, habeat. Eae igitur viduae Ecclesiae eleemosynis subleuari debent, quae

[p.257]

describuntur hoc loco. Nam ex his Pauli praeceptis etiam aliae regulae et canones de pauperibus ab Ecclesia alendis sunt decerpendi, ut et Pastores, et Diaconi Ecclesiae intelligant, quos in albo pauperum habere, quibusque ex aerario Ecclesiastico succurrere
 335 debeant, ne, si aliud hominum genus alant, fucos potius quam pauperes fuerint ce-
 paucarint. et temere tendentes Ecclesiae opes profundant. Magna enim cura est adhibenda, ut
 prudenter, et quibus oportet, fidelium eleemosynae distribuantur, ut etiam 2.Thessalon.3
 docet Paulus.

Videtur autem hoc loco proponi duplex verae et pauperis viduae descriptio, una
 340 ab Etymologia ratione et explicatione sumpta, altera ab officio et munere earum. Nam cum
 ait Paulus ἡ ῥα ἑστὶν ὁ μεμονωμένη vocis ipsius ἡ ῥα significationem synonymo
 explicauit. ἡ ῥα enim πρὸ τοῦ ἡ ῥα, quod est desolare, destituere, orbare proculdubio
 deducitur. Hoc autem ipsum vox sequens μεμονωμένη plane designat, quae solam
 esse, desertam, et praesidio destitutam significat. Id quod ex Genes. 15. vers.3. videtur
 345 sumptum. Sed a Latinis ipsis viduertas dicta est calamitas, ut scribit Sextus Pompeius.
 Haec igitur μονώτης et solitudo non tantum marito priuatam esse oportere hanc viduam
 do

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.258]

cet (neque enim aliter vidua dici posset) sed et liberis, et cognatis, et omni alio humano
 praesidio destitutam. Quae iam conditio plane est afflictissima et commiseratione, atque
 350 Ecclesiae et pastorum cura dignissima. Quare ipso viduae nomine, id est, desertae
 et destitutae mulieris appellatione, quae certe statum miserabilem denotat, illae nobis
 commendatissimae esse debent. Vbi enim melior eleemosina, aut vbi iustior misericordia
 esse potest, quam vbi est maior miseria atque afflictio? Neque tamen, si quae viduae eos
 liberos aut propinquos habeant, a quibus praeter officium deserantur, sunt ab Ecclesiae
 355 eleemosyna arcendae, et deserendae, quia perinde est tales cognatos habere, atque
 omnino nullos. Haec igitur est prima viduae definitio.

Sequitur altera, ex qua maior etiam commendationis earum ratio apparet. Eas enim
 vere viduas appellat, quae Pietatem habent, et Eam exercent suo specialique modo, qui
 eas deceat. Quod enim de viduis ait hoc loco Paulus, proprium quodammodo earum
 360 esse videtur, non etiam commune caeterarum mulierum. Est vero utraque definitio
 coniungenda, ut quae sit vera vidua, possit agnosci. Neque enim omnis quae sola est et
 deiecit alieno auxilio, est vera vidua, si pia se non praestet. Neque omnis mulier,
 quae pia est, vidua quoque est, aut ea vidua, de qua hic Paulus agit, quae ab Ecclesia
 debeat ali, veluti si non est μεμονωμένη. Neque enim omnes, etiam, quae solae sunt et
 365 desertae, piae sunt: sed quae utrunque misera experitur, ea demum vere est vidua.

Spes autem in Deum hoc loco continet περιγραφήν

CAPVT Y.

[p.29]

fidei, cuius spes est effectus. Itaque perinde est, atque si diceret Paulus eam esse viduam,
 quae veram fidem habet. Apposite tamen spei potius (quae aduersus res duras et afflictas
 pugnare) quam fidei nunc meminit, quia de afflictis personis agit, quas spes corroborat, ut
 370 intelligamus qualem se praestare Christianam viduam oporteat in rebus accisis, et cum

se omnino destitutam videt. Nimirum igitur in Deum sperare debet, non autem animi dilluuentia detperare, aut propter huiusmodi res aduersas veram religionem abiurare, aut instar infidelium mulierum in Deum ipsum impie murmurare, et blasphemare

375 Permaneat in supplicationibus,) Hoc iam proprium est Christianarum viduarum munus, et earum quae sunt maxime ab Ecclesia subleuandae, vt ipsis externis actionibus et operibus se totas Deo esse deditas atque consecratas ostendant. Itaque συνεκδοχικ ε Paulus a parte et specie totum genus piarum externarumque actionum expressit. Simile quiddam de Anna Phanuelis filia et prophetissa narrat Lucas 2.vers.37. et 1. Samuel.2.v. 22 facta est eius consuetudinis mentio. Ergo assiduitas ista precandi demonstrat huius-
380 modi viduam esse debere, quae, omnibus aliis rebus postpositis soli Deo, ipsiusque negotiis et Ecclesiae inseruiat et vacet. Denique ea curet, quae sunt Domini, non autem mundi huius, vt loquitur idem Paulus 1.Corinth. 7. vers.32. Nam quae nupta est mulier, varia sollicitudine, variisque curis et cogitationibus saepe propter familiam distrahitur, ne tam libere tamque assidue, et frequenter precibus publicis interesse, et de Deo ipso

AD I. PAVL. AD TIM.

385 cogitare possit. Haec igitur sunt quodammodo propria viduarum opera, quia haec assiduitas precationum non potest pari modo a reliquis exigere quae non sunt, vti viduae, ab omnibus impedimentis solutae, sed occupantur in iusta rerum domesticarum cura, qualis erat Martha Luc 10.vers.40.

Obstant vero duo huic Pauli praecepto: e quibus primum est, videri Paulum magnam hominum animis superstitionem iniicere, cum Christianas mulieres vult diem et noctem in precibus permanere. Atque istae videntur fuisse superstitiosae Monacharum et Monialium instituendarum causae, nimirum vt illae nihil nisi precarentur: et tum pro se, tum pro aliis, preces Deo assidue funderent.

Cuius etiam vitae exemplum Messalianorum haereticorum erroribus, et moribus inductum est, sed est prorsus a Dei praeceptis alienum. Itaque Psallianorum haereticorum surculus vel potius propago miserrima fuit istud Monachorum institutum, vt ex Cassiano, qui prolixè omnes istas nugas descripsit, facile colligi potest. Respond. Non laudari hic a Paulo otium illud inutile et superstitiosam precationum institutionem, qualem hodie habent obseruantque Monachi, vel eciuii asii Papistae superstitiosi, qui suas etiam preces venales habent, quemadmodum olim inter Ethnicos praeficae illae in funeribus
400 adhibitae mercenariae: sed tantum ostendit Paulus ecquod sit verum et legitimum earum, quae nullis negotiis domesticis distrahuntur, exercitium, nempe, vt in iis quae sunt Dei, prorsus se occupent, qualis est nimirum precatio, concionum assidua frequenta

[p.260]

CAPVT V_E

cioscereinequū huiusmodi pletutis d'endritatis verissima officia et exercitia.

405 Neque tamen cum haec officia a viduis requirit Paulus, ab iisdem reliquos homines et mulieres, veluti coniuges, excusat: sed ex comparatione, quae etiam versiculo proximo sequitur, docet, quod sit potissimum viduarum mulierum, quae solae sunt atque sine familia, iustum studium ac exercitium. Neque etiam hoc loco vlli verborum demurmurationi, quantunvis assiduae, Paulus pietatem alligat, sed ex opere externo, quae sit

[p.261]

410 interna fides et pietas, et vt deprehendi possit, solū demonstrat. Nam potest in ea ipsa assiduitate precandi inesse damnabilis superstitio, quam non probaret certe quidem Paulus, quales quaedam mulierculae cerauntur maxime in Papatu, quae omnes aras atque omnia templa quotidie circumeunt, tanquam in iis Deus habitet, aut colatur sanctius: aut etiam ipso precum et vocum repetito numero delectetur, contra Domini nostri Iesu
415 Christi sententiam Matth. 6. vers.7. Itaque res suas domesticas, curamque familiae et mariti praeter officium deserunt. Quid de iis dicam, qui coniuges cū sint, etiam in Iesuitarum, id est, pessimorum idololatrarum ordinem, inuitis maritis, cooptari se volunt?

Obstat item quod in Actis Apostolorum 9.v. 39. affertur, vbi alia viduae Christianae exercitia describuntur, nempe opera manuum, labores corporis, qualia sunt nere, suere, sarcire et caetera huiusmodi, quae magnam humanae societati commoditatem afferunt. Respond. vtrunque recte inter se conuenire et consentire. Nempe Deī

AD I. PAVL. AD TIM.

cultui interesse assidue, quod hic describitur: et pauperum curam habere, ac ea, quae prodesse illis ponunt, parare, quou laelebut Dorcas. Vnum enim alterius comes est.

[p.262]

o At quain tuxu viuit, ca viuens mortua est.

425 ὑπὸ θεοῖς est, eaque duplex, Vna quidem, quae superiorem sententiam illustrat ex contraria viduae descriptione. Altera, quae in ipsius versiculi sententia, quanquam breuissimis, satet, habetque magnam emphasin, pulchramque insolentis viduae picturam, quam inf. vers. 13. copiosius postea persequitur Paulus.

Primum igitur lasciuientem et luxu diffluentem viduam opponit verae viduae Paulus. Neque enim huiusmodi ab Ecclesia ali vult, imo potius serio admoneri, vt exitium suum intelligat et apprehendat. Vocat autem eam παταλ σάν, qua voce idem significare videntur Graeci quod vocabulo ὑτρυφάν, vt apparet ex Iac.5. vers.5. Eae vero sunt huiusmodi omnes, quae cū viris sunt orbatae, delitiis, corporis voluptatibus, lasciuiae indulgent, item sumptuosis vestimentis, magnis virotum coetibus inuisendis delectantur,
435 seque stude corpore et vultu et cultu componunt, comunt, et comparant, vt viris placeant, arrideant, ac allubescant, quales pene sunt hoc nostro seculo infinita. Itaque illae etiam ipso Dei flagello miserrimae gaudent, et laetantur, quod viros suos, id est, optimum vitae suae subsidium amiserint. Nam hac ratione se ad omnem lasciuiam perpetranda liberiores esse iam putant. Certum est

CAPVT V.

440 autem semper apud probas mulieres, et bene moratas etiam ciuitates alium fuisse viduarum, quantunuis iuuenes adhuc essent relictas, et alium coniugum mulierum habitum, et cultum vt ex libro Iudith. et historia Thamaris Genes. 38.v. 14. apparet et ex Tertull. non quidem, vt aliqua superstitio in cultu induceretur: sed vt modestia et honestas personarum et ordinum in Ecclesia conseruaretur. Quae certe distinctio honestati, atque
445 etiam ipsius naturae sensui consentanea propter dissolutissimos nostri huius seculi mores

[p.263]

iam sublata et antiquata est, adeo vt magis comptae et dissolutae viduae nostris his temporibus nunc incedant et cernantur, etiam quae se Christianas, si Deo placet, appellant, quam et coniuges et maritatae.

Alterum autem est, quod etiam hoc loco ντίθεςον continet, nempe quod ait Paulus, ζ σα τέθνηκε id est, viuens mortua est. Quae enim potest esse haec vita, quae tōta offendiculi plena est, et certissimum futurae mortis aeternae indicium ac testimonium? Haec autem sententia quanquam contradictionem implicare videatur, vt aiunt, et proriος αδυνατος esse, facile tamen explicari potest, quemadmodum docet hoc loco Chrysostō
Saepe autem vita corporis cum animi morte coniuncta est, vt hoc loco. Saepe autem
disiuncta ab ea, vt cum pii corpore moriuntur, vt animo vi

AD I. PAVL. AD TIM.

uant: mundo moriuntur, vt Deo uiuant. Ergo viduae lasciuiae viuunt quidem corpore, animo tamen mortuae sunt. Sic infideles dicuntur et a Christo et a Paulo mortui 1. Corinth. 15. vers. 29. Matth. 8. vers. 22. Sunt enim ad omnia quae ad vitam aeternam perueniunt, immobiles, et inepti, et inutiles, vt ait Chrysostomus: vnde perinde, atque mortuae merito inter pios censentur hae viduae.

[p.264]

Haec igitur denuntiatio, vt sint irreprehensae.

Haec repetitio, siue potius admonitio a Paulo facta superiorem doctrinam valde vtilem esse docet, neque semel tantum pronuntiandam, sed saepius in Dei Ecclesia inculcandam, vt animis hominum inhaereat altius. Eiusdem autem maximus fructus hic ostenditur, cum, si obseruetur, omne offendiculum sublatum iri dicat Paulus, foreque Ecclesiam ipsam irreprehensibilem, et boni apud omnes ouoria ridelibus autem et infidelibus bene olere debemus omnes.

S Quod si qua suis et maxime domesticis non prouidet, fidem abnegauit, et est infideli deterior.

Α'τιολογία est superioris canonis de parentibus alendis a liberis, et contra, quae tum a turpi ducta dici potest, tum etiam a repugnantibus: est autem haec sententia generalis, quae tam ad mares, quam ad foeminas pertinet. Itaque relatiuo communis generis vsus est Paulus. Hoc autem pro certo et confesso sumit, quod pii fatentur, debe

CAPVT V.

re Christianum quemlibet, siue marem, siue foe minam longe sanctiori viuendi ratione omnibus innotescere, quam infideles homines soleant: adeo vt quaecunque vel honestas ipsa, vel iustitiae et pietatis leges postulant, ea lubentissime omnia praestare studeat. Sic Christus Math. 5. vers. 46. Nam si dilexeritis, eos qui diligunt vos, quam mercedem habebitis, nonne publicani haec faciunt. Est etiam huius hypotheseos et sententiae ratio apertissima ex definitione Christiani viri, et Christianae doctrinae siue religionis. Est enim vir Christianus, qui caeteris hominibus vitae sanctioris faciem in omnibus praefert. Math. 5. Est etiam Christianismus vt Basil. definit Homil. 1o. in Examero. nostra cum

[p.265]

Deo similitudo, quantum humana natura illius capax esse in hoc mundo potest. Est igitur
 480 vir Christianus non tantum, vt caeteri, ad Dei gloriam natus: sed ad Dei optimam similitudinem et perpetuum obsequium deo praestandum et for matus et intentus. Denique vt ait Paulus. 2.Timo.3.vers. 17. ἐν ἡρώπες τὶς π ν ῖον γὰθὸν ξηρτισμένος. Id quod de infidelibus hominibus di ci minime potest. Itaque Paul Rom.33. et Petrus Lepist. cap.3.latum discrimen inter fideles et infideles constituunt: veluti quod appellantur fideles filii lucis, homines Dei, et serui Ben Hre infideles appellantur filii tenebrarum, filii diaboli, et serui peccati. Ergo hic canon est, Christianus quilibet vt caeteris exemplum sit pietatis, suorum omnium, imprimis autem domesticorum curam habeat. Qui secus faxit, fidem abnegasse, et infideli deterior esse censetor. Voce προνοε ν et Animi et corporis no strorum curam complectitur demandatque Pau

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.266]

490 lus quanquam de alimentis maxime agit hoc loco. Neque enim qui corporis et vitae huius caducae curam haber, is animum, qui longe potior hominis pars est, debet negligere: sic interpretatur Chrysostomus: et confirmatur Deuter.11.vers.19. Ephes.6.vers. in verbis ν παιδεία καὶ νυθεαία κυρία. j

Suorum et Domesticorum) omnes intelligit Paulus, qui ad nos siue iure sanguinis, siue iure familiarum et subiectionis pertinent. Est enim omnium illorum a nobis cura habenda. 495 Quanquam enim omnes non sunt pari gradu coniuncti nobis, etiam qui sanguinis necessitudine sunt deuincti, nulli tamen sunt a nobis spernendi et deserendi. Quanquam etiam saepe in alienas familias transiisse videntur nostri liberi, vel per adoptionem ciuilem: vel per coniugia: propterea tamen ius illud et vinculum languens non est abolitum, neque abruptum, vt eos negligere debeamus. Iura enim sanguinis nullo modo 500 tolli possunt. Vnde perpetuo ad nostrum erga consanguineos et cognatos officium praestandum, ac curam de iis habendam iure naturae, diuinique praecepto manemus obligati.

Hos autem gradus statuit hoc loco Paulus, vt Domesticos primum nobis commendet, et praeferat iis, quos δούλους appellauit. Ratio est, quod hi domesticos itenigit Paulus 505 et sanguis sunt noster: atque etiam nostrae familiae pars, quae nobis praeci pue commendatur: et cui a Deo praeficimur speciali atque arctiori quodam vinculo. Non vult autem seruos a nobis propinquis et cognatis prae ferri, etsi serui sunt domesticorum numero fidem abnegat qui secus facit Paulus: duplicem notam huius modi hominibus 510 inurit et Infidelitatis ferinae vel

CAPVT V.

[p.267]

beluinae crudelitatis: vel etiam saeuioris quam ferina est. Quae vtrique ab homine debet certe quidem esse alienissima. Itaque hoc argumentum est a repugnantibus humanae et Christianae charitati moribus ductum.

Fidem abnegare est non verbis ipsis disertis abiurare fidem in Christum, illius doctrinam, quam antea amplexus eras, iam exspuere: sed vim et fructum illius ac praecepta, 515 quae fides Christiana tradit, spernere et conculcare. Qua ratione dicit idem Paulus Tit. 1. vers. 16. multos ore quidem profiteri Christum, qui factis eum abnegant, quoniam

illi sunt Dei verbo immorigeri et rebelles. Docet autem fides Christiana non tantum omnem paternitatem et cognationem hominum inter ipsos esse a Deo. Itaque sperni sine
 520 Dei ipsius contemptu non posse, ut docet Paulus Ephes.3 vers.15. sed etiam eam, ex illa paterni tate, qua Pater Filium generat, quodammodo profluere. Docet etiam nos esse hac lege Deifilios, ut illi tanquam patri obsequamur, et quam cuique homini debuit paternae esementissimae curam, provinciam, locum, et vocationem, eam lucentissime tueamur: neque eam per incuriam aut negligentiam deseramus. Praeceptum enim Dei
 525 Honora patrem et matrem etiam parentes ad curam liberorum et Domesticorum suorum obstringit.

Videtur autem dici posse in istos crudeles aliquid amplius, nimirum eos qui suos negligunt, esse non tantum infidelibus peiores: sed etiam brutis ipsis animantibus deteriores et stupidiores, quae ex se nata suscipiunt, fouent, amplectuntur, et educant,

AD I. PAVL. AD TIM.

ipso naturae instinctu tantum impulsa, id quod certe verum est. Obstare autem videtur
 530 huic comparationi quod Infidelitatis et contempti muneris notam fere facit τορίαν Paulus, uti in epistola ad Roma 1.vers.31.2. Timoth.3. vers.3. At hic etiam σοργάς φυτικάς Infidelibus hominibus relinquit. Resp. Docere Paulum, cum ita Roma.1.vers.31. loquitur: quo tandem delabantur infideles, qui Deum contemnunt: non propterea tamen
 535 eos omnes, qui caelestis veritatis luce destituuntur, σοργύς esse omnino pronuntiare. In quibusdam. n. infidelibus manent istae storgae. At obiici potest, Multi infideles fuerunt στοργον, et suorum negligentes, quos etiam feris ac bestiis saepe obiecerunt ac exposuerunt. Respon. Paulum hic loqui de iis, qui naturam humanam non prorsus exuerunt quales inter eos sunt multi: qui naturales illos et insitos a Deo omnibus hominibus
 540 affectus retinent et sentiunt. Disputat hic insulse Thomas, utrum ex hoc Pauli dicto colligi debeat patres fideles suorum liberorum et domesticorum negligentes, esse πλς et omnino peiores et deteriores infidelibus et ethnicis, ut nullam in re iis sint praeferendi: sed sint utriusque inter se aequales et per omnia conferendi, adeo ut quemadmodum infirmi parvuli baptizari non possunt, neque etiam istorum sideliu parvuli baptizari
 545 debeant. Respon Hoc Pauli dictum esse κατὰτι accipiendum. Quoad ipsos sideles hypocritas, plane in exitium illis cedunt Dei dona ut mitior sit futura conditio et poena Sodomae, quam istorum contemptorum Dei. Quod autem ad ipsa Dei dona, qualis est baptismus suum habent effectum, et firma

[p.268]

CAPVT V.

sunt, atque adeo valent ad eum finem, ad quem Deus dedit illa. Itaque uti ingratitude
 550 Iudaeorum non aboleuit signum foederis nempe circumcisio nem: sic neque improbitas parentum efficit quo minus liberi ex foedere in populo Dei censeantur. Particularis quidem effectus donorum Dei in ipsis improbis nullus est, generalis autem effectus eorundem manet propter baptismum et foedus Dei, ut propterea non sint omnino cum infidelibus exaequandi, nec debeant eorum liberi a Dapilllo atceili

[p.269]

9 *Vidua allegatur non minor annis sexaginta, quae fuerit vnus viri vxor.*

- 555 Τάξις. Ingressus enim Paulus disputationem de viduis, quae ab ecclesia aluntur, canonem addit de iisdem valde necessarium, maxime pro ratione et illius temporis, et huius quod postea sub secutum est. Nam nostro hoc seculo in omnibus reformatis ecclesiis cessat huius canonis et praecepti vsus. Ex quo apparet, quae ad particularem ecclesiae politiam pertinent et pro ratione tantum temporum aut locorum aut personarum constituta et
560 recepta sunt, ea non esse perpetua: sed pro diuersa temporum, locorum, personarum etc. circa constantia mutari posse: quemadmodum etiam ex iis apparet, quae a prima synodo Hierosolymitana, quae ab Apostolis habita est, decreta sunt Actor. 15. Neque enim illa semper fuerunt obseruata, quod in eo cernitur, quod de suffocato constitutum est. Illud enim prorsus hodie et cessat et sublatum est.
- 565 Hic igitur canon de Viduis a Paulo sancitur,

AD I. PAVL. AD TIM.

- vt inter diaconissas ecclesiae, ea demum vidua al legetur, quae sexagenaria est. In quo vox haec, καταλογόω non tantum additionem ad numerum iam constitutum et ascriptionem significat: sed etiam nouam eius ordinis in aliqua ecclesia, si quae iis egeret, nullas dum tamen haberet, electionem. Id quod fieri necesse erat in iis ecclesiis, vti dixi,
570 in quibus nullae adhuc diaconissae erant, et quae tamen iis opus haberent. Itaque et deligi et allegi significat hoc loco de nouo creare, si oporteat, et in album siue numerum iam electarum adscribere.

Loquitur autem Paulus de Vidua fidei, et quae pietatem veram iam professa sit: non autem de infidei, id quod exsuperiori disputatione satis apparet.

- 575 Duo autem spectari in iis viduis iubet Paulus e quibus alterum Abesse debet, alterum Adesse. Abesse haec duo iubet, vt sit minor sexagenaria et Duos maritos habuerit. Adesse autem vult vt I Liberos suos educauerit. 2 Hospitalis fuerit erga extraneos. 3 Misericors erga afflictos. 4 De omni bono opere testimonium idoneum habeat. Itaque ait Chryloto. eadem pene hic a Paulo in vidua requiri, quae supra in episcopis ipsis. Et
580 certe cum hae viduae munus aliquod in ecclesia habuerint, idque publicum, tales deligi oportuit, quae essent aedificationi omnibus siue fidelibus, siue insidelibus et extraneis futurae: ne Dei gloria, et ecclesiae progressio impediretur.

Hoc autem vt intelligatur, totum hoc argumtum altius arcessendum est, nempe ex eo loco, qui Actor. 6. vers. 1. et 9. vers. 39. Rom. 16. vers. 1. 2. Nam

CAPVT V.

- 585 legimus primam et Apostolicam ecclesiam ab ipso sui exordio habuisse mulieres Viduas, imprimis ad certa quaedam et quotidiana tum erga vniuersam ecclesiam ipsam, tum erga fideles pauperes et egenos fratres ministeria destinatas, quae postea Diaconissae ad imitationem marium, qui Diaconi dicebantur, appellatae sunt. Sic enim Phoe ben appellat Paulus Rom. 16. vers. 1. Cur autem id factum sit et inductum in ecclesiam quaeri
590 potest. Nam non modo Paulus 1. Corint. 14. et supr. 2. vetat mulieres loqui in ecclesia, et publicum aliquod munus gerere: sed etiam quaecunque leges politicae recte vtriusque sexus discrimen agnouisse videntur, quales sunt Romanae, idem faciunt. Illis enim mulier

[p.279]

[p.271]

prohibetur publicum aliquod munus exercere l. Mulier.5.de Regul. Iuris. Cur igitur et sibi ipsi iam non consentire videtur Paulus: et recte constitutum illud inter mares et foeminas
 595 discrimen tollere, atque adeo naturae ipsi tanquam aduersari? Resp.neque sibi, neque naturae repugnare hoc Pauli praeceptum: vel antiquissimum illum ecclesiae Christianae morem, quae huiusmodifoeminas ad pauperum ministerium accersiuu, deditque illis in ecclesia munus atque aliquam dignitatem: publicam quidem ratione fructus et vtilitatis, quae ad oīnes ex ta proueniebat. priuatam autem ratione iniunctae ipsis prouinciae,
 600 et descripti deffinitique certis augustisque finibus carum muneris. Differunt enim hae Diaconissae, atque earum munus a Diaconis: quod Diaconi toti aerario ecclesiastico et curae vniuersorum ecclesiae pauperum praeficiuntur: hae vero certo cuidam ministerio tantūm, atque adeo sub

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.272]

Diaconis sunt, quibus subiiciuntur et parent, redduntque rationem suae vocationis: Diaconi vero ipsi, toti ecclesiae. Vnde non tam fuit munus hoc publicum, quam subsidium aliquod a Diaconis quaesitum: partim, quod vniuersis ecclesiae pauperi bus subuenire propter numerum tunc non possent: partim, quod vt et Epiphanius et Chrysosto. ait, pleraque circa pauperes vel aegrotos, vel men sas ipsas ecclesiae parandas commodius a foeminis administrantur, quam a maribus: nec modo commo dius: sed etiam honestius
 610 fiunt et geruntur: vt si aegrotet Christiana mulier, vel aemorroide laboretjaut aliis huiusmodi morbis occultis, et quae ho neste a maribus tractari non possunt. Ad eam enim honestius alia mulier admittitur, quam mas aliquis Diaconus et medicus: ergo honestas hoc munus suasit admittendum.

Deinde necessitas. Neque enim omnia munia et ministeria primum obire potuerunt soli Diaconi, cūm tota ecclesia, more Laconum, simul epularetur, et Α'γάπας et conuiuia communia celebraret in testimonium mutuae charitatis. Sic enim fiebat et vt alii aliis. i. ditiores pauperibus subuenirent, ac ea quae erant victui necessaria tanquam in communi suppeditarentur Actor.4. et 6. Itaque alique subsidiariae oper ae et ministeria, eaque commoda Diaconis quaerenda ad mensarum administrationem fuerunt, ad quae ascitae
 620 sunt hae foeminae. Quas vetustiss. et primaeva ecclesia habuit. Deinde vero caeterae ecclesiae, imprimis autem eae, in quibus diligens pauperum cura et ratio habita est, eum morem, easque Diaconissas retinuerunt etiam post Apostolorum tempora.

CAPVT V.

273

Tertio videntur hae mulieres diaconissae ad Mar thae imitationem toleratae vel inductae in ecclesia, atque ad exemplum earum mulierum piarum, quae Christo ministrabant, de quibus Lucas 1o. vers. 41. 8.vers.3. Vtcunque vtilis visa est ecclesiae pro tempore illa accessio et subsidiaria mulierum opera, antequam essent in Christiana ecclesia Ptochodocheia, Nosodocheia et Hospitalia quae dicuntur, quod commodissimum esset et ma xime idoneum mulierum ministerium quibusdam in rebus, atque adeo aptius, quam
 630 Diatonorum.

Vnde quae aetas secuta est tempora Apostolica, Diaconissas habuit, vt ex conciliis Nebcaesariensi, Laodicensi, et Chartaginensi apparet, et ex veterum scriptis, imprimis autem Epiphano, qui vixit sub Theodosio maiore, et historia ecclesiastica: adeo vt mag-
 635 nae dignitatis postea huiusmodi Diaconissae in eccrenauerunt rursus fienyrias Diaconissa interfuit synodo Chalcedonensi quemadmodum Euagrius scribit liber 2. cap.16. et Pulcheria etiam ipsius Theodosii Iunioris Constantino pol. Imperatoris soror in Diaconissam electa est vt ex Hermio Sozom. facile colligi potest.

Praeter Diaconissas autem neque Presbyteridas, neque episcopissas mulieres habebat Christiana ecclesia, quanquam Pepuziani haeretici nullam Maribus dignitatem in ecclesia
 640 tribuerent, quam eandem etiam foeminis non concederent. At ex Pauli praecepto aliud semper orthodoxa ecclesia obseruauit. Nullum enim huiusmodi munus vnquam foeminis delegauit, quod in docendo versaretur. Itaque Epiphani. Haeres. Collyridianorum quae est 79. sic scribit. Ηρεσθυλερίδες ερίσται κ ιοιν

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.274]

Taii vero do nauī remaihus, et ea quae requirit in istis Diaconissis.

645 Ne minor sexaginta annis. Ratio est duplex, quod Iuniores oportet dare operam liberis et q lasciuunt quae nondum eam aetatem attigerunt, quia nondum plane in iis extinctus est vigor generandi. Quaeritur vero cur sexagesimum annum statuatur Paulus, cū quinquagesimus annus foeminis censeatur prorsus sterilis et infoecundus, vt vulgo an notant interpretes in Luc.1.vet.36. et Iurisconsulti in l.viuiC. de Caduc. Toll. Resp.
 650 Anno quidem 50. fieri vt plurimum steriles foeminas: non taile lemppr Qae dam enim post 50. annum peperisse dicuntur. Ac post 60 nulla est, quae concepisce referatur, nisi miraculo id factum sit, et praeter naturae ordinem, id quod Sarae vxori Abrahami accidit Genes.18. vers.ii. 3.

In sexagenariis autem foeminis videtur vigor ille naturae et prolificus prorsus periisse
 655 et defecisse.

Sed cur tantum tribuit aetati senili Paulus, qui supra Timotheum adolescentem nobis com mendabat.c.4. vers. 12. Resp. Chrysosto, proprie non tribuere Paulum id honoris aetati, quasi sexagenariae lasciuiae fieri non possint: sed quod minus in hac aetate offendicula illa nascentur, quae euitanda postea docet. Neque enim ipsa per se aetas facit
 660 sapientes vel prudentes homines: sed Deus potius et rerum praeteritarum experientia. Deinde cū leges ferantur de iis, quae ε δι τοπο»ο accidunt, non debet propter paucas aliquot sexagenarias insolentes toti etati suus honor

CAPVT V.

275 detrahi. Iam vero, quia haec capacitas non ex aetatis senio et beneficio proprie pendet, imminutum est annorum tempus et spatium a Paulo hoc loco praescriptum, voluerunt que
 665 homines videri spiritu ipso Dei sapientiores. Itaque concilio Chalcedonensi constitutum est, vt statim post 40 annum ctatis eligi mulieres ad istum Diaconatum possent est in cano. Diaconissas 27. quaest. 1.id quod est confirmatum concilio Carthaginensi 4. vt est in cano. sanctimoniales 20. quest. I.in quo postea vane peccatum est, vt docebimus.

Addit Paulus. Vnius vir vxor. Hoc vero probari potest exemplo Annae, de qua
 670 Luc.1.ver.36. Respondet autem illi, quod de episcopis et Diaconis agens idem Paulus
 dixerat. Vnius vxoris vir. Itaque ex illo loco facile iam intelligi potest quae sit vis
 huius loci sententia atque mens. Primum enim non damnat nuptias Paulus siue primas,
 siue secundas, siue tertias siue vltiores, Hanc enim esse diabolicam doctrinam supra
 asseruit cap.4. vers.1.2.3. Deinde non iniicit hunc laqueum viduarum conscientiiis, quasi
 675 praecipiat, vt in viduitate permaneant, etiam eae, quae denuo vel iterum nubere vellent:
 neque hoc loco etiam viduitatem aut coelibatum tanquam per se sanctio rem praefert
 honesto conugio Paulus, vti neque I.Corinth.7. vers.8.9. 34. et 35. Denique cum neque
 ante Pauli aetatem, neque eius seculo vsquam terrarum obtineret: vt vna mulier eodem
 tempo re duobus nupta esset viris (etsi inter Iudaeos vir vnus solebat ex vitiosa patrum
 680 imitatione duas vel plures vxores ducere) satis intelligitur eam dici plurium maritorum
 vxorem esse, quae quan

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.276]

quam est ex iniusta causa repudiata a viro, tamen eo viuo alteri non nubet, sed propter
 vinculum coniugii, et Dei praeceptum, quandiu prior ille maritus, a quo iniuste repudiata
 fuit, viuit, estque superstes, alterius coniugio abstinet. Quae enim ex iniusta, vel potius
 685 nulla causa repudiatur, manet vxor: et vel reconciliari debet vel innupta manere. I.
 Corinth.7.ver.10. Neque tamen impeditur, quae ita immerito repudiata est a viro, viro
 ipso ad alteras nuptias conuolante, quin et ipsa alii nubere possit. Sed hoc praesertim in ea,
 quae in Diaconatum allegenda est, requirit Paulus, quoniam maioris continentiae signum
 et exemplum in ista muliere cerni debeat. Erit autem hoc certissimum, si immerito
 690 repudiata, tamen alteri non nupsit, sed continuit. Sed quid si merito illa repudiata est,
 veluti propter adulterium, vel quod ipsa sit desertrix coniugii? Nemo dubitare tunc
 potest, quin ea ad hoc munus ecclesiasticum eligenda omnino non sit, sed ab hoc
 rene drcenda.

Vult autem Paulus, vt quae est allegenda, fuerit Vxor. Ergo si fuit vel concubina, vel
 695 pellex, vel meretrix eligi non poterit. neque enim sine magno ecclesiae offendiculo tales
 cooptari in vllam ceciellaiticam dignitatem possunt, quamlibet poeniteant.

Ait Paulus. Quae fuerit. Quid si adhuc illa sit vxor, etiam in illa aetate sexagenaria,
 num allegi et ascisci poterit, cum illud, quod de episcopo supra dicitur, Sitepiscopus
 vnus vxoris vir, locum habeat: siue adhuc sit ille maritus et vir vnus vxoris: siue mortua
 700 vxore maritus fuerit et iam esse

CAPVT V.

[p.277]

desierit. Resp. non esse ex mente Pauli eligendam sexagenariam, quae adhuc vxor manet,
 quia de viduis loquitur Paulus: et variis illis muneribus et cu ris nimium illa distraheretur,
 si iam alligata sit viro suo: et tamen cura etiam pauperum illi sit gerenda. Vtrique enim
 oneri ac curae vna satis esse non potest. Nam quae nupta est, inquit Paulus, curat ea,
 705 quae sunt mundi, et quomodo placitura sit viro I.Corinth.7.ver. 34. Ergo ea, quae sunt
 Dei et pauperum, libere, quemadmodum Diaco nissam decet iam curare aut administrare
 non potest. Alia vero et diuersa est ratio viri et episcopis qui quanquam cum est maritus,

curat, quomodo sit vxori placiturus. 1.Corint.7.ver.31. tamen non perinde in ea cura subiicitur vxori, quemadmodum vxor viro. Itaque manens maritus, munus ecclesiasticum gerere ac obire potest.

to In operibus bonis idonec testimanió ornata, si liberos educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subuenit si omne bonum opus est assidue sectata.

Αύξησις Amplificat enim ornamenta futurae et eligendae Diaconissae, quod eam publica voce totius ecclesiae et aliorum etiam extraneorum hominum, qui a fide Christi sunt alieni, consensu vult habere idoneum testimonium et probitatis, et charitatis, et beneficentiae, et curae et diligentiae Hoc idem supra in Episcopis requirebat cap. 3vers.7. ex quo apparet quanti sit momenti publica illa fama et opinio de nobis concepta, modo non temere, sed idoneis argumentis et testibuz fulta spargatur. Est enim velut quidam odor?

AD I. PAVL. AD TIM.

quem nobiscum circumferimus: et siquidem illa bona est, bonus est et suavis gratusque ille odor, quem emittimus: sin vero illa est mala, est etiam odor a nobis effluens malus, et male olens qui alios, cum quibus versamur, offendit. Itaque iubet Paulus, vt quaecunque sunt *ὑψηλὰ*. bonum nomem bonis conciliant, et cogitemus et procuremus. Philip. 4. vers. 8. Id quod etiam Hesiod. lib1. *ργ. κα ημέζ.* praeclarissime versibus monet. ὕψιν superiorē sequitur ξηγησις. Aliquot enim exem plis, et generibus actionum explicat atque illustrat quod generaliter antea dixerat Paul. Affert autem quatuor eorum bonorum operum species, quae maxime futuro muneri et allegendae diaconis sae quadrant atque conueniunt. Cū enim pauperum cura ilircommittendant, quae res et Misericordem animum, et diligentem atque etiam de missum requirit, ea bona opera commemorat Pau nus, ex quibus fuiunnour amius facile argui et deprehendi in nobis potest.

Diligentiae signum erit, si liberos proprios studiose, et diligenter ipsa educauit et curauit.

Minicriturs te hamanus mui deprehendetur animus, si hospitalis fuit, et afflictis subuenit.

Demissus autem illius animus, si sanctorum pedes lauare non est dedignata.

Denique pietas et probitas eius intelligetur, si quodlibet opus bonum assidue et studiose consecrata est. Haec est breuitaer mens Pauli.

Quod si haec tam diligenter in iis, qui ad minora ecclesiae munera vocantur obseruari vult Paulus, id est, Dei spiritus, et ab illis requirit has virtutes, quid sentiendum statuendumque nobis

CAPVT V.

est de iis, qui ad maiora munera ecclesiastica accersuntur et eliguntur? Haene virtutes ab iis abesse debebunt? Minime sane. Itaque in iis et diligentia et misericors animus, et demissus et pius spectetur.

Quod ait. Si liberos educauit mouet dubitationē quasi Paulus steriles sexagenarias, quae vxores fuerunt nullósque liberos pepererunt, ab hoc munere arceat, illisque tanquam

[p.270]

[p.273]

hanc notam inurat propter sterilitatem, vt eligi ad hoc munus non possint. At ee saepe
 745 sunt aptissimae, An non igitur quae fuerunt steriles allegi et cooptari poterunt? Sane
 poterunt. Neque enim vniuersum iudicium, quod de mulierum piarum diligentia haberi
 potest, Paulus restringit ad vnicam curam, et educa tionem susceptorum liberorum:
 sed hoc tanquam verissimum et optimum inter caetera earum diligentiae testimonium
 protulit. Ergo quae mulieres nunquam liberos sustulerunt in coniugio, aut etiam quae
 750 nunquam fuerunt coniuges, possunt, si erunt idoneae, in diaconissas eligi.

Quod ait. Si fuit hospitalis, si afflictis subuenit, mouet etiam quaestionem, quasi solas
 diuites eligi et cooptari ad hoc munus velit Paulus. Illae enim sunt, quae et extraneos
 excipere apud se et suis opibus afflictis subuenire πόρκεσιν enim dixit Paulus id est,
 quantum satis est, sumministrauit egenis) possunt. Quae autem sunt egenae et ipsae 41
 755 pauperes idem praestare nequeunt. Ergo ab hoc munere summoebuntur, quas tamen
 saepe magis esse ad hoc ministerium idoneas, quam dites mulieres certum est, et
 experientia comprobatum Resp. Non excludit pauperes Paulus imò maxi

AD I. PAVL. AD TIM.

me de iis allegendis agit hoc loco. Sed neque etiam diuites ab eodem munere suscipiendo
 arcet: caeterum quae pauper est, potest tamen et misericors et benefica, et hospitalis esse,
 760 et afflictis subuenire, si quantum in se est, illa egenis praestat, si corporis ministerium
 exhibet, si operam suam illis impendit et praebet, quando pecuniam conferre non potest.
 Denique et vidua paupercula, quae minuta duo in gazophylacium misit, maiorem, quam
 alii Iudaei opulentissimi eleemosynam contulit: et Petrus ac Ioannes cū pecuniam non
 haberent, summo tamen beneficio claudum affecerunt, vt est Luc.21.vers.2.Actor.2.

765 Quod idem Paulus ait. Quae lauit pedes.) sumptum videri potest partim ex Gene.18.vers.4.19.
 vers.2.43.vers.24 vbi haec eadem ratio dicendi vsurpatur: partim ex recepto tunc more
 inter Orientales homines. Nam cū qui fere pedibus iter faciunt, fole, nimiòque labore
 incalescant, sunt eorum pedes abluendi vt refrigerentur, recreentur et refocillantur. Qui
 autem equo incedunt et iter conficiunt, non egent fere hoc auxilio et ministerio. Ergo ex
 770 consuetudine loci hoc annotauit Paulus. Hoc autem ipsum magnam animi demissionem
 significat, cū vilissima et sordidissima hominis pars fere sint pedes: quos quaecunque
 ita contrectare, et curare non dedignatur, certe nec vilia quaelibet alia munera et ministe-
 ria, quae pauperibus aegrotantibus impendi necesse est, obire eadem vnquam recusabit.
 Christus ipse in signum humilitatis lauit pedes discipulorum Ioan 13. Idem fecit et illa
 775 mulier, quae lacrymis suis lauit pedes Christi. Luc.7 vers38.

CAPVT V.

11 Porro iuniores viduas recusatas postquam enim lasciuire coeperint aduersus Christum,
 nubere volunt. [p.281]

A ντίθεσις est, ex qua superior sententia non tantū illustratur: sed etiam probatur.
 Ex eo enim, quod subiicit Paulus, apparet, cur demum sexagenarias mulieres allegi
 780 voluerit et praescripserit. Varia enim offendicula, quae a iunioribus oriuntur, id suaserunt.
 Itaque non ea est causa cur sexagenariae demum eligantur, ne diutius alantur diaconissae
 ab Ecclesia: sed ne scandalum praebeant vitae mutatione et lasciuia.

Vult autem vt recusentur iuniores, etiamsi se offerant, et paratae sint hoc munus
 785 acceptare: vel etiam si alias idoneae viderentur. Quod vero, ait Paulus παραιτο, non est
 eo modo accipiendum, quasi in solius Timothei arbitrium totam hanc electionem conferat,
 quam tum ex Presbyterii, tum ex totius. Ecclesiae consensu fieri solitam esse certum
 est: sed ita loquitur Paulus, quod pastor omnium Ecclesiae actionum et electionum
 moderator est. Notandum est autem, quod viduas iuniores tantum recusari et electas a
 790 munere diaconissae deponi ac reiici vult, etiamsi postea nubant: non autem praecipit eas
 excommunicari et eiici de Ecclesia: vel vsu et participatione Sacramentorum arceri et
 prohiberi, quemadmodum de Nonnis et Virginibus postea Synodis ineptissimis sancitum
 est. Atque vtinam haec Pauli moderatio semper in Ecclesia locum habuisset: sed postea
 longius progressi sunt Episcopi, maxime postquam nata est superstitiosa illa de coelibatus
 merito et

AD I. PAVL. AD TIM.

795 dignitate opinio. Primùm enim sanciuerunt Ecclesiastici canones, vt vidua iunior, atque
 etiam vt Monialis, quae post votum nubit, inter digamos tantum censeretur, et reponeretur,
 can. Quotquot 27. quaest. I Post autem inualesc ente superstitione sancitum est, in eas
 aliquid acerbius. Voluerunt enim, vt si qua Monialis post votum nupsisset, vt non tantum
 Sacramentorum vsu priuaretur: sed etiam a toto Ecclesiae coetu excommunicaretur,
 800 quia votum de coelibatu et continenitia vibiarat, quou Deo gratum esse falso et insulse
 crediderunt. Est haec poena constituta in can. Virgines 27. quaest. I. qui ex consilio
 Elibertino decerptus est.

Sed iam quae sint illa offendicula, quae praebent viduae iuniores ad Diaconatum
 electae videamus. Sunt autem imprimis haec duo nimirum, quod I Institutum vitae genus
 805 in magnam contumeliam Christi commutant magnam animi leuitatem et carnis lasciuiam
 demonstrantes. 2 In hoc ipso vitae genere suscepto si perstent, magna tamen Ecclesiae
 praebent offendicula, dum sunt Otiosae, Discursatrices, Nugaces, Garrulae. Caeterum
 cum improbat Paulus quod nubant hae viduae, quae iam electae sunt, non ideo facit,
 quasi secundas nuptias damnet, vel etiam tertias, et quartas, id quod Montanistarum
 810 haereticorum, aut Papistarum Montanizantium proprium est, sed quod tale quid fit,
 oritur ex animi magna, tum Leuitate, quae graues matronas et eas quae sunt hoc munus
 publicum adeptae, non decet: tum Lasciua siue infreni ac indomita carnis petulantia,
 quam tamen abiecis debuerant, et exuisse. Id quod etiam cum Chri

CAPVT V.

stiani nominis et doctrinae contumelia coniunctum est. Irridetur enim Dei Ecclesia, quod
 815 tam leues homines habeat, vt qui munus a se susceptum statim abdicent, relinquunt, et
 huic mundum et carnis delicias praeferant. Quasi Christus a auis parui nat de contemnatur
 aperte etiam iis, ipsis qui tamen maiores in fide progressus fecisse videbantur.

Vox κατασρηναίαν cum sequenti, id est, χειρο construitur. Est autem σρηναίαν
 820 πὸ τῶν σερπεν vel σρηνὲς deductum, quod durum significat et pertinax: qualia sunt
 animantia nimium saginata. Itaque sunt petulantiae plena et indomita, vnde cibus est
 illis detrahendus, vt in ordinem cogantur et pareant, quemadmodum et Xenophon et

[p.202]

[p.283]

ipla rerum experientia faciendum docet. Hac igitur similitudine vtitur Paulus, vt carnis nostrae lasciuia eo turpiorem ac foediorum esse demonstret, quod brutis et petulantibus animalibus comparatur.

825 Chrysostomus autem interpretatur hanc vocem fornicari, sed Apocalyp.18.vers.7. et 9. explicatur eo significato, quo nunc accipimus.

12 Ex eo damnandae quod primam fidem reiecerint.

A ξις est. Amplificat enim harum iuniorum viduarum lasciuia a consequenti, quod hac ratione, et vitae genere tandem sibi extremum exitium acceasant. Nam eo tandem prolabantur, vt Munus a se susceptum deserant, et Fidem ipsam primam Christo datam
830 abnegent. Voces autem has πρώτης πίστεως varie interpretes accipiunt. Alii

284 AD I. PAVL. AD TIM.

de voto non nubendi sumunt, quasi ab iis interponi huiusmodi votum solitum fuerit, cum eligebantur: quod nullo certe scripturae loco probari potest. Alii de fide Christo in Baptismo data: alii de munere Diaconatus acceptato, quod diligenter se praestaturas esse, in eoque perseueraturas pollicebantur. Quod postea cum nubendi pruritu et libidine
835 deserunt, fidem a se datam violant, ac frangunt. Sed ea sententia magis placet arg. vers. 15. infra, quae fidem primam refert ad eam promissionem, quae primum fit a Christo nobis in Baptismo, quam reiicere dicuntur, quae a fide Christi et professione Euangelii postea deficiunt, et ad Gentilismum, vel priorem idololatriam reuertuntur. Sic Athanas.explicat liber 6. de Trinit. Hierony. in praefat. ad Tit. Vincentius Lyrinensis, et
840 est similis locus Apocalyps.2.v.3. Veritae enim probum inter Christianos propter eam animi sui leuitatem malunt prorsus a Christo desciscere, quam husuimodi contumelias audire et pati. Nicolao, de quo est in Actis Diacono id sane accidisse narratur, qui ne opinionem leuitatis et temeritatis inter Christianos subiret, maluit condere nouam haeresin, nouum sibi coetum colligere, et ab Ecclesia discedere.

845 Quae autem hic narrat Paulus, rerum ipsarum experientia edoctus didicerat, quemadmodum ipse testatur.

13 Simul autem etiam otiosae discunt circumire domos: imo non solum otiosae, sed etiam nugaces et curiosae, garrientes quae non oportet.

CAPVT V.

Altera superioris amplificationis pars, in qua iuniorum viduarum in munere Diaconatus permanentium offendicula et mala describuntur. Tria vero enumerat Paulus, non quod sola haec obseruari possint: sed quod maxime soleant. Deinde quod ex his paucis, quae
850 sint reliqua incommoda, quae ex eodem fonte nascuntur, id est, ex huiusmodi iuniorum mulierum electione, facile iam per se potest quilibet intelligere. Ergo eas, etiam dum hoc munus administrant, docet esse, Otiosas (cui vitio discursationem adiungit) et Nugaces, et Garrulas. Garrulitatis autem vitium breuiter definit Paulus dum ait, quaedam loqui quae non ubi: porto noed viela luuo parsunt magna inter Christianos offendicula, quod

[p.]

[p.285]

855 sint contra diuinae legis praeceptum 9. quod est, Non falsum testimonium aduersus proximum tuum dices, quódque ex his infinita mala nascuntur.

Sunt otiosae) At obstat, quod eas ipsas postea vocat σεμργύς, id est, plusquam oportet, occupatas et curiosas. Respond. Haec duo vitia inter se recte conuenire. Nam nihil agentes illae rerum, quae ad se pertinent, sunt in alienis perscrutandis curiosae.
860 Itaque ργαῖ appellantur, quod nihil suum agunt. Ιερίργοι vero quod aliena negotia plus quam sua curant, atque etiam plus quam oportet, quemadmodum ait ille. Excussis propriis aliena negotia curo. Imo vero etsi saepe habent domi, quae agant: magno et turpi animi veterno illa negligunt, vt nimirum de rebus alienis cogitent, et disputent.

Circumeunt domos) Annexum pene semper otio et segnitiae vitium, nimirum discursatio. Hoc
865

AD I. PAVL. AD TIM.

autem praetextu maxime id facere videbantur istae mulieres, quod tanquam publicae quaedam personae, et pauperum curam habentes in alienas aedes possent, solerentque liberrime ingredi 2. Timoth.3.vers.6. Videtur autem etiam his verbis detractrices easdem appellare Paulus, more dicendi Hebraeis vsitatissimo, qui et detrectare et discurrere eadem voce x7 Ragal dixerunt, quod detractores iugiter eant, et referant verba hinc inde ex aliis audita. Peccant igitur hi in nonum legis diuinae praeceptum.

Imo vero) Amplificatio est superioris mali per adiectionem et προθεσιν. Non solum enim sunt otiosae: sed etiam Nugaces, et Curiosae vel plus quam oportet negotiosae φλυάρις appellat Paulus, quos Latini Nugaces, quae vox videtur deriuari a voce.
875 φλύαξ, ακος, quae tumultum hominem significat, quod haec sint duo maxime inter se connexa vitia, Temulentia nempe, et Nugacitas. Itaque vt Plutarch. liber 8. Symposiacion Problema. 1. nihil aliud esse videtur γλυζεία quam λήρησις πάροις. Nugari quoque, ait idem, proprie nihil aliud est, quam vano et futili sermone vti, et eo, qui vel mendax est: vel qui quanquam verus est, ad propositum tamen nihil facit et attinet. Vnde postea
880 rixae, iurgia, et contumeliae oriuntur, atque varia offendicula, Vocem autem ipsam nugae Latinam ab Hebraea nan hagah quod more auium garrire significat deduci putat Iosephus Scaliger in liber Varronis de lingua Latina. Qanquam autem Plutarchus in liber πει ἀδολεσχίας videtur facere φλυκρίας siue ληρήσεως, duo genera, Temulentiam quam ηωσιγ vocat, et δο

CAPVT V.

885 λσ χάιν quam garrulitatem vertunt, quas ita distinguit, vt temulentia sit nimia inter pocula vel inter potandum orta ex vino sumpto loquacitas. Garrulitas vero sit stultiloquium nimiaque loquacitas vbique, et ex qualibet, vel etiam nulla oblata occasione. Itaque garrulus in foro, in theatro, in deambulatione, domi, interdiu, et noctu nugatur, et loquax est. Temulentus autem tantum in mensa et inter pocula: ista tamen distinctio etiam hunc
890 Pauli locum illustrat, et excoule. oeu videtur vtranque quidem, ied maxime secundam speciem hoc loco damnasce Paulus vti etiam Psal.14o. vers.1o. aperte inter vitia pessima recensetur ista nugacitas,

[p.286]

[p.287]

[p.O]

Curiosas vocat tamen eas, quae plura quam deceat, scire affectant, tum etiam, quae diligentius et penitius ea, quae sciri possunt, curant et inuestigant, quam sit necesse. Itaque sunt illae nimium negotiosae, sed vbi non oportet. In quibus autem oportet otiosae. Alio nomine πολυπράγμονες eadem appellantur. Quanquam Plutarch. in libro de Curiositate eos tantum videtur definire πολυπράγμονας, qui in alienis erratis siue peccatis, vnde alteri nascitur aliqua infamia, curiosius indigandis occupant sese. At siue in peccatis, siue in aliis etiam rebus, quae ad nos non pertinent, inuestigandis nimium laboremus, hic πράγμων nomine a Paulo significamur. Quanquam vero haec vitia facere sunt omnibus foeminis communia, maxime tamen eas dedecent, quae caeteris praelucere vitae exemplo debent. Inquirere autem in alienum factum, quatenus illud ad nos spectat: vel Dei gloria proximique utilitas postulat, vel inde promouetur: denique

AD I. PAVL. AD TIM.

quantum ex muneris nostri ratione vel Christianae charitatis officio tenemur, non est curiositas: sed est officium, quod est sane laudandum. Eo denique pertinere videntur postrema huius versiculi verba loquentes quae non oportet. Nec enim de alio loqui prohibemur semper, sed videndum est. Quid, Quomodo, et Quatenus loqui de eo liceat.

[p.286]

Priusquam autem totum hunc de Diaconissis locum finiamus, duo scitu necessaria sunt enodanda. Primum quidem, vtrum eas hodie in reformatis Christianisque Ecclesiis retinere sit operc- pretium, cum nos quam maxime fieri potest, proxime ad veterem et Apostolicam Ecclesiam accedere tum in doctrina: tum etiam in disciplina et politia Ecclesiastica oporteat. Quid igitur? Respondeo aliquod discrimen esse nobis statuendum inter doctrinam veteris Ecclesiae, et inter generalem qua illa vsa est, disciplinam. Nam cum doctrina Apostolica sit Christi ipsius vox et sapientia, cui tanquam vero et vnico fidei et salutis fundamento innititur Ecclesia, certe ab ea doctrina vniuersa ne tantillum quidem a nobis recedi villo tempore debet. Itaque nulla occasio afferri vel fingi vnquam potest, propter quam vel in vno apice, quanquam minimo, doctrina Apostolorum immutetur Matth.5. vers.18. At illius disciplinae vniuersae, quam illa vsurpauit, non eadem omnino ratio est. Cum enim sit disciplina tanquam decorum quoddam vestimentum ad res, tempora, personas accommodatum, fit, vt quemadmodum haec variari possunt: ita possit quoque atque in rebus mutari etiam disciplina vetus. Tantum distinctionem hanc adhibeamus, vt in

CAPVT V.

disciplina ipsa Ecclesiastica, distinguamus ea, quae sunt Fundamentalium politiae Ecclesiasticae, ab Accessoriis et leuioribus. Fundamentalium vero sunt haec in politia Ecclesiastica. Primum vt sit aliqua politia Ecclesiastica, et quidam ordo in Del domo, qui tollat confusionem. Deinde, vt legitimae personarum vocationes, per quas Dei verbum legitime administratur, charitasque et sanctitas vitae exercetur in Ecclesia, retineantur, veluti Pastorcomreiojteri, Diacom

[p.289]

Tertio, vt ii electi legitime et ex praescripto Dei verbo suo munere fungantur, vel deponantur, et remoueanantur.

Accessoria dico, quae, vt haec fiant et obseruentur, in Ecclesia quaque pro tempore, personis et locis statui possunt. Accessoria incolumi manent disciplina in Ecclesia ipsa variari possunt. Maneat enim semper disciplinae fundamentum et pars praecipua, sed tantum ea mutantur, quae commodioris illius obseruationis gratia tunc visa sunt necessaria: veluti vt futurus et eligendus Episcopus a tribus Episcopis, non a duobus tantum eligeretur. Hoc mutari potest incolumi Ecclesia et disciplina. Vt in vrbe Metropolit. electio fiat et examen futuri Episcopi, non alibi. Hoc etiam mutari potest. Itaque vetus Ecclesia in iis rebus saepe diuersam formam habuit et secuta est, incolumi nihilominus Dei verbo, ipsoque fundamento Ecclesiasticae disciplinae retento. Ex quo fit, vt cum hae

935

940 Diaconissae fuerint tantum subsidiariae Diaconorum manus et operae (propter egenorum et aegrotorum ingentem numerum et multitudinem pene infinitam) quo tempore Nosodochiis

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.290]

Xenodochiis, et Ptochodochiis careret Ecclesia postea pauperum numero decrescente et Ptochodochiis constitutis, non fuerunt eadem Ecclesiis necessariae. Itaque neque sunt hodie a nobis retinendae, nisi eadem et par aliqua causa, qualis illo seculo fuit, occurreret, et eas retinere suaderet. Quae cum nulla sit, cessante causa, cesset effectus necesse est. Eodem modo videmus veteres habuisse plures officiorum Ecclesiasticorum gradus (vti apparex aliquot Synodis etiam quando adhuc erat tollerabilis Ecclesiae forma) quam nunc habeamus. Itaque quemadmodum illae dignitates tanquam nobis inutiles hodie

945

950 propter diuersam locorum rerum, et personarum inter nos et illos rationem explosae sunt, et cessant, qualis Subdiaconatus, Acolythatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus: sic et hic Diaconissarum mulierum ordo desiit, nullo prorsus detrimento vel in doctrina, vel in disciplina ipsa ab Ecclesia, accepto.

Secunda vero quaestio, quae ad hunc quoque locum maxime pertinet, est huiusmodi.

955 Vtrum recte a Papistis sanctimoniales sint in istarum Diaconissarum, quas nullius iam esse in Ecclesia vsus videbant, locum substitutae: atque vtrum eorum consilium et institutum sit probandum, et sequendum necne. Respond. Minime id quidem, quia in eo statu hominum et genere instituendo nihil nisi plane Satanicum, superstitiosum, et in Deum ipsum blasphemum a Papistis inductum est. Primum, quia coelibatum illis

960 suis sanctimonialibus tanquam legem ad vitam aeternam assequendam necessariam, et verissimam sanctitatis

CAPVT . V.

[p.291]

partem indicunt. Deinde, quod in eo ipso cultum Dei situm esse contendunt. Tertio quod in iis plis a Patrum consuetudine recesserunt, et a meliori more in Ecclesia iam recepto et inueterato.

965 Quod vt melius intelligatur, rem totam fusius sic explico. Cum κακοζήλῳ quadam homines omnia quae Apostolorum temporibus obseruata fuerant, sibi putarent imitanda, neque locorum, neque temporum, neque rerum dissimilium rationem haberent, etiam et ipsi suas Diaconissas retinere praecise voluerunt. Sed cum posterioribus temporibus et mutatis circumstantiis earum nullum in Ecclesia vsum esse cernerent, magno Ecclesiae

970 malo, magnóque conscientiarum detrimento pessima tamen eius ordinis instituendi ratio reperta est.

Instigabant virgines Christianas quidam Episcopi, vt se Deo dicarent, atque, vt illi loquebantur, consecrarent. Deinde vt in signum istius consecrationis se velo, tanquam castitatis et verecundiae testimonio, semper tegerent, et obnubilarent. Quod ex Pauli
975 consilio facere se et iubere iactitabant II.Corinth.11. Hinc variae Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Fulgentii epistolae ad varias virgines scriptae, quia etiam ante aetatem horum omnium huiusmodi votunii ni magno apud Ecclesiam pretio iam haberetur. Tamen, vt ex iisdem scriptoribus apparet, et imprimis ex Cypriano et Tertulliano in liber de cultu et habitu virginum, hoc totum voti genus etiam conceptum et nuncupatum adhuc
980 liberum erat. In priuatis enim parentum vel cognatorum aedibus huiusmodi virgines, quae sanctae vel consecratae

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.292]

Deo dicebantur, manebant non in vlllo monasterio et simul, etiamsi in eadem ciuitate plures huiusmodi essent. Atque etiam saepe ipsae domos seorsim, quaeque suam, habebant, ex quibus vel solae, vel comitatae cùm volebant, et cùm libebat egrediebantur,
985 nihilque a caeterarum virginum conditione differebant, nisi quod eas caeteris castitatis exemplum esse oporteret. Id apparet ex can. Nuptiarum 27. quaest. 1. Quin etiam postea eadem, si volebant, poterant nubere. Et quanquam in eo opinione quadam leuitatis apud pios grauabantur propterea tamen neque sacra Coena iis interdicebatur, neque etiam ipsae Ecclesia excommunicabantur, vti postea factum est. Hoc igitur mali
990 initium et exordium fuit, sed latiùs postea Satanae astu prouectum atque propagatum est. Primùm quidem his nominibus vocari coeperunt, vt Moniales, Sanctimoniales, Virgines et Nonnae dicerentur. Postea vero Monachae et ad prophanarum imitationem, virgines Vestales: ad quarum instituta reuocatae vetitae sunt, ne priuatas aedes haberent, id est habitacula vel cellulas feorsim incolerent: sed iussae sunt vt in communi habitarent et
995 viuerent. Hoc primum fuit, deinde fancirum est, ne aliae Sanctimoniales censerentur, quam que uiedi Monasterio certo, certaeque regulae sese in perpetuum addixissent can. Perniciosam 18 quest. 2.concil.tamem Agath. vetabantur ista Monacharum Monasteria et cellae (quibus istae concludebantur) iuxta Monachorum et virorum caulas et lustra propter periculum et offendiculum aedificari, vti est in cano. Monasteria puellarum
1000 quaest. 2Coepta sunt autem aedificari earum coenobia ma

CAPVT . V.

[p.293]

xime post annum Domini 700. Antea enim etsi fuerant quaedam, omnino tamen pauca et rara erant foeminarum et virginum Monasteria extracta. Atque tres tantùm earum ordines concessi sunt primùm, et probati eodem illo seculo, nenpe post annum Domini 700. quod tunc demum ex Synodo Hispalensi cap.11. ad instituta Monachorum coeperunt reuocari.i.
1005 ex magna superstitione regi et institui Moniales: id quod antea non fiebat. Tres autem illi Monacharum ordines primùm hi fuerunt, ordo Basilii, Benedicti, Augustini, extra quos nulli foeminae esse licuit Moniali, quodcunque votum vouisset et suscepisset can. Perniciosam 18. quaest.2. Hodie vero infinita prorsus lune carui genera, et adeo diuersa,

vt nihil inter se simile pene habeant. Sunt enim hoc nostro seculo Monachae, Benedictinae, Bernardinae, Franciscanae, Dominicanae, Carmelitanae, Cleranae, Augustiniana, et aliae plures species.

Ita vero primùm fuerat in suscipienda professione constitutum, vt nulla ante 40. aetatis annum votum vllius ordinis susciperet, aut si suscepisset ne obliga retur, can. Diaconissam 27.q. 1.can. Sanctimoniales 20.q.1. Deinde hoc tempus, tanquam longius esset, restrictum est, atque constitutum vt statim post vicesimum quintum aetatis annum posset virgo quaelibet votum Monasticum suscipere, et 20.quaest. 1. Sed et hoc ipsum quoque annorum spatium postea est imminutum, atque sancitum, vt statim post pubertatis annos possent mulieres virginitatem perpetuam vouere: quanquam consecratio earum differebatur vsque ad annum aeta

AD I. PAVL. AD TIM.

tis vicesimum quintum: sed postea receptum institutumque est, vt statim post annos pubertatis, id est, post duodecimum aetatis annum posset, quae votum ordinis et vitae Monasticae suscepisset etiam a Praelato consecrari cano. Puella 20. quest. 2. quem ex concilio Triburiensi sumptum esse volunt. Ante autem duodecimum aetatis annum, ne ex parentum quidem iussu et confirmatione, votum ab iis factum ratum esset constitutum est. Denique ne qua inuita in Monasterium detruderetur, sed si qua ergastulum illud iuventibus parentibus esset ingressa, decimo quinto anno aetatis interrogetur a Praelato de voto, cui si ipsa non assentitur, ne votum ante illam aetatem factum omnino valeat. Sic can. Firma can.Sicut et seq.20. quaestione 1.sancitum est, a quibus tamen hodie plane discessum est. Coguntur enim etiam antequam pene vsum rationis habeant miserae puellulae, vt se in Monasterium aliquot detrudi sinant, quod vel non satis formosae sint, vel caeteris liberis pars hereditatis maior accrescat his in pistrinum istud et Monasterium relegatis.

Quae virgo vel vidua votum ipsa sibi imposuerat, et habitum Monialis assumpserat domi suae vel in aedibus patris: non autem ab Episcopo vel praelato illud acceperat, primum poterat illud, si ronnet portea deponere, neque cogebatur in eo vitae statu inuita permanere, nisi fuisset postea ab Episcopo consecrata. Post autem aliud decretum est. Nam neque deponere illud velum potuit, ac ne ea quae illud priuatim domi suae assumpserat: sed cogetur etiam ante consecrationem factam in eo statu et habitu permanere perpetuo vitae tempore, et Monasterium ingredi can. Si quis sa

CAPVT V.

cra 27. quaest.1.et can. Mulieres cano. De viduis et Puellis eod. Ita nimirum paulatim auctae sunt luperitiones, et dursor conscientiae laqueus iniectus.

Cùm sanctimonialis a praelato consecratur, stola alba induitur, et chrismate vngitur, vt ait Alcuinus. Primus autem eam consecrari instituit Basilius magnus, vt plerique volunt. Post autem eadem foemina vel virgo tondetur. Quanquam ne tonderetur Christiana mulier, et concilio Gangreno interdictum fuerat, et expresso Pauli praecepto, quod ipsius naturae voci et sensui consentaneum est 1.Corinth.11. Socrat.libus 2. cap.43. Sed boni scilicet illi patres omnia iura diuina et nuinanla, vt iuas luperitiones Itabilirent,

peruerterunt: et susque deque habuerunt. Nam et ex cano. Quaecunque distinct.3o.ita in Ecclesia fuisse olim obseruatum quemadmodum dicimus, constat.

1050 Consecratae Moniales habent Monachos qui illis praesint, nimirum oues lupis committuntur, (quanquam tamen vt ab earum accessu isti arceantur ex concilio Hispal. et can. in decima 18.quaest2.sancitum est, sed frustra) Post istam consecrationem nubere istae mulieres ex iure Pontificio iam non possunt. Qanquam olim infamia tantum quadam
1055 in Ecclesia notabantur, et tanquam Digamae tantum censebantur, si quae nupsisset, atque adeo ex concilio Ancyrano et can. Quotquot 27. quaest. ita erat constitutum. Postea vero ipsa superstitione nullum iam modum seruante prorsus ab Ecclesia sunt excommunicatae, quae post istam consecrationem nupsissent can. virgines 27.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.296]

quaest.1.Atque ita miserrimus conscientis hominum laqueus semper durior, et maior inuectus est: et πρὸς τὸ δύναντον tandem contra rerum naturam miserae illae mulieres
1060 sunt obligatae, nempe vt perpetuo coelibes manerent, quantunvis intus aestuarent et magno igni vrerentur.

In Monasteriis autem illis et coenobiis, tanquam carceribus, conclusae horas canonicas, quas Papistae appellant, et aliquot Psalmos tantum cantillant. Nam neque Missam cancre ipsae possunt, neque vasa sacra aut vestimenta, quibus in Missa sacrificuli vtuntur,
1065 contrectare, ac ne quidem sine piaculo attingere audent cano. Sanctimonialis et can seq. distinct.23.Atqui etiam seculo Hieronym. Sacris literis quae virginitatem vouebant diligenter operam dabant, illudque exercitium, non autem cantillandi in templis habebant, quod magis erat tolerabile. Atque has superstitiosas pro iis Diaconis, de quib Paui. nic agit, r'apistae substituunt: quae quales sint. et vt a verbo Dei alienae, atque etiam a
1070 veteribus canonibus et more Ecclesiae dissentaneae, omnes iam vident qui modo aliquid videre possunt. Sed pergamus ad Paulum.

14 Velim igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum administrare, nullam occasionem dare aduersario ad maledicendum.

A ντίθε Qς est vel potius Ε'πανοέρθοβις. Rationem enim subiicit, per quam
1075 superiori malo Ecclesia medori potest. In quo ipso canon vtilissimus, et quidem generalis, qui ad disciplinam Ecclesiasticam pertinet, continetur. est autem hic canon Iu

CAPVT V.

[p.297]

niores viduae Christianae nubunto, et liberos suscipiunt, familiasque suas habento, quas curent, et administrent, vt omnia superiora mala euitent, et omnem nominis Dei blasphemandi occasionem cuilibet calumniatori et aduersario adimant. Singula vero
1080 huius canonis verba momentum et pondus aliquod habent. Volo, inquit Paulus. Primum videtur alienum ab Apostolica dignitate et doctrina praeceptum, mulieribus iam plus nimio nupturientibus et nuptiales laetitias concupiscentibus praecipere vt nubant, Illud enim est oleum addere camino, non autem frigidam soffundere, vel lasciuas illas carnis libidines extinguere Resp. Duplici nomine hoc praeceptum subiiei a Paulo, 1.vt ecquod
1085 sit optimum vitae genus, quod viduae iuniores eligere debeant, vt sint aedificationi, doceat. Nec em ad nuptiales laetitias eas inuitat Paulus, sed docet quae sit ratio omnium

superiorum of fendiculatorum tollendorum. 2. vt non minus Deo gratas esse, quae nubunt, quam quae viduae manent contra superiores errores, de quibus. c.4. sup. dixit demonstret. Nam ex hoc ipso apparet secundas nuptias in mulieribus a Paulo minime
 1090 damnari, imo vero et iuberi et probari, nedum vt viris sint interdictae. Quas tamen Papistae ex Encratitarum deliriis et haeresi damnant.

Quaesitum est autem ad quas viduas hoc praeceptum pertineat, vtrum ad eas tantum, quae sunt pauperes, an ad omnes: Vtrum etiam ad eas tantum, de quibus ad Diaconatum eligendis actum est in ecclesia: an ad quaslibet. Resp. Ad omnes. Id quod ex ratione,
 1095 quae subiecta est, apparet manifeste. Non minus enim diuites, quam pau

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.Ayo]

peres esse possunt otiosae garrulae, et nugaces, itemeque propter perieorum earmis, atque nuptiarum offendiculum infidelibus hominibus praebere.

Volo) Sic et sup.cap.2.vers.8. et 1. Corinth. 7. vers7. sed diuerso sensu. Haec enim vox modo vim praecepti habet, vti in cap.2.vers.8. Modo autem consilii tantum
 1100 cuiusdam et exhortationis, vti hoc loco. Itaque pro subiecta materia huius vocis, volo, significatio accipienda est. Nec tamen illam Papistarum distinctionem probamus inter consilia et praecepta, quasi consilia quiddam et pius et sanctius contineant: cum hoc ipsum consilium Pauli etiam ex eorum sententia minime contineat eam vitae rationem, quae ab illis sanctior cen setur, sed eam potius quae minus ex eorum sententia, sit et
 1105 seuera et sancta. Suadet enim Nuptias, non coelibatum. Praeclare autem hoc loco Chrysosto. negat hic tradi praeceptum a Paulo absolute cui quisquam obstringatur, nisi vt superiora mala euitet. Alias enim nubere aut non nubere viduis liberum est, vti apparet ex 1. Corinth. neque cuiusquam conscientia irretitur et laqueo constringitur hoc loco, si nullum est offendiculum. Atque etiam ex hoc ipso loco apparet secundas nuptias, de quibus proculdubio Paulus agit cum de Vi duarum nuptiis hic disputet, minime
 1110 esse vel dannatas, vel Deo exosas, quicquid vel Montanistae, vel post eos Papistae sentiant: e quibus illi secundas nuptias omnino improbant: hi vero eas tanquam infames impedimentum esse censent ad ecclesiastica munera subeunda. Nihil certe moror dictum vel Tertullia. vel Bernard.serm.59 cant. quorum ille fuit Montanista, iste monachali
 1115 superstitione

CAPVT V.

[p.299]

iam fasciatus. Quod si secundae nuptiae nondam nantur, nec tertiae Aug. liber de fide ad Petr. cap.3. in fine. Bernard.ser. 66. cantic. eam quoque sententiam refutat quae vult honestiora esse inter vir gines connubia, quam quae iam nupserunt.

Uidas. Ex hoc loco apparet, quam sit lasciuiae dedita natura, et ingenium omnium
 1120 hominum: sed imprimis mulierum, de quibus hic agit Paulus: quanquam tamen ab eo malo non sunt mares liberi et immunes. Nam et quae.1. Corint.7. tradit Paulus et hic, aequae ad vtrunque sexum pertinent, quod si offendiculum oritur, et nascitur.

Iuniores sexaginta annis supra definiuit Paulus: non quod tamen omnes, quae ea aetate minores sunt, nubere vent. leu cas tantum, quae liberos suscipere, et familias
 1125 administrare possunt. Nam si quae 50 annos nata est, vel ea sit corporis consti tutione,

vt haec mala fugiat, illi nullam legem dat Paul.hoc loco.

Nubere Tria praescribit, in quibus omne muliebre officium contineri videtur. Nimirum Nu bere, liberos procreare familiam administrare. Nu bere. Hoc pertinet, vti diximus, ad secundas nuptias: et si iam secundo nupserat, et vidua restet, ad tertias et quartas et
 1130 quintas nuptias, qualis illa, de qua Hierony. ait, septies eam nupsisse. Erat Vercellis apud Insubres. Liberos procreare τεκνογονε v. Quid significet vide supra, cap:2. ver.15. Ο κοδεσ ωτε v. Est in verbis Graecis ομοιτελευτον, et orationis ornatus. Hoc autem ικοδεσποτε v est familiam administret, non vt marito suo praesit, et sit superior vxor, sed pro eoiure, quo debet tanquam mater familias caeteris quidem prae

AD I. PAVL. AD TIM.

1135 esse eam vult Paulus interim tamen agnoscere virum caput suum, illique subiici et parere. Nullan occasionem. Subiectio est, quae totius vitae Christianae scopum demonstrat. Nos enim aedificationi omnibus esse oportet Fidelibus et Infide Iibus. Insirmis et Validis. Itaque hac ratione vsus est saepissime Paulus vti sup.3.ver.6.Tit.2.ver.8. sed et Petrus quoque 1.epist. cap.2. vers.12.15. et Christus ipse Math.5.in si.idem argumen-
 1140 tum afferunt. v τικειμένον autem generaliter accipio pro calumniatore et aduersario vti.2.Thessa.2.ver.4. Isec enim Sata ipte maiedieit per se de doctrina, sed homines profani, Infideles et calumniatores detrailunt d de nobis et de doctrina Christi, quam profitemur.

[p.300.]

15 Iam enim nonnulla deflexerunt, sequubae Satanam.

Confirmatio est superioris sententiae ab exemplo. Debent enim aliena pericula reddere nos cautiores ac prudentiores. Nam felix, quem faciunt, aliena pericula cautum.
 1145 ipsum pro exemplo et documento Papistis esse debuit, vt tyranni cas suas de coelibatu leges tollerent, et abrogarent, cum inde tot mala nasci et emergere quotidie cernerent: sed mordicus doctrinam suam non modo retinent, verum etiam ipsi Dei legi impiissime praeferunt. Neque tamen sic semper concludendum est. Illud omne nimirum esse
 1150 mutandum, vnde aliquod periculum, et aliqua discessio ab ecclesia sit exorta. Sic enim omnis et correptio et disciplina ecclesiastica tolleretur, propter quam multi a fide defecerunt, et ab ec

CAPVT V.

clesia Christi recesserunt, vti Nouatiani et Dona tistae. Resp.igitur caussam ipsam secessionis spectandam esse. Nam si quis idcirco deflectit a fide, quod iugum Christi ferre
 1155 nolit, discedat. Sin autem quod tyrannidis praeter Christi legem iugum sibi impositum ferre non potest et recusat, certe illud iugum tollendum est, et demendum. Neque enim quisquam iugum Christi durum sentiet, nisi qui omnino sceleratus et impius esse volet. Ergo quaedam nimio isto rigore coelibatus sam offensae discesserant atque deflexerant a fide, et ad Satanam reuersae erant, abiurata nimirum Euangelii doctrina.

[p.301]

10 Quod si quis fidelis aut si qua fidelis habet viduas, eis subuenito, et non onerator Ecclesia, ut iis qua vere viduae sunt subueniat.

1160 Conclusio est totius superioris disputationis de viduis pauperibus, quae quidem sunt fideles. Contineat auctorem mne loquo eam illi primo si millimum, qui sup. vers.4. explicatus est. Est autem hic canon sextus numero, Quisque fidelis suas viduas alito: Illis, quae a cognatis ali et exhiberi possunt, ecclesia ne grauatur, ut aliis omni auxilio destitutis subuenire et suppeditare possit quod satis est.

1165 Primum quoad verba, Erasmus censet haec a σςη a studioso aliquo qui mentem Pauli plenius explicare glossemate voluit, fuisse addita Vult igitur hunc locum sic restituendum esse τις ποδς χει χόρας. Sed perinde est. Nam etiam

AD I. PAVL. AD TIM.

voxista τις non addatur, tamen ex mente Pauli intelligitur. Nihil enim hic de viris praeceptum est, qui propinquas et cognatas viduas alere possunt, quod idem ad foeminas non pertineat. Nam etiam illae si sunt diuites, pauperes consanguineos suis opibus sustentare et subleuare certe debent, exemplo illius Tabithae de qua est facta mentio Actor.9. et Electae, de qua Ioannes 2.epistola, quae vtraque suis opibus alienos fouit, nedum cognatos fideles egentes, si quos habuit, Item et Ioannae mulieris, et aliarum de quibus est Luc.8. vers. 3. Quaesitum est autem. Quid si illae viduae quae se a piis propinquis ali postulant, ipsae non sunt piae. Resp. Etsi omnibus est benefaciendum, Ut dotet iuem l' auis Galat. o. imprimis tamen de domesticis fidei hoc Pauli praeceptum intelligendum esse, et de Viduis piis, quae nomen dederunt Christo, quarum maxima et potissima ratio semper haberi debet a cognatis piis et Christianis.

Dicit autem Paulus Επαρκε το id est, abunde et copiose sumministret. Αρκε enim est copiose, et quantum satis est atque necessarium, suppeditare. In quo tamen praeclare Chrysosto. annotauit, non praecipi a Paulo, ut deliciae illis Viduis vel a cognatis vel ab ecclesia, a qua aluntur, praebeantur: sed quod ad victum modestum, sobrium ac earum conditioni aptum sit satis et conueniat. Neque tamen sic, ut Viduae illae alantur otiosae et inertes: sed ut illae ipsae victum sibi, quantum arte vel manibus suis vel labore possunt, comparent etiam, veluri lanificio, serificio, suendo, nendo, aliisque rationibus honestis. Quod si istae viduae et pauperes laborent, iam cognati vel ec

[p.302]

CAPVT V.

clesia addat, si quid illis ad necessarium victum deest. Idque pro ipsorum praebeantium facultatibus. Neque enim vel cognati, vel ecclesia cogitur omnia quae viduis et aliis pauperibus desunt, suppeditare, nisi id fieri ipsorum facultates et opes patiantur. Vera est enim etiam inter Christianos illa Ennii sententia a M. Tul. Cicerone recte explicata, ita aliis largiendum esse, ut nostrae familiae etiam subuenire possimus. Pro eo enim quod quisque habet dare debet, et in eo Deo acceptus est: non autem pro eo, quod non habet. Exhaustire enim seipsum prorsus nemo tenetur, ne sit huiusmodi subuentio ipsi subuenienti oppressio, et ne postea ipse mendicet, ut docet Paulus.2. Corinth.8.vers.12.13. Etsi parce tamen grauare et tenuiter non est subueniendum proximo sed luben ter et vti dixi, quantum possumus.

[p.303]

Vtiis. Aequissima ratio quae ducta est a fine aerarii ecclesiastici. Ecclesiam enim ad suos pauperes alendos pecunias a piis collatas habuisse apparet ex Sozom. liber 7. cap.26. et Euang. libus 5. capite. 5. ne praeter aequum se onerari existiment
 1200 propter hoc praeceptum istarum viduarum cognati. Etsi enim ecclesiae aera ium est commune omnium pauperum aerarium tamen videndum est et prospiciendum, ne statim exauriatur: omnibus emm sufficere diu non poterit Reseruetur igitur illud maiori inopiae, et eorum praesertim egestati, qui non habent, unde se aliunde exhibeant, siue sint Viduae: siue Mares pauperes. Qui habent unde aliunde adiuuentur, ecclesiam siam ne
 1205 grauent. Haec sane de pauperibus viduis cura perstitit diu in ecclesia Christiana puriori

AD I. PAVL. AD TIM.

bus seculis maximeque episcopi iuebantur illi prouidere et prospicere ut apparet ex variis Synodotum decretis et imprimis Synodo Chartag.4. postea pontificii παρεπισκοποι, qui nihil omnino, nisi suum lucrum ex ecclesia captant, totam hanc pauperum curam neglexerunt, minimeque ad se pertinere existimarunt: sed ipsi dona Viduis, pupillis, et
 1210 aliis ecclesiae Dei pauperibus destinata sacrilege inuaserunt. Quorum certe bonorum sunt Deo rationem reddituri: atque ii omnes etiam, qui in reformatis ecclesiis, bona, quae ad pauperes pertinent, hodie alio transferunt, et sibi propriisque commodis applicant. Quod faciunt. nimium multi, imprimis aut Nobiles et Principes Christiani. Quid autem de bonis ecclesiasticis sit inter nos constituendum, vide Cal. epist. 372. 394.384.

[p.304]

17 Qui bene praesunt Presbyteri, duplici honore digni habentur: maxime qui laborant in sermone et doctrina.

1215 Πόεσθας Transitio est. Tractat enim iam aliud caput disciplinae et politiae ecclesiasticae Paulus, quod ad Ministerii ecclesiastici munus eque pertinet, atque superior cura et disputatio. Est autem notatum de Presbyterorum, et eorum, qui praesunt ecclesiae munere id est, tum aliorum erga ipsos: tum eorum ipsorum erga seipsos: tum eorundem etiam erga alios officio et cura in vniuersum.
 1220 Ac quidem de aliorum erga ipsos, et ipsorum cura erga seipsos, quid nimirum praestare inter se debeant, ostendit Paulus vsque ad vers.24. variós

CAPVT VE,

que canones constituit omnino et semper ecclesiae necessarios; in nouo cam recte administrare ipsi velint. 101100

Cur autem haec praescribat Paulus facilis ratio est, Nam si vel minimi cuiusque ratio
 1225 in Dei ecclesia haberi debet, multo magis eorum, qui praesunt ecclesiae. Si singuli, qui sunt in ecclesia ordines, regendi sunt certis legibus, ut omnia recte fiant in Dei ecclesia, multo magis, a quibus maius periculum imminuit mlla quaedam hic propeles.

1 Quid praestandum Presbyteris.

2 Quibus Presbyteris.

1230 3 Cur praestari illis aliquid debeat.

Presbyterorum autem nomen hoc loco, et in toto hoc argumento et capite, dignitatis nomen est, non aetatis, quicquid Chrysostomus. et alii contra sentiant uti saepe alibi et

I.Petr.5.vers.1.accipitur. Id autem esse ita accipiendum apparet ex his ver bis, Qui laborant in sermone.

- 1235 Ergo illis, debetur honor, isque duplex, ait Paulus Honoris voce subsidium omne
piumque officium, more Hebraeorum, significatur, vti supra eodem significato vers.3.
Viduas honora et 1. Petr.3.vers.7. Vir vxori honorem tribuat. Sumpta est haec dicendi
ratio ex lege Dei et praecepto 5. Honora patrem. Sunt enim nomine parentum, sed
1240 spiritualium comprehensi, qui nos verbo Dei pas cunt: et praesunt nobis, nósque in
Christo vel genuerunt: vel iam genitos coelesti cibo alunt, quod faciunt hi Presbyteri. I
taque hic canon Pauli ex quinto legis diuinae praecepto ductus est. Consentit autem hic
locus cum 1. Corinth.9. et Hebr.13.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.306]

vers.7.1.Thess.5.vers.12.13.

- 1245 Cùm autem hoc praecipit tam diserte Paulus, oblique taxat illius aetatis ingrati-
tudinem in suos Pastores, nec tantum cauet in futuram posteritatem. Hoc tamen malum
regnat adhuc hodie, et hac ipsa ratione verbo coelesti priuare ecclesias tentat Satan:
multos certe a suscipiendo coelesti ministerio deterret, quod eos efficiat famelicos, qui
Deo ipsi in tam honesta necessariaque causa seruiant: quorum operae et labori nullus
alius, vt ait Chrysostomus, eit tontereuus. Et recte. Ergo quod aliis collatum diceretur
1250 eleemosyna, Presbyteris praestitum dicitur honorarium, stipendium, Debitum, a Christo
ipso μισθός.

- Ait Paulus Duplicis, vt caeterorum comparatione, quibus aliquid etiam specialiter
debemus, eos nobis magis commendat. Sic tamen quidam interpretantur, Duplici honore
perinde et tantum esse, atque si dixisset, Magno. Alii vero comparate hoc dici putant,
1255 alii absolute. Absolute quod et in hac vita digni sint verbi Dei ministri stipendio et
subsidio victus: et in futura vita, felicitate aeterna. Quicerte errant, si nos Ministrósve
ipsos aliquid apud Deum mereri posse putant. Chrysosto. rectius, qui Duplicem honorem
explicat Venerationem ipiotum personae id est reuerentiam: et Subsidium vitae ac
alimoniae. Certe vtrumque Pa storibus, vti Parentibus ipsis, deberi verissimum est. Qui
1260 comparate vero hunc locum accipiunt, referunt ad superiora praecepta de viduis alendis
et honorandis. Istis enim viduis longe sunt magis honorandi Presbyteri et pastores. Quae
sententia videtur huic loco consentanea et com

CAPVT V.

[p.307]

- moda. Non vult autem magnas opes et honores congeri in Ministros Paulus, etsi duplici
honore dicit dignos. Recte Chrysosto. Ego ecclesiae prae sules audenter dixerim, ait, nihil
1265 praeter victum et vertieu habere oporteres verim.cap.o.ver. 8. expli cabitur. Praeclare
quoque Erasmus. Sacerdotes et praedicatores quidam nihil sunt, nisi decimatores.

- Obstat autem quod propriis manibus victum sibi quaesiuit ipse inseruiens ecclesiis:
ergo ipsi θωπτικά sibi comparare debent. Actor.2o. ver.34 Respond. ex Chrysosto
ne pastores inopia coacti a studiis et melioribus rebus distrahantur, iis victum esse ab
1270 ecclesia suppeditandum. Nam et victum sibi manibus artificiόque quaere re, et suo
muneri superesse simul non possunt Mi nistri, nisi dona illa prophetiae et cognitionis

scri pturarum egregia haberent, extraordinaria qua lia certe habuit Paulus. Plusquam belluina ingrati tudo est denegare carnalia ei, qui tibi coelestia praebet vt loquitur Paul. Ro.15.v.27. Neque negat Paulus se ab vllis ecclesiis vnquam accepisse stipendium.2. 1275 Corinth.11.vers. 8.sed eo tm abstinuisset, cùm ecclesiae aedificatio id fieri postulabat. Eodem modo est respondendum, si quis obiiciat Ne he.5.ver.15 Res. Nehemiam id fecisse propter popu li paupertatem: non autem qu victum exigere ab eo non licuisset. Itaque non est lex generalis illud Pauli vel Nehemiae factum, sed singulare quoddam pro 1280 temporis ratione assumptum. Et certe nimis sunt impudentes Catabaptistae, qui illius facti et exempli praetextu omnes verbi Dei Ministros ad manualia opera cogendos esse contendunt, vt victum comparent: aduersus quos praeclare Bulling liber 2.

AD I. PAVL. AD TIM. 308

Tract.7.contra Catabaptistas. Nec fures nec latrones sunt verbi Dei Ministri, qui iosta [p.] a grege suo stipendia, quantum quidem ad victum et vestitum satis est, exigunt, vt isti calumniantur. Nec sunt fuci cùm strenue verbo Dei nauantes operam, ita viuunt siue 1285 manuali labore.

Secundum caput, est quibus Presbyteris debeatur? Resp. Iis presertim qui in verbo Dei et Doctrina laborant. Ergo est duplex Presbyterorum genus, Vnum eorum, qui Doctrinae coelestis sont Ministri: qui nihil ab episcopis et Pasto ribus differunt: Alterum eorum, qui moribus fidelium tantum inuigilant, et eos inspiciunt, ne quid offendiculi 1290 in ecclesia Dei ex quoquam oriatur. Hi sunt, quos in Gallia vulgo Supervigilantes dicimus qui vna cum Ministris verbiDei con sistorium siue Senatum ecclesiasticum constituunt. Sed quaeritur, vtrum hoc postremum genus Presbyterorum sit negligendum ab ecclesia. Respon. Minime vero, siquidem isti quoque egeant: sed primum genus magis commendatum nobis esse debet Ex quo fit, vt Paulus addiderit. Ma xime. simi 1295 lis locus Galat. 6.vers.6. Ait enim communicet qui instituitur in sermone ei, qui se irstituit, omnia bona. Obstat quod ait Christus Matth.10. vers. 8.Gra vis ac cepistis, gratis date. Resp. Eum gratis praeesse et pascere gregem, qui nec lucrandi nec ditiescen di animo id facit: quanquam victum sibi necessarium a grege, idest ab ecclesia accipit, quemadmodum docet et Christus eodem loco, et Paulus 1.Corinth.9.2. Corinth.11.vers.8.

1300 Vult autem istos Presbyteros laborare, ergo non otiosos esse vult, non etiam perfunc- torie

CAPVT V.

tantum fungi suo munere: non denique pro sua tantum commoditate inseruire ecclesiae: sed magno animi zelo, totisque et animi et corporis viri bus incumbere, vt optimam muneris sui rationem Deo reddere possint. adeo vt saepe de se testetur Paulus se 1305 non tin laborasse, sed etiam lassitudinem, quasi exhaustis viribus, passum esse, tantae aerumnae corporis in eo faciendo nimirum saepe sunt (vt 2. Thes.3.ver.8. docet ipse) preferendae, ne sint muti canes, vt ait Isaias. Sed et laborare in sermone et Doctrina, non qualibet, sed coelesti et Euangelica iidem iubentur, per quam homines adueramn agnitionem Dei deducant. Quidam sermonem pro exhortationibus accipiunt. Doctrinam 1310 pro ipsa traditione methodica coelestis mysterii Quod vtrunque fit concionando. Optime

[p.309]

Chrysosto. qui docet exigi a pastore his verbis, vt Predicet, doceat, et concionetur: non tantum vt studeat et vr operam det priuatim Dei verbo, illudque n ditetur et speculetur ipse, vel vt vite sanct? „ plo gregem suum instituat. Docere igitur det pastor, et eatenus officium facit, quatenus viua vo ce illud exponit. Ite, ait Christus, docete. Ergo qui
 1315 absunt a suo grege: qui in grege ipso muti sunt: qui etsi per alios docent, ipsi nunquam id faciunt, omnino sunt indigni nomine Pastorum et Presbyterorum: et duplici illo honore, de quo agit hoc loco Paulus, priuandi

18 Dicit enim Scriptura, Boui trituranti non obligabis os. Et, Dignus est operarius mercede sua.

Αἰτιολογία est, in qua tertium caput eontinetue

AD I. PAVL. AD TIM.

nempe. Cur hic honor Presbyteris debeatur. Affertur autem a Paulo ratio duplex, quarum
 1320 Prima ducitur ab exemplo, quod etiam diuina lege comprobatur. Secunda ab officio et communi hominum sententia. Ergo videtur hic vti duplici autoritate Paulus, nimirum Diuina et Humana: Dlustia, cum ast. Diit entin seriprura, Boui trituran ti etc. qui locus sumptus est ex Deut.25.ver.4.et1. Corint.9. ver. 9. explicatur fusius ab eodem Paulo.

Humana vero autoritas est, cū ait, Dignus operarius mercede sua: quae in prouer-
 1325 bium abiit, ipsa naturae voce inter omnes mortales confirmata: adeo quidem vt cū Christus ipse hoc idem dixit Math.10.vers.10. Luc.10.vers.7. ex communi prouerbio sumpsisse videatur. Nihil enim hoc di cto magis tritum est, et vulgare. Nisi quis fortasse ductum malit ex eo, quod saepe in scriptura legitur, esse dignum mercenarium mercede sua Deut. 24.vers.15. Genes.31. vers.12. Ad quod ipsum quoque respexit Iacobus
 1330 cap.5.vers.4.

Neque tamen, etsi dignus est Pastor suo stipendio et suo honorario, tanquam merce
 de, propterea pascere gregem debet eo animo, vt inde stipendia accipiat, et mereatur. Nam huiusmodi animus est Auaritiae (quae est omnibus fugienda, imprimis autem
 1335 Pastoribus Luc.12.vers.15.1. Petr.1. vers.2.)surculus, quanuis non expetat inde ditescere, vel opes cumulare. Praecipuus enim Pastorum scopus esse debet Dei ipsius gloria. Victus autem ipsorum est accessio quaedam tantū, quem idcirco petunt et spectant, quia ad faciendum et melius, et alacrius, et liberiū officium, ille ne ceslarius est.

CAPVT V.

Mirum autem est praetermissam hic esse confir mationem huius sententiae, quae fieri
 potuit exemplo Leuitarum, qui a reliquo populo Israelitico ale bantur Dei iussu ex decimis,
 1340 et aliis oblationibus: sed ab eodem Paulo in 1.Corinth.9. vers 13. haec ratio non est neglecta.

Vnde errant, qui stipendia Ministris tribui putant tanquam meras et gratuitas tantum
 eleemo synas putantque liberum esse ea persolvere vel non: debentur enim vti iustissima
 1345 merces, etsi nulla est tanto eorum labori aequalis, quemadmodum ait Chrysosto. Scholas- tici et Canonistae in cano. Qui pro pecunia 1.q.1.cano. Altare.1. q.3. distinguunt inter

[p.310]

[p.31]

illud quod accipitur tanquam Pretium ope rae et Sustentatio vitae, Illud quidem accipi a Pastore hejdiit ponemue cutem concedun nec est sane inutilis vel incommoda. ista distinctio. Vide Durand. in liber 4. Sent. dist. 25. quest. 3. et 4.

19 Aduersus presbyterum accusationem ne admittito, nisi sub duobus aut tribus testibus:

Transito est: iam enim agit desecunda huius ar gumenti parte nimirum ecquod sit ipsorum
 1350 Pres byterorum aduersus seipsos et collegas suos offr cium, ne quid ex ea parte offendiculi nascatur. Imprimis enim cauendum est, ne illi se miutuo excusent et sibi parcant, dum tamen alios castigant seuere: atque ne in illis locum habeat prouerbiu vetus, Mu tuo muli scabunt. Potius illis in mentem veniat illa Christi sententia, vos estis sal terrae si sal euanueritin quo salietur? vos estis lux mundi. Math. 5. verf. 13. 14. Item illa, sint lumbi
 1355 vestri praecincti et lucernae ardentes in manibus vestris. Luc. 12. ver. 35. Sed et illa quoq;

A D I. PAVL. AD TIM.

Petri debere pastores toti gregi esse exemplar vi tae sanitate doctrinaeque puritate, caeterisque praelu cere. 1. Petr. 5. vers. 3. Ergo quemadmodum vna ex parte diligenter illis cauendum, est ne propriis collegarumve peccatis connueant: sic ex altera parte prospiciendum, ne ad facilem criminationem et accusationem aditum aliquem proteruis
 1360 hominibus et iugum disciplinae ecclesiasticae renuentibus et excutientibus praebeant. Falsa est qui dem illa Papistarum ratio, qui postquam vniuersum Domini gregem distribuerunt in Laicos et Clericos, fingunt laicos esse infestos acperpetuos Clericorum hostes, eósque innato quodam ex clericalis dignitatis fulgore et priuilegiis odio prosequi. Itaque cano. Nullus laicus, et cano. Laicos. 2. quaest. 7. omnes laicos, quamuis probatae
 1365 vitae vi ros pontificii ab accusatione et testimonio in clericos dicendo summouent. Sed peruerse. Primum enim contra Christia. charitatis praecepta illud odium in omnibus, qui subiiciuntur, inesse praesumunt, cum non sit charitas suspiciosa. Deinde res ipsa docet, qui Christiani aliis subsunt, eos propter Dei verbum ex animo pastores, praepositósque suos diligere, illisque subiici lubenter velle, quia non sunt pastores euangelici
 1370 animorum tyranni. Quid igitur? Possunt fateor in ecclesia Dei esse effenes homines: possunt esse simplices: possunt esse hypocritae et astuti, qui cum doctrinae ipsius firmitatem concutere non possunt: neque aliter mysteria arrodere: in personas ministrorum debacchantur impudenter, vt eorum autoritatem eleuent et imminuant quantum possunt. Atque ea semper arte Satan tacite tanquam

[p.312]

CAPVT V.

per cuniculos Ecclesiam Dei conatus est euertere. Itaque huic et Satanae technae, et improbo rum audaciae fuit occurrendum, praeccludendusque huiusmodi criminationibus aditus. Imprimis quod multorum accusationi et calumniis obnoxius esse solet, qui in omnium oculis versatur, qui in vitas omnium inquirat, qui omnium vitia reprehendit, tam sunt nimirum homines correctionis impatientes, vt recriminatione etiam falsissima sese
 1380 vlcisci studeant aduersus eos, a quibus tamem merito arguuntur. Est autem hoc pastorum

[p.333]

officium, vt est Ezechiel. 18. tanquam hominis in specula collocati qui despicere omnia, ac turpia quaeque redarguere debet. Ex quo fit, vt sint multis odiosi, et malignorum obtreptionibus pateant, sintque obnoxii. Id quod in causa. Bonifacii. docet Augustinus. epist. 137. Vnde huic quoque periculo cauendum et prospiciendum fuit Vtrunque autem
 1385 hoc malum, de quo diximus, excludit et summouer canon, quem sot loco sancit Paulus, aut potius Dei ipsius spiritus. Est autem huiusmodi, Presbyteri ne aduersus Presbyterum facile vel accusationem ipsam admittunto, nisi duorum ver trium testimonio crissien cūm defertur, sit statim confirmatum.

Qui canon vt commodè declaretur, sunt haec tria ordine nobis perquirenda.

1390 Primum caput facile est, et ex superioribus versiculis satis apparet. Agit enim de iis, qui dignitatis, non autem aetatis ratione Presbyteri sunt.

AD I. PAVL. AD TIM.

quorum officium et munus in fine huius capitis persequitur et exponit sigillatim. Quan- [p.34.]
 quam aliud sentit Chrysostom. et ad aetatem refert, cui, tanquam minus ad peccandum procliui, vult parci, minusque facile aduersus eam vel solam ipsam acculationem adinitti
 1395 oed naee ratio Chrysost. saepe quidem apparet falsissima cūm senes quosdam videamus ad omne scelus propensissimos.

Secundum igitur caput est. Quid de Presbyteris hoc loco Paulus praecipiat. Resp. Ne contra eos vel sola duntaxat accusatio, citra duorum vel trium testimonium, excipiatur vel a toto collegio Presbyterorum, vel ab vno aliquo Presbytero, nedum vt condemnatio
 1400 de iis temere a quoquam fiat. Quaerunt autem, quid hoc nouo praecepto fuerit opus, et in Presbyteris praesertim, de quibus hic aliquid speciali' sancire Paulus videtur, cūm in omni accusatione hoc ipsum locum habere videatur. Nam Deut. 17.vers.6. sic ait lex Ex ore duorum vel trium stabit et ratum erit verbum et accusatio, quae fiet de aliquo. Itaque hoc ipsum tam leuis momenti quibusdam hoc loco visum est, vt omnino delendum
 1405 censerent, tanquam inutile et superuacaneum, cūm tamen singulare priuilegium, et a Deo ipso pastoribus et Presbyteris concessum contineat. Respon. igitur aliud esse Accusationem ipsam, aliud Iudicium, quod de accusato fit, continetque vel absolutionem vel condemnationem rei a iudice factam. Iudicatio igitur siue sententia sine testibus et legitimis probationibus in vniuersum a nemine fieri debet. Ac eo pertinet locus Deuter.
 1410 17. Accusatio autem ipsa certe admitti sine testibus a Iudice

CAPVT V.

de quouis alio potest, praeterquam in hoc casu verbo Dei expresso: si modo, qui accusant non sunt omnino infames personae: vt est praeclare responsum ab Eusebio Vercellensi Episcopo, et extat in canone De accusatoribus³ quaest.5. Presbyteri igitur admitti a collegis sine testibus, iisque duobus vel tribus, ne accusatio quidem ipsa potest. In quo
 1415 est Presbyterorum praerogatiua praeter caeteros homines hic a Paulo expressa, quia variis hominum calumniis, multorumque inuidiae sunt obnoxii.

Testes autem eos hic requirit Paulus, qui in caeteros reos audiri et admitti possunt, non alios. Ergo huius canonis et priuilegii ratio (in quo tertia hui' versiculi pars posita erat) apparet esse, non quod presbyterorum peccatis, et vitiis parcere et conuiuere

1420 suadeat Paulus (quos grauius propter dignitatem peccare certum est) non quod priuilegia
 fori et immunitatis personis Ecclesiasticis tribui velit, qui Romanor. 13. omnes atque
 etiam pastores ipsos magistratibus subditos esse iubet, vti et Petrus I.Pet.2.vers.17. Non
 quod semina odii et suspicionum inter gregem et pastorem serere, aut alere cupiat: sed
 1425 quod rerum iplarum experientia doceat quosdam odisse principes et eos omnes qui sibi
 praesunt: atque etiam tantam esse humanae mentis malignitatem, vt eos qui vitia nostra
 reprehendunt, maxime in odium ac inuidiam aliorum adducere conemur. Cui malo et
 effraeni licentiae occursum esse sapienti isto remedio voluit Paulus.

Illud autem priuilegium, vt Episcopi nonnisi a septuaginta testibus, iisque non Laicis
 homini.

AD I. PAVL. AD TIM.

1430 bus conuicti damnari possint prorsus impunitatem peccandi dat Episcopis. Quod tamen
 canon: Placuit 2.quaest.4. continetur. Item illa clericorum praeuilegia, per quae vetantur
 in vniuersum Laici clericos accusare, et inter clericos ipsos ii, qui inferioris sunt gradus,
 prohibentur superiores deferre, aut in eos testimonium dicere, sunt omnino tollenda et
 1435 abroganda, tanquam nefandissima omnium scelerum in Episcopis vela. Atque illa omnia
 late 2.quaest.7. per totum explicantur.

Fenestram enim ad nequitiam patefaciunt, et nullum Episcoporum corrigendorum
 locum relinquunt, planeque pugnant cum mente Pauli.

20 *Eos qui peccant, coram omnibus argue, ut et reliqui timeant.*

Alter canon de poena Presbyterorum sic conuictorum. Est autem hic, vt Presbyteri, qui
 publice et notorie peccarunt, publice, id est, in coetu totius Ecclesiae arguantur.

1440 Ratio autem est, quod huiusmodi crimina et facta, quae pluribus testibus probantur,
 etiam antequam delata sunt, pluribus sunt nota, praesertim vero si a Presbyteris com-
 fuerit. Vere enim ille Nam lux altissima fati, Occultum nihil esse sinit. Cum igitur
 crimina illa pluribus iam innotuerunt, et in ore hominum et cognitione versantur, sunt
 iam publica. Ex quo fit, vt etiam sint publica cenfura notanda, et publice arguenda,
 1445 quemadmodum hoc loco praecipit Paulus.

Deinde cum Presbyteri caeteris exemplo esse debeant vitae sanctitate, ita et poeni-
 tentia, si deliquerint: et censura atque castigatione, si non resi-

CAPVT V.

puerint, vt sint de populo reliqui ad iniuriam, et peccandum tardiores. Sed etiam olim
 reliquis Ecclesiis significabantur ii, qui ob scelus erant depositi, vt ex concilio Carthagi-
 nensi 1. et 2. apparet, et ex Cypria. Atque has literas formatas appellabant. Certe
 1450 Presbyter Flavianus Episcopum suum publice reprehendit, quod in Christiana religione
 veram fidem simularet, vt ait Theod.libus 5.cap.3. et idem liber 5.cap.28. Laudat
 Chrysostom. quod suos Presbyteros libere, tum moneret, tum publicis censuris casti-
 garet. Vt autem male agentes Presbyteri sunt semper reprehendendi: ita bene agentes
 1455 sunt et cohortandi et laudandi, vti Episcopi Aegyptii Athanasium exulem propter fidem
 aliis Ecclesiis commendauerunt, vt apparet ex Tripar. histor. liber 4.cap.19.

[p.310]

[p.317]

Plato annotat tria esse supplicii, per quod crimen punitur, genera κόλασιν, τιμιν, οράδεγμα. κόλασις est in ipsius delinquentis corpore et sensu inflicta poena, vti ictus fustium, abscissio auriculae. Tiuñ poena ea, quae ob publicam tranquillitatem violatam
 1460 imposita est, qualis est infamia, exilium, multa pecuniaria. Neutra castigatio pertinet ad Ecclesiam: sed ad magistratum quanquam ab Eugenio primo constitutum est, vt liceret Episcopo luos Presbyteros criminis conuictos carcere multare, qui certe fuit manifestus potestatis abusus. Παράδειγμα est poena, quae caeterorum erudiendorum vel terrendorum causa publice constituta est, atque haec ab Ecclesia imponi potest.
 1465 Verbum inde est οράδειγεόςθες, quo vtitur Mat. I
 1 Quod est Matth. 18. vers 15. Mitius repre

AD I. PAVL. AD TIM.

hendendos esse qui peccant, quam hic Paulus iubeat, nimirum inter nos et illos solum. [p.110]
 Res. Illud Chri sti dictum de priuatis offensis intelligendum esse, nimirum cū nos priuatim laesi sumus, necdum offensio publice innotuit. Hoc autem delictum, quod
 1470 publice docet arguendum Paulus, est publicum. Nec enim nisi propter publica aut publice nota crimina vel peccata reprehendi in coetu Ecclesiae quisquam debet, siue is sit pastor et Presbyter, siue priuatus. Atque ita hunc locum explieat Aoguitmus, nempe de peccatis Presbyterorum, quae non latent, sed publica sunt. De Corrept. et Grat. cap. 16. cuius sententiae plane assentior.
 1475 2 Obiicitur, peccata quae occulta esse oportuit, nota fieri hac ratione. Id quod et ab officio hominis Christiani alienum est, et pugnat cum aedificatione Ecclesiae, ac illa veneratione, quae deferenda est praefectis nostris. Respond. Ea tantū argui publice ex hoc Pauli praecepto posse, quae publice nota sunt: non autem quae occulta sunt, quaeque celari, et ad caeterorum aedificationem tegi oportet, vt in exemplo Petri a se publice
 1480 in Ecclesia reprehensi apparet Galat. 2. vers. 14. In summa omnino disciplina aliqua Ecclesiastica opus est in Ecclesia Dei, si modo hominum effraenem licentiam coerceri, et morum sanctorum neruum aliquem, atque vinculum inter nos retineri volumus. Id quod, etsi verissimum est, Doctoris tamen eximii, et primarii D. Ro. Gualteri verbis potius, quam meis intelligi malo, qui in praefatione doctissimorum illorum suorum in
 1485 Galatas commentariorum ita scribit. Quare, ait,

CAPVT V_s

Ecclesiis disciplina opus, est sine qua non magis consiStere possunt, quam res domestica, quae patrefamil. et moderatore idoneo destituitur: non magis item, quam Respubus quae nullis legibus gubernatur, aut nullos habet legum vindices. Etenim non minus vere quam prudenter tum puuamuracimnt, matu esse sub principe viuere, sub quo nihil liceat: sed
 1490 multo peiorem esse eorum sortem, qui principem habent, sub quo licent omnia. At qui huic loco commodū adicere libet quod idem Doctor praestantissimus et pientissimus in iisdem commentariis ad cap. 2. Homil. 14 his verbis disertissime, sanctissimeque scribit. Admonemur hoc exemplo (de Petro a Paulo publice reprehenso agens) ait nullam vel in Ecclesia, vel in Republ. dignitatem esse tantam, quae censurae et reprehensioni
 1495 eos eximat, qui aliquid praeter officium faciunt. Etenim cum omnium Dominus sit Deus,

eius quoque verbo omnes homines cuiuscunque sint loci, aut circunis, uuei, et voeuire vonnent, et ad omnes veroi Detpracones pertinet, quod olim Hieremie dicebat Deus, Ecce ego te facio hodie ciuitatem munitam. columnam ferream, et murum aeneum contra omnem terram, contra reges Iuda, contra principes eius, contra sacerdotes, contra vniuersum populum terrae.

Haec Gualterus mihi obseruandissimus.

Ex hoc autem loco colligitur, iam tempore Pauli in Dei Ecclesia duplex censurae Ecclesiasticae genus fuisse vsitatum, vnum Priuatim, alterum Publicum. Priuatim est, cum qui offendit, agnoscit culpam eamque fatetur ei, quem offendit, nullo confessionis teste adhibito, sed inter se et eum, quem offendit, tantum et priuatim id facit. Hanc descripsit Christus Matth. 18. descripsit

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.320]

quoque Iacobus cap.5.vers.16.quae saepe a Pastore fieri praescribitur ad mutuam reconciliationem: et non praecepta, tamen ex officio a quoque nostrum fieri debet, vt bonum conscientiae testimonium habeamus.

Publicum censurae genus est, cum agnitio offensionis non fit fratri soli offenso: sed adhibitis aliis velut illius confessionis testibus. Haec etiam a Christo commemorata est Matth.18.vers.16. Hic autem Bernard. sermo.44. consilium locum habet, qui oleo suauium admonitionum mordacia medicamenta, et vinum compunctionis saepe docet esse adhibendum, duris videlicet et praefractis. Denique si duritia tanta est, etiam censurae Ecclesiasticae baculo percellendum contemptorem docet, qui priuatim reconciliari cum fratre nolit. Huius autem postremae censurae multae sunt species et differentiae, quae ex loci et multitudinis, in qua fit, ratione sumuntur. Eo enim magis publica est haec confessio et censura, quo maior est coetus, et frequentior celebriorque locus, in quo fit, atque quo plures illius testes adhibentur. Ergo sic a nobis videtur diuidi posse vt Alia dicatur Consistorialis: alia Ecclesiastica censura. Consistorialis est, quae coram solo senatu Ecclesiastico fit ab eo, qui peccauit. Coetum enim Presbyterorum senatum Ecclesiae vocat Hieronym. Ecclesiastica, quae fit praesente et aduocata vniuersa illius loci et vrbis Ecclesia, et non tantum senatu Ecclesiastico praesente, id est, eo tempore et loco, quo coetus Ecclesiae conuenit, et frequens est.

Publica vero nunquam, nisi pro publico deli

CAPVT . V.

[p.524]

cto, indici debet. Publicum autem delictum duobus modis dicitur, vel quod Pluribus, vel quod Omnibus notum est: idque, vel ex ipsius facti perpetrandi ratione vt quod in publico loco, vel coram magno coetu hominum committitur: ex et sparso postea illius facti rumore, et pluribus communicato, vti multa peccata priuatim et clam primum admissa postea ex fama innotescunt, et diuulgantur. Ergo quae delicta omnibus innotuerunt, ea coram omnibus agnoscere huiusmodi est, et de iis publicam in totius Ecclesiae coetu exomologari fieri oportet, si verum remedium morbo adhibere velimus.

Quae pluribus tantum et non toti Ecclesiae nec maiori parti innotuerunt peccata, illa in senatu tantum Ecclesiastico: non autem coram vniuersa Ecclesia confiteri oportet, ne

1535 latiùs illud patefiat, quod occultum esse debuit.

Illa vero delicti nostri, quo offendebar Ecclesia, confessio publice praesenteque tota Ecclesia facta, exomologesis speciali et antiquo nomine dicta est, quemadmodum ex Latino Cypriano, et Graecis scriptoribus apparet.

1540 Haec in vsu fuit etiam primis Ecclesiae vetustissimisque temporibus, vti ex hoc loco satis probari quoque potest: et ex Ecclesiastica historia pene tota Philippus imperator qui post Decium Romae regnavit, sic poenituit, atque confessus est, vt testatur Eusebus liber 6.Histor. cap. 34. Ecebolius quidam, etiam ex consuetudine iam recepta, sic peccata sua agnouit Socrat. liber 3.cap.13. Theodosius imperator, qui Maior dictus est, sic suum delictum, quod erat publicum in Ecclesia Mediolanensi a

322 AD I. PAVL. AD TIM.

1545 gueuit, Theodorit.libus 5.Histor. cap.18.et Sozomlibus 7, cap.24. Atque hic locus est vtilissimus.

Aliquot igitur quaestiones in hoc argumento sunt nobis explicandae, quae magnum in exercenda disciplina Ecclesiastica vltum habere solent. Ac primùm quaeritur.

1550 In quo peccati genere locum haec publica exomologesis habere debeat. Resp. Cùm differat iurisdictio ciuilis ab Ecclesiastica, et haec tantùm voluntaria sit, illa vero contentiosa: haec solius poenitentiae animique salutis testificandae gratia comparata sit: illa publicae tranquillitatis tuendae causa sit constituta: in eo tantùm locum habere posse siue publicam siue priuatam delicti confessionem, qui agnoscit se deliquisse, idque sponte fateri paratus est. Nam in eo qui negat a se peccatum esse (quia vel factum ipsum a se
1555 commissum pernegat, vel hoc suum factum negat esse peccatum, et damnandum) nulla certe vel publica vel priuata exomologesis proprie locum habere potest, etsi hic testibus ipsis fuerit in senatu Ecclesiae conuictus fecisse Id, quod tamen pernegat. Itaque huiusmodi pertinax est ad magistratum remittendus, vt de facto ipso amplius inquirat. Sed tamen obstinatum hominem et peruicacei Eecielia nonnunquam excommunicatione aut
1560 suspensione Coenae perstringere potest, id est si factum a se commissum esse agnoscens, tantùm qualitatem facti, id est, ὑμῖον et turpitudinem illius non vult talem videre, et idcirco non poenitere. Negantem autem id a se, de quo accusatur factum, nunquam Ecclesia damnabit, neque ad confessionem delicti, in cuius perpetrati dene

CAPVT V.

[p.323]

gatione persistit, coget, aut adiget: sed confitentem tantùm et vere poenitentem, inquam,
1565 Ecclesia ad confessionem adducet. Probo igitur id quod in can. Presbyter xv. quaest.I.in eandem sententiam scriptum est. Et haec quidem in vniuersum de iis, qui censura Ecclesiastica ad delicti confessionem compelli debent et possunt. Quod si de iis, qui publice confiteri debent, quaeritur, Respondeo eos tantùm ad id esse compellendos, iisque folis indicendum esse, quorum delictum et factum iam publicum et notorium est
1570 Ecclesiae.

Quaesitum est, Quomodo fieri haec publica confessio debeat. Atque hoc partim ad formam externam spectat: partim etiam ad ipsius peccatoris publice confitentis officium. Ac quidem quod ad ipsum confitentem attinet, nemo per nuntium, neque per scriptum

facere illahi confessionem olim potuit, sed corporali praesentia, et ipso ore suo, vt est
 1575 praeclare responsum ab Augustino in libus de Poenitent. et est relatum in cano. Quem
 poenitet distinct. I. de Poenitentia, et hoc ipsum retinendum censeo.

Quod autem ad formam et ritus externos. Primùm haec publica confessio simpli-
 cissime in Ecclesia fieri solebat. Deinde vero huic simplicitaostentationem et pompam.
 Ergo concilio Agathensi constitutum est, vt publice confitens initio Quadragesi mae
 1580 staret nudis pedibus pro foribus templi, sacco indutus, cilicio caput tegens, et supra caput
 cinerem spargens, vultu in terram demisso. Deinde exomologesi facta, Ecclesiae con

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.324]

ciliabatur per manuum impositionem a pastore siue Sacerdote. Quae res fuerunt pompae
 potius externae, quam vera castigatio delicti: sed quaesita ratio est nugarum in Eccle-
 siam pro vera poenitentia substituendarum, et affectata inepta quaedam seueritas. Ista
 1585 referuntur in can. Poenitentes et cano. In capite quadragesimae distinct.50. quae prorsus
 a nostris Ecclesiis exulare debent. Quid enim signa haec poenitentiae praescribi necente
 cies cui qui vere poenitet, satis illa exhibeat:imo vero potius attollendus sit, et erigendus,
 quam deprimendus, ne incidat in desperationem?

Quaeritur qui publicam exomologesin facere possint et permittantur. Respo. Omnes
 1590 debere, et non tantùm posse, qui eo peccati genere deliquerunt, cuius poena debet esse
 consessio publica. Itaque nullius dignitatis, sexus et conditionis ratio habenda est, ne
 sit in Ecclesia Dei damnabilis illa personarum acceptio. Quod fieri vetat Dominus
 Malach.2.vers.9. Apparet etiam id ipsum ex hoc loco, vbi ne Presbyteris quidem ip-
 sis parcit Paulus:item exemplo Theodosii imperatoris qui ab Ambrosio Mediolanensi
 1595 Episcopo ad eam compulsus est. Quare perniciosissima est Canonici Iuris et Romanici
 decisio, atque sententia, quae negat clericos vllos quantumuis grauiter errantes ad hanc
 confessionem et exomologesin publicam damnandos ac compellendos, vel etiam si
 velint, admittendos, ne toti ordini clericorum fiat iniuria. Itaque clericos detrudunt in
 Monasteria vbi poenitentiam agant solitarii, et nulli noti. Ita prae ceptum est in canone
 1600 Alienum, et can. Con

CAPVT V.

firmandi distinct.50. qui plane et apertissime cum hoc Pauli praecepto pugnant.

Quaesitum est quoque, quoties in vita fieri publica haec exomologe sis possit. Re-
 spond. Augustinus in epistola ad Macedoniam semel tantùm in vita, ne vilescat Ecclesiae
 authoritas: aut ne fiant audaciores homines ad peccandum, si saepius in vita cuiquam
 1605 liceat publice poenitere canou. Quauis caute distinct. 50. Sed cùm nulli peccatori
 poenitenti sit spes veniae, et remissionis peccatorum deneganda: toties in vita fieri haec
 publica confessio potest, quoties quis eo modo deliquit, quo iuste publica confessio
 indici atque imponi debet. Et iste fuit certe nimius Patrum rigor, et pene Nouatianorum
 error, nimiaque austeritas, quae homines ad desperationem tandem adducebat, quasi
 1610 denegata peccatorum remissionis impetrandae spe. Quoties igitur vocat ad se peccatorem
 Dominus, toties ille est ab Ecclesia admittendus!, etiam in die septuagesies septies, vti
 docet Christus ipse Matth. 18.nisi (vti diximus) velimus esse Nouatiani.

Praeclare vero Bernard. quatuor esse docet, quae nos a publica hac exomologesi deterrent, quae sunt omnino nobis et cauenda et debellanda, si peccauerimus Sunt autem
 1615 illa quatuor, Pudor, Timor, Spes, Desperatio. Itaque recte idem Ad milit. Templi cap.12. Et quidem verbum in corde pectoris operatur salutiferam contritionem. Verbum vero in ore noxiam tollit confusionem, ne impediat necessariam confessionem. Ait enim scriptura. Est pudor adducens peccatum, et est pudor adducens gloriam. Bonus pudor est, quo peccasse, aut certe pec

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.326]

1620 care, confunderis. Huiusmodi proculdubio pudor fugat opprobrium, parat gloriam, dum aut peccatum omnino non admittit: aut certe admissum et poenitendo punit, et confitendo expellit: si tamen gloria etiam nostra haec est, testimonium bonae conscientiae. Hic igitur pudor est secundum Deum, qui nos ad eum reuocat, facitque ut peccati nos pudeat: non autem resipiscentiae, et melioris frugis. Praeclare enim Augustinus in Ioan. tract.
 1625 12. Qui confitetur et accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Cum autem coeperit tibi displicere quod fecisti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Denique haec censura est pars potestatis clauium, quae a Domino Deo data est Ecclesiae. Quam qui impugnatur, optimum Ecclesiae doctrinaeque Christianae retinendae neruum et vinculum tollit, nimirum auctoritatem illi a Deo ipso concessam, et ius tuendae
 1630 conseruandaeque Deigloriae at retorsanidae nomini vitae in melius.

Obiiciunt tamen quidam atque afferunt aliquot rationes, per quas istam disciplinae Ecclesiasticae partem abrogent, vel saltem in odium adducant si possunt.

Primum autem eorum argumentum est. Quid prodest haec confessio, si iam peccator voce dominica et interna Spiritus sancti vi resipuit et resuscitatus est. Cui argumento
 1635 respondet August. in sermone 8. de Verbo Domini secundum Matthae. Quid prodest Ecclesia et auctoritas ipsius confitenti, cui Dominus dixit, Quae soluetis in terra, etc. Ipsum Lazarum attende, cum vinculis prodit, iam vivebat: sed nondum liber ambulabat

CAPVT . V.

[p.227]

vinculis irretitus. Quid ergo fecit Ecclesia et confessio, nisi quod ait Dominus continuo ad discipulos, Soluite illum, et sinite abire. Ergo non est satis ei qui publice peccauit,
 1640 interni animi compunctione affici, nisi datum a se offendiculum tollat, et resarciat aperta culpa suae confessione, ut si qui prius illius exemplo peccare vellent vel didicissent, iam contrario eiusdem exemplo resipiscant, et auertantur. Fit enim haec confessio non ad peccatorum remissionem impetrandam a Deo: sed ad Ecclesiam aedificandam, quae scelere illius destrui videbatur.

1645 Obiiciunt irem, Haec confessio publica affert infamiam, cum iam peccatum negare non possit is qui publice agnouit. Respond. Minime vero, Imo et Ecclesiae, et ipsis adeo Angelis illa gaudium affert, cum sit certissimum resipiscentiae animi testimonium, et aberrantis ovis receptio, atque inuentio. Malach.18.vers.10.Luc.15.vers.10. Neque certe laudem dare Deo (quod fit hac publica confessione apertissime, quemadmodum docet
 1650 Augustinus in Psal.141.) cuiquam Christiano vnquam irrogauit infamiam. Et longe distat haec Ecclesiastica censura a ciuili confessione. quae Amenda honoraria vocatur:

quod haec hominum ratione fit, illa Dei: haec pro poena statuta est, illa pro aedificatione Ecclesiae, et testimonio aeternae salutis.

Caeterae obiectiones sunt leues et nullius momenti. Itaque a nobis praetermittuntur
1655 hoc loco.

21 Obtestor in conspectu Dei, et Domini Iesu Christi, et electorum Angelorum, ut haec serues absque eo, vt vnum alteri prae

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.828]

feras, nihil faciens in alteram partem declinando.

Alius canon, qui tamen ex superiori pendet. Itaque hic versiculus est κολέθησις. Cùm enim de iudicio aduersus Presbyteros instituendo supra praeceperit, docet, quale hoc iudicium esse et fieri debeat, ne in iudicando peccetur.

Est autem huius canonis summa, summam in Ecclesiasticis iudiciis synceritatem
1660 adhibendam esse, ne vel in personarum iudicandarum acceptatione, vel ipsius iudicantis temeritate peccetur. Hoc autem praeceptum quanquam a Paulo in iis iudiciis, quae aduersus Presbyteros et Pastores Ecclesiae exercentur traditum est, tamen in vniuersum ad omnia iudicia, siue politica, siue Ecclesiastica pertinet, de quocunque siue priuato, siue γυμένω illa fiant. Atque hunc canonem in omnibus Ecclesiasticis iudiciis obtinere
1665 debere praeclare traditum est a Theodorito lib Histor. 2.cap.16. et a Libero Rom. Episcopo responsum aduersus Constantii imperatoris minas Athanasium ex praeiudicio quodam deponi praecipientis. Hoc idem etiam praeceptum in politicis iudiciis locum habere apparet ex 2. Chronic.19. vers.6. adeo vt maximi sit vsus in omnibus rebus, sitque ipsius iudicium conscientiae dirigendae tanquam norma, vt recte officium faciant. Nos
1670 tamen de Ecclesiasticis tantùm iudiciis hic agemus Pauli vestigiis insistentes. Non nude autem, neque simpliciter hoc praecipit Paulus, sed cum obtestatione, eaque grauissima, et terribili, quemadmodum loquitur Chrysost. Ratio autem huius obtestatio

CAPVT V.

[p.329]

nis tam seriae est duplex. Primùm quod de re maxima momenti, et late fusa et patenti acturus excitare eos voluit quos affatur, et ad quos hoc praeceptum pertinet, quos hoc
1675 fulgure et stimulo per stringit. Agitur enim de Iudiciorum synceritate, ex qua vna re tum vitae et societatis humanae conseruatio: tum ecclesiae ipsius vinculum, pax et disciplinae omnis ratio pendet. Itaque hac synceritate neglecta, aut violata multam rerum confusionem et perturbationem tum in politicis, tum in ecclesiasticis rebus sequi necesse est. Altera ratio ad dandae huius obtestationis est rei ipsius, quae praecipitur,
1680 difficultas. Nihil enim tam arduum et difficile etiam optimo cuique et cordatissimo, quam illam synceram, aequam, et mediam viam in iudicando tenere, vt in nullam partem vel personarum acceptatione et respectu: vel ipse proprio animi motu a veritate vel officio deflectas. Admonet enim Paulus Pimoteum, non gregarium quempiam et nouitium pastorem: sed egregium et insignem. Itaque proponit Paulus nobis alios
1685 nostrae sententiae iudices futuros, quorum reuerentia et metu affici debemus, ne quid vel hominibus vel nostris affectibus tribuamus.

Singula vero huius obtestationis verba sunt di ligenter obseruanda et perpendenda. Ac primum quod vel iudices vel testes quos producit presentes esse testatur. Quod enim dicit perinde est, atque si spectatores, ac αὐτόωτας eos esse affirmaret deinde testes
 1690 adhibet grauissimos nempe, Deum ipsum, Iesum Christum, et Angelos sanctos. Dei nomine hic proprie patrem intelligimus, quod Iesu Christi Filii seorsum postea facta mentio

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.N]

est. Patris enim et Dei voce complectitur Paulus quicquid generaliter ad diuinam naturam pertinet, et est trium personarum commune: quo eodem dicendi genere passim vtitur
 1695 scriptura. Ergo et Patrem et filium ipsum, qua Deus est, et Spiritum sanctum testem esse nostrarum actionum; et earum imprimis, quae in ecclesia et in iudiciis fiunt, quibus duabus nobis ipsa Dei maiestas maxime representatur spectatorem pronuntiat Paulus. Nam Deus etiam nudas cordis nostri cogitationes nouit, et intuetur non tantum ipsas actiones nostras perspicitque quae ab hominibus cerni non possunt. Inde illud est etiam
 1700 apud profanos homines vulgare μιμ θεο πάντα καθετα. Dei oculus omnia perspicit. Itaque recte testis et vindex ad uocatur Deus nostrarum actionum. qui vbique est, omnia videt, et omnium futurus est iudex. Similes autem huic scripturae loci sunt pene infiniti veluti, 1. Samuel.2o.ver.42.2.Chron.24. vers.22. Atque hic primus est testis.

Iesum Christum secundo loco testem citat et producit Paulus, quem Dominum vocat.
 1705 Dominus est Christus quod sit constitutus a patre rex et Dominus omnium, dataque illi potestas in colum et in terram. Item quod omne iudicium pater concessit filio, neque iudicat quenquam vt est Ioan5. vers.22. Sed et quatenus ecclesiae caput est Christus ecclesiasticis iudiciis praeest, neque tantum vt testis et spectator iis interest: sed vt iudex ipse futurus, ac rationem eorum a pastoribus, tam quam a Ministris a se delegatis,
 1710 exacturus. Etsi vero Christus mediator et quatenus Iesus Christus est, homo est et Deus: tamen qua homo est,

CAPVT V.

[p.3]

non est iam in his terris, neque in medio nostri versatur siue visibilis, siue inuisibilis praesentiae, vt nostras actiones oculis cernat, modo: sed tantum qua Deus est et omnia haec inferiora videt. Recte tamen Iesus Christus dicitur testis omnium actio num nostrarum,
 1715 quia ille Deus et homo, est vnica tantum persona, quae hypostatica vnione vtraque illa natura constat. Neque hic curiose disputandum est, Vtrum humana Christi natura, quae in coelos euecta est, omnia, quae hic in terris geruntur, ex sese sciat. Quanquam enim supra omnes angelos dignitate! est euecta, tamen illa non est in deitatem mutata, vel deificata. De solo Deo dicitur illum, quae hic fiunt, omnia nosse et videre: quanquam
 1720 Christum, qui homo est ad Dei dexteram exaltatus, non tantum ea scire, quae angeli, fatemur: sed omnia, quae ad ecclesiae suae administrationem, totiusque huius mundi curam quam a patre acceptam habet, pertinent et spectant, habere nota et perspecta.

Addit, electis Angelis. Primum electos vocat, vt eos distinguat a malis Angelis qui vulgo dicuntur, et qui a Christo Angeli Diaboli, id est, maledicti nominantur in
 1725 Math.25. vers. 41. deinde docet, quod hi ipsi angeli propter custodiam fidelium sibi a Deo

demandatam intersint ecclesiae coetibus, et actionibus ecclesiasticis, tanquam testes et spectatores pastorum negligentiae vel temeritatis: vel perfidiae, si quam admittant. Merito igitur tertio loco citantur. Sunt enim spiritus Ministratorii, qui ad subsidium fidelium et piorum a Deo mittuntur. Itaque actiones nostras norunt. Incidunt autem in hunc locum variae quaestiones, quas

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.B]

breuiter tantum perstringemus, et explicabimus. Ac primum igitur quaeritur, velut Basilio libro de spiritu sancto ca.13. vtrum licuerit Paulo, Angelos Christo et Deo adiungere. Num vero ista sit blasphemia parem facere creaturam creatori, eamque illi honore adaequare. Id quod plane idololatricum est. Chrysostomus responder per modestiam id sieri a Paulo, vt pote qui non solum Deum testem, qui nobis est inaccessibilis longeque dignissimus adhibere voluerit: sed etiam creaturas ipsas, quae sunt nobis notiores ac familiares: imprimis igitur Angelos bonos commemorasse, qui sunt nobis concius Ephes.2.ver.19. Haec Chrysostomus. Respondeo vero distinguendum esse finem, propter quem et Deus et Angeli in testimonium producantur. Etsi enim vtrique appellantur, vt sit maioris momenti haec obtestatio, et percillantur vehementius lectorum, et eorum ad quos haec admonitio spectat, animi, tamen et Deus et Christus non tantum producantur vt testes a Paulo, sed etiam vt vindices futuri, et ludices pastorum culpa, et negligentiae: Angeli vero proponuntur et appellantur tantum, vt testes. Ex quo fit, vt non adaequantur Deo; Angeli: neque habeat hic locus quicquam, quod idololatriam sapiat, aut in Deum blasphemiam.

Testes vero harum rerum, quae in ecclesia geruntur, citari merito posse Angelos certum est, et eos imprimis, quibus a Deo ecclesiae cura demandatur vt ex Daniele. 10. vers. 13. apparet. Et huic nostrae sententiae consentit Bernar. ser. 7. cantic.cantic. Doleo perinde aliquos vestrum graui in facris vigiliis deprimi somno, nec coeli ciues

CAPVT . V.

[p.333]

reuereri: sed in praesentia principum tanquam mortuos apparere, cum vestra ipsi alacritate permoti vestris interesse solenniis delectentur. Angelos igitur inuisibiles cum piis versari scribit. Itaque Christus ipse venturus dicitur cum Angelis illis beatis Luc.9. vers.26. Iudae. vers.14 Et ipsi gaudent si quis peccator ad Deum conuertatur. Luc.15.ver. 10. quia id sciunt, cum cura piorum quibusdam sit commissa. Quod idem de sanctis et in coelum receptis hominibus dici non potest. Nam idem munus non est illis a Deo impositum et demandatum, vt nos in viis nostris conseruent. Quod tamen est a Deo Bonis angelis praeceptum. pl. 91. Denique Paulus in titi Gormtmnin rerl.lo.et Epuel.3.ver.10. praesentes et spectatores eos interesse coetibus ecclesiasticis docet et asserit. Propter quos etiam ait honestum esse et decorum, vt foeminae Christianae velentur in Dei ecclesia et conuentu.

Secundo loco quaeritur, Cur hos electos appellet: Num etiam alii, qui mali dicuntur Reprobati a Deo fuerint, et dici possint. Resp. Etsi illa electio et reprobatio, de qua tam saepe in scriptura fit mentio, proprie ad homines pertinet, non ad Angelos: tamen cum nihil praeter Dei voluntatem acciderit etiam in lapsu angelorum, imo vero cum ex

1765 Angelis alii ceciderint, alii perstite rint, Deo ipso ita ordinante et praedestinante. Deni que cùm ex ipso Dei decreto hoc totum ita euenerit, dubitari non posse, eos Angelos, qui perstiterunt in sua origine, a Deo electos quidem me ra ipsis gratia fuisse: Eos autem, qui ceciderunt, reprobato ab eodem Deo: idque iusta de causa, quanquam nobis ignota. Voluit enim Deus hac ra

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.334]

1770 tione, et in angelis, et in hominibus, suae tum misericordiae, tum etiam iustitiae diuitias ad gloriam nominis sui, patefacere et demonstrare. Nam licet opifici facere de opere suo, quod ipsi libucrit Ergo boni Angeli electi fuerunt, etiam ante quam a Deo crearentur. Non autem ex vllis eorum meritis: sed ex sola Dei ipsius dignatione et gratia, vt loquitur Bernardus: quicquid Scholastici ex Augustino male intellecto dicant et philosophentur: 1775 Mali vero reprobati fuerunt, vt Boni electi.

Tertio loco quaesitum est, ecquae sit istius electionis Angelorum causa: Num Christus quatenus me diator ecclesiae: cuius etiam illi sunt mem bra: praesertim cùm Paulus Coloss.1.vers.2o. scribat Deum sibi reconciliasse omnia per Christum. Ex quo colligunt quidam Christum esse etiam electorum Angelorum Mediatorem, alio tamen modo, quam 1780 hominum piorum et electorum Resp. vero ipse, ceterorum rationibus breuitatis causa, omissis, Christum quatenus creator eorum est, non autem quatenus passus in carne, videri horum bonorum Angelorum etiam mediatorem esse. Cùm enim Deus numquam iis fuerit offensus, nulla reconciliatione certe opus habuerunt. Dein de haec eorum electio a Iuda desinitur conseruatio et confirmatio ipsius eorum primi status et ori ginis, 1785 adeo vt nihil prorsus illis restitutum fuisse per huiusmodi electionem dicatur, quoniam nihil prius fuerat ademptum, neque quicquam ab iis amissum. Ergo ipsi quales a Deo primùm conditi fuerunt, Deo auctori suo certe placuerunt Ne que vera tamen huius eorum electionis causa est,

CAPVT V.

[p.335]

qualitas illa et status in quo tantùm creati sunt. (Omnes enim angeli, etiam qui ceciderunt, 1790 dicerentur et fuissent electi, quia in eodem statu felici omnes conditi sunt) sed praecessit haec Dei e- lectio etiam illorum creationem et ortum, et ab aeterno in Deo fuit. Hunc statum tam excellentem omnes quidem a Deo mera ipsius gratia erant con secuti, sed Dei illa gratia per quam sunt alii dicti electi, et prior est, et maior gratia creationis. Hoc vero qui a Deo electi fuerunt, plus iam sunt adepti post malorum lapsum, qu de 1795 feliciss. illius conditionis suae statu perpetuo futuro iam a Deo certissimi effectit et in eo stabiliti sunt, et in aeternum confirmati: Id quod, Deo illis reuelante, iam cognoscunt et intelligunt. Bernardus in Sermo. 5de festo omnium sanctor. Inter Angelos et homines assignari potest ista diuersitas sanctitatis. Neque enim tanquam triumphantes honorari pos se videntur, qui nunquam pugnasce noscuntur. Aliter tamen honorandi sunt etiam 1800 ipsi, tanquam amici tui Deus, cuius nimirum voluntati semper adhaeserunt, tanta vtique felicitate quanta facilitate. Aliud igitur in Angelis sanctitatis genus. Et ser.5. de visio. Non est innata eis sed a Deo collata iustitia, quae inferior est diuina iustitia. Idem Bernardus, serm.22. cantic. cantico. Si angeli, ait, nuquam redempti sunt, alii vtique non

egentes, alii non promerentes: illi quidem quia nec lapsi sunt, hi autem quia irreuocabiles
 1805 sunt, quo pacto tu dicis Dominum Iesum Christum eis fuisse redemptionem? Audi
 breuiter. Qui erexit hominem lapsum, dedit stanti angelo, ne laberetur: sic illum de
 captiuitate eruens, sicut hunc a captiuitate defendens.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.530]

Et hac ratione fuit aequae utrique redemptio soluens illum hominem, et seruans istum
 angelum. Liquet ergo sanctis angelis Christum Dominum fuisse redemptionem, sicut
 1810 iustitiam, sicut sapientiam, sicut sanctificationem. Haec Bernard. Augusti in Enchirid.
 ad Laurentium cap. 28. idem sentit.

Ac de obtestatione quidem haec dicta sunt. Vi deamus iam, a quibus vitiis pastori
 iudicium ecclesiasticum exercenti sit cauendum, atque fugiendum.

Duo autem sunt nimirum. 1. Praelatio personarum propter ipsarum dignitatem 2
 1815 Temeritas, propter iudicantis affectum. Neminem enim propter dignitatem excusari
 debere censet Paulus. Neminem etiam propter affectum iudicis praecipitanter, et incon-
 siderate damnandum esse vult. Quae duplex ratio magnos in iudicando errores inducit,
 ex quibus tandem euertitur ecclesia. Causae igitur propter quas peruertuntur iudicia sunt
 in nobis: vel in illis ipsis, de quibus iudicamus, a nobis quaeruntur. Vocem Προκρίμα-
 1820 τος ad praeiudicia illa referunt, per quae non persona: sed causa potius Presbyteri, qui
 iudicandus est, vel grauatur, vel leuatur, id est, antequam cognitum sit a nobis de eo (
 de cuius causa agitur) iam animi quadam praecipiti sententia domi concepta definitum
 est. πρόσκλησιν autem eam esse volunt in iudicando rationem, quae leges ordinarias
 et statutas praetermittit, ut faueat illi, de quo agitur. Sed Graecae vocis significatio
 1825 non patitur hanc interpretationem, potiusque sequenda nobis est D. Bezae explicatio.
 Vtunque Paulus

CAPVT V.

[p.337]

non omnia iudiciorum peruersorum vitia nunc enumerat: sed ex iis aliqua, ex quibus
 paucis caetera colligere licet. Gregorius Magnus. 4. esse summas iudiciorum corrupen-
 dorum causas scribit scilicet Timorem, Cupiditatem, Odium, Amorem, cuius sententia
 1830 descripta est in Ouh. Quatuor modis. Ille quae. 3. Quae sane aliqua ex parte exponit, quae
 breuius hic Paulus recenset.

*22 Manus cito ne cui imponito, neque communicato peccatis alienis: temetipsum purum
 serua.*

Canon praestantissimus, qui etiam ad pastorum erga pastores officium pertinet. Nam
 superiores canones ad pastores iam creatos spectabant: hic autem de Pastoribus adhuc
 creandis agit. Hoc vno breuiter complexus est Paulus optimam et totam pene eligendo-
 1835 rum pastorum rationem, quae nobis hodie obseruanda quoque est, ut legitime vocatos
 pastores habeamus. Quae res tanti est in ecclesia momenti, ut propter eam superiorem
 obtestationem a Paulo praemissam esse censeat Chrysostomus. Certe cum de ea re monitum
 Timotheum esse oportuerit: et magni periculi plenam esse, et grauis momenti in ecclesia

ordinanda, iam dubitari non debet. Haec autem praecepti summa est. Neminem in ecclesia Dei cito et temere promouendum esse ad aliquod munus ecclesiasticum, quantumvis exiguum: de eo enim muneris genere, idest ecclesiastico, Paulum agere, non de politicis Magistratibus apparet ex phrasi ipsa qua vitur. Ait enim Ne manus imponas. Non quod

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.338]

tamen et ipsi ciuiles magistratus $\theta\iota \delta\iota\acute{o}\kappa\omicron\nu o$ et sacretiamnomdneý seu me cecienastica tantum persequitur Paulus.

1845 Quæritur autem, quæ sit huius praecepti occasio, et cur de eo fuerint etiam prudentissimi cuiusque ecclesiae pastores, qualis Timotheus, qualesque nobis sub Timothei persona proponuntur, monendi. Resp. fuisse multiplicem necessitatem ac rationem cur hoc praeceptum spiritus sanctus adderet: sed imprimis fuit triplex, nimirum sci licet propter Impudentiam, Importunitatem tum Populorum tum Ordinandorum, et Nouitatis

1850 studium erat necessarium hoc praeceptum. Nam fere homines nouis Ministris gaudent: Ergo ne qui semel arrisit, statim probetur et eligatur, cauendum est. Nam permulti sunt, in quibus egregiae quidem animi dotes elucent, qualis est vel zelus in Dei gloriam, vel etiam summa doctrina, quique propterea sunt commendabiles: qui tamen ad munus ecclesiasticum sunt prorsus propter alios defectus inepti, illiusque incapaces. Et certe

1855 qui ad huiusmodi muner a alios commendant, hoc notent diligenter, quod ait hoc loco Paulus, quódque Horatius Flaccus, quanquam poëta prophanus, recte monuit. Qualem commendes etiam atque etiam aspice, ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Affert autem remedia aduersus omnes superiores rationes, quibus impulsu eligentes peccare solent. Primum igitur remedium primaque excusatio iustissima, quæ contra

1860 afferri debet est hæc, Neminem Dei praeceptis praeponendum, et idcir

CAPVT . V.

[p.339]

co vtunque precibus instent et vrgeant nos alii, non esse alienis tamen peccatis communicandum. Nam qui indignum eligit, vel eligi consentit, reus est omnium errorum et peccatorum, quæ postea electus ille committit. Deinde consentit cum male agentibus, quatenus ipse temerariis eorum suffragiis consensum suum addit atque adiungit. Verum

1865 est enim illud, Agentes et Consentientes pari poena puniuntur: Iacob patriarcha Genes.49. vers. 6. negat se malo consilio Simeonis et Leui de necandis Sichemitis assensum esse. Ps.50. vers.18. Qui cum furibus currunt, pro furibus habentur apud Deum. Denique ait Paul.1. Thess.5. ab omni malo malique specie esse nobis abstinendum. Neque hoc cuiusquam gratiae concedendum a nobis est, vt in illius fauorem peccemus, officium nostrum negligamus, et Deum ipsum deseramus atque offendamus, cui nos nostri suffragii

1870 et vocis rationem reddere aliquando oportebit.

Quod si iterum instent et premant nos alii, quæ plura sint aliorum et contraria nobis suffragia, nos tamen puros seruemus, quid nobis videatur, libere declaremus, et nostra consilia ab huiusmodi temerario suffragio indignis hominibus dando separemus. Atque

1875 hoc est secundum remedium, siue secunda legitima excusatio et praemunitio boni pastoris aduersus instantes quorundam preces et suffragia iam lata itemque aduersus calumnias multorum, qui nos putant, dum nostra suffragia quibusdam iam ab aliis electis et probatis

denegamus, vel tam cito in illis non assentimur, duci aliquo in eos odio vel inuidia, vel etiam nos esse

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.340]

1880 crudeles et nimium seueros. Sed valeat potius apud nos haec tutissima consolatio, quod puram conscientiam seruare volumus ac studemus. Neque tamen, si a maiori suffragiorum parte vincamur, solique dissentimus, seditionem in senatu, aut coetu aut ecclesia Dei mouere debemus: aut quicquam perturbate agere, vt vincat nostra vnus vox: sed liberauerimus animas nostras atque officio functi erimus abunde, si primùm
1885 nostram sententiam illiusque rationes exposuerimus: deinde, si res sit tanti momenti, eo ordine vtamur ad huiusmodi electionem impediendam, vel retardandam, qui et legitimus est, et in ecclesia Dei constitutus et receptus, qualis est nimirum prouocatio a lenatu ecclenartio au maiorem Ministrorum vicinorum coetum, quem Classem vocant: a Classe ad Synodum ipsam prouincialem: a Synodo prouinciali ad synodum Generalem
1890 et Nationalem quam vocant.

Ait Paulus, Cito. Fit autem Cito ex Pauli mente, quando vel non legitimus: vel non satis exactum et certum examen de eligendo siue promouendo pastore praecessit: sed vel nullum omnino, vel leue tantum et perfunctorium, quale fit in Papatu, et in multis etiam mediis ipsis Dei viui ecclesiae de omnibus iis rebus, quae ad tale ministerium
1895 obeundum rite desiderantur. Ergo quem admodum sunt diuersae vocationes in ecclesia Dei: et aliae aliis sunt digniores et grauiorae: ita serius et maius in his, quam illis examen esse et fieri debet, veluti in Pastore ipso, quam in solo Presbytero vel Diacono plura inquirantur necesse est, quia maius est pastoris quam Diaconio

CAPVT V.

[p.241]

nus. Ac quidem examen, quod in pastore requiritur, est fere triplex: fieri enim debet de
1900 Doctrina ipsius Vita et moribus, et Aptitudine ad docendum gregem et populum Dei. Id quod satis ex Tit. 1. et eadem epistola c.3. apparet.

Et quia luculentus est hic locus, continetque maximum totius Politiae ecclesiasticae caput et pulcherrimum (quod est de electione et vocatione dignitatum ecclesiasticarum) de eo nobis breuiter aliquid arbitramur esse dicendum. Habebit autem hic locus 4 capita
1905 ichicer 1. Ouid sit electi 2 Qui eligant 3 Quando 4 Quomodo fieri debeat electio. In primis autem hoc pro certissimo fundamento constituatur, nempe quod

Electio vocationem ordinariam praecedere debet, quemadmodum vocatione ipsa anteit muneris ipsius susceptionem et functionem, si modo bona conscientia volumus munus aliquod in ecclesia Dei gerere ac administrare. Vocationem autem, de qua nunc agimus,
1910 κλησίαν aut χειροτονίαν potius quam κλογην appellandam esse dicimus, quod κλογη ad causas salutis nostrae pertineat, vti docet Paul. Rom. 11. vers. 5. quae disputatio est reiliota ab hoc argumento. Eit enim vocatione haec sepositio designatioque tantum alicuius personae ad munus aliquod ecclesiasticum gerendum.

Ac primùm neminem sine vocatione legitimam in ecclesia Dei recte sanaque conscientia
1915 munus vllum abtinere posse docet tum autoritas sacrae scripturae: tum etiam ratio.

Ac scriptura quidem Hier.23. vers.21. currebant, et ego non mittebam eos. Hebus 5.vers.5. Ne mo sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.42]

Roma. 1o. vers. 15 Quomodo praedicabunt, nisi missi fuerint.

1920 1.Timoth.4. ver.14. Ne negligitodonum quod mte est, quond eit tibi datum ad prophetandum per impositionem manuum Presbyterii.

Tit. I. vers.5. Idcirco reliqui te, vt oppidatim constituas Presbyteros.

Denique infiniti pene sunt loci his similes, quos illi studiose collegerunt, qui de ea re communes locos scripserunt: nos autem summa tantum rerum fastigia sequimur, et carpimus, vt simus oieulores.

1925 Ratio vero, cur sine legitima vocatione praecedente nemo bona conscientia vllo munere ecclesiastico fungi possit, est multiplex.

Prima, quod in ecclesia Der omnia fieri ordine certaue ratione, et decenter debeant 1. Corint. 14. Ergo nemo pro animi sui libito hanc vel illam dignitatem sibi in ecclesia sumere debebit, quia haec est summa ταξις et rerum confusio.

1930 Secunda. Quod in veteri ecclesia, quae Christi aduentum praecessit, nemo nisi ex Deo vocante et praecepto munus habuit: In ea etiam ecclesia, qua Emfitus per euaiigeii praedicationem instaurauit, Apostoli ipsi a Christo vocati sunt. Ergo praeter et legalis, et Euangelicae ecclesiae formam, praecepta, et instituta idest praeter ipsum Dei verbum in munere aliquo versantur, qui illud citra vocationem vllam legitimam vsurpant, et in ecclesia exercent.

1935 Tertia. Neque Moses, et Aaron, neque Apostoli ac ne Christus quidem ipse quanquam Dei filius, nisi prius legitime vocatus, munus sibi assum

CAPVT V.

[p.343]

psit in ecclesia Dei. Ergo nemo sibi honorem tribuere ecclesiae legitimam vocationem debet.

1940 4. Dominus Deus est ecclesiae tanquam peculiaris suae domus et proprii peculii solus paterfamilias et legislator, et dispensator. Ergo qui anquiu mea citra iprius voruritatem tiarpat, fur est, et latro: non autem legitimus illius administrator et gestor.

1945 5 Qui, praeter legitimam vocationem ecclesiasticam dignitatem adit, perinde facit, atque qui domum alienam alio' aditu et modo, quam per ostium ingreditur. Hoc autem furum est, et latronum, non autem legitime ingredientium. ergo qui hac ratione, id est, sine legitima vocatione ecclesiasticum munus gerunt, sunt fures, non Pastores ecclesiae.

1950 Quod autem nobis obiicitur de Prophetis, eos sine vocatione saepe fuisse, et munus illud suum in ecclesia Dei exercuisse, falsissimum est, vt suo exemplo docet Amos, cap.7.vers.15. Item Hier.1.ver. 5.Sed vocatio illa prophetarum vt plurimum fuit extraordinaria. Eos enim Dominus ipse vocabat et excitabat, ex qua tribu volebat, quo tempore volebat, sed vocabat tamen. Deinde eorum vocationem Deus vel ipso rerum ab iis praedictarum euentu: vel aliis modis aperte confirmabat, adeo, vt illi ab eo missi esse satis ab omnibus ad eorum prophetias attententibus intelligerentur. Idem est respondendum de Christo cuius vocatio et a Deo ipso in ipso baptismo fuit patefacta, etiam olim a

- 1955 prophetis praedicta, etsi non fuit ordinaria.
Aeriani haeretici damnati sunt: et nunc Anabs

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.STF.]

ptistae, et Enthousiastae quidam nebulones merito reiiciuntur, qui vocationes in ecclesia Dei se cure spernunt, vt se ingerant, atque intrudant ad ecclelialtiea munera magno animi fastu et ambitione.

- 1960 Ergo propter tria praecedere legitima vocatio debet, antequam quis munus aliquod in ecclesia Dei gerat vel sumat. 1 Propter Dei praeceptum. 2 Propter ecclesiae ipsius ordinem et disciplinam. 3 Propter ipsius, qui dignitatem illam accipit, conscientiam, quae alias nunquam tuta et quieta esse potest: non magis quam furis quando re a se furto ablata vtitur, vel eam retinet. Magnam enim animis nostris consolationem affert legitima
1965 vocatio, quoties a peruersis, vel obstinatis nommous vexamur, et negotia nobis praebet Satan. Quid est? Resp.

Vocatio igitur haec, est ad munus aliquod facta ab alio, quam a seipso, adoptio ac designatio. Haec igitur duplex est. Interna et Externa.

- 1970 Interna est a Deo, ac, ea quidem immediate, Externa vero, etsi a Deo est, quia ipse illius celebrandae modum verbo suo praescripsit: mediate tamen est ab hominibus illam Dei ordinationem sequentibus. Neutra sine altera tuta satis esse potest vel salutaris: Interna tamen potior est: sed externa nostri ;atione tutior.

- 1975 Interna vocatio est interna et latens animi nostri affectio atque inclinatio a Deo immissa ad aliquod legitimum munus gerendum, quae illius desiderium in animo nostro parit. Igitur affectus infunditur a Deo, neque ex ambitione, neque ex auaritia, nec ex alio aliquo turpi vel carnali motu

CAPVT V.

[p.345]

- in nobis inesse debet. Bernard.serm.58.in Cant. sic eam definit, Est inuitatio et stimulatio quaedam charitatis pie nos sollicitantis aemulari fraternam salutem, aemulari decorem domus Dei, incrementa lucrorum eius, incrementa frugum iustitiae eius laudem et
1980 gloriam nominis illius Istiusmodi ergo erga Deum religiosi affecti bus quoties is qui animas regere, aut studio praedicationis ex officio intendere habet, hominem suum interiorem senserit permoueri, toties pro certo sponsum adesse intelligat: toties se ab illo ad vineas inuitari.

- 1985 Externa vocatio est, hominum qui iudicare ponere de nostra ad aliquod munus capacitate et idoneitate testimonium libero, non redempto non captato ipsorum suffragio, in Dei timore et via a Deo praescripta atque legitima patefactum et declaratum.

Vt sit autem haec externa vocatio nostra legitima, duo haec concurrere debent: quibus tamen vnum alterum praecedit, nimirum Electio, quae praecedit: Ordinatio seu approbatio electi, sequitur electionem.

- 1990 Electio est, eorum qui possunt et debent syncerum atque sanctum de nobis testimonium, per quod designamur ad certum munus gerendum.

Ergo hic videndum 1 A quibus fieri debeat electio. 2 Quando, 3 Quomodo. Ac quidem primum illud statuendum est, quod Nemo a seipso eligi vel debet, vel potest.

1995 Verum enim illud est, Nemo iudex ferendus in propriae ratione causae: item et illud, Laus in proprio ore sordescit. Neque obstat quod supra de interna eligen

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.340]

dorum vocatione diximus. Etsi enim esse debet, interna vocatio et affectus in eo qui munus aliquod acceptat: ea tamen interna vocatio etiam externam, tanquam sensus illius interni testem, adhibet, et expectat, nisi quis extraordinarie a Deo ipso impelleretur. Interna enim vocatio, quae externam spernit, non tantum falsa est, et mera arrogantia, 2000 sed etiam violat Dei praeceptum: et turbat disciplinam Ecclesiae: neque a Deo est, sed est animi impia phrenesis. Id quod etiam in quadam sua ad Magnum epistola Cyprian. respondit. Sed et ipsum electionis et vocationis nomen huic a seipso de seipso factae ordinationi plane repugnat, cum is demum dicatur Vocari, qui ab alio accersitur.

Sed neque a quolibet Electio facta legitima est, in muneribus praesertim Ecclesiasticis. 2005 Nam ab vno tantum aliquo facta alicuius ad dignitatem Ecclesiasticam electio, rata et legitima non est, siue ab ipso principe illa fiat, siue ab eo, qui Ecclesiae patronus dicitur, siue ab eo solo qui in Dioe cesi Metropolitanus est, et Ecclesiae πρνεσ ς et πρόεδρος. Neque enim Ecclesiae, quae in terris est, regimen et administratio nobis a Christo relicta, est Monarchia quaedam: ac multo minus tyrannis: sed est Aristocratia, vt docemur parabola Christi, quae est Matth.24. vers.49. et 25.vers.14. Itaque vetat Petrus etiam 2010 ipsos Episcopos Κυριεύειν in Ecclesia: et Christus ipse dissimilem plane regum in suos subditos: et Pastorum in Ecclesias suas potestatem esse dixit 1.Pet.5.Luc.22. Itaque qui omnes similes faciunt, omnia perturbant. Quare ne a rege quidem ipso solo, vel ab vno dun

CAPVT V.

[p.347]

2015 taxat Episcopo vel Archiepiscopo, facta electio legitima est, quantunvis magna censeatur inter homines istorum autoritas, vt praeclare annotat Theodorus lector lib2. Collecta. Sed in Dei Ecclesia Christi vnus lex dominari debet: quae nulla ratione infeingi potest, vt recte administrata Ecclesia dici possit. Praeter enim vnum Christum nemo est in Dei Ecclesia υτοκράτωρ: nemo illius domus Dominus: sed solus Christus est ille vnus, extra cuius praeceptum nemo in ea dignitatem legitimam obtinet. Non vult autem 2020 Christus ab vno quodam solo patrono, vel Rege, vel Pontifice et Episcopo aliquos eligi et asciri ad munera Ecclesiae suae, vt perspicue postea apparebit. Quod ipsum recte quoque vetitum est fieri ab Adriano Rom. Pontifice, vt est in canone Nullus. et a Nicolao in cano. Porro, et can. seq. Distin.63. Atque inde orta sunt grauissima illa, et plus 2025 quam nefaria bella inter Henricos imperatores Rom. et Gregorios Pontif. Rom. cum vtrique ad se solum ius illud electionum trahere conarentur. Nec obstat, quod Titus, Timotheus, Paulus soli videntur Presbyteros et Episcopos Ecclesiis praefecisse, vti ex hoc loco videtur colligi posse, et Act. 16. Tit.1. Respondeo enim illud genus dicendi Constituas, imponas, etc. ex mente Pauli esse sic intelligendum: Non vt vni cuidam soli 2030 electio tota committatur iusque illud tribuatur: sed vt synecdochicons complexus esse ea dicen di ratione intelligatur omnes Paulus, et omnia, quae fieri in legitima vocationis Ecclesiasticae ratione et forma debent et solent (vt ex his verbis Tit.1.V.5. Vt cibi

mandau) facile concludi potest. Sed cū in

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.oi5]

iis electionibus praecipuae quaedam partes essent, tum Titi, tum Timothei, tum ipsius
 2035 Pauli, et Barnabae, vt pote qui Ecclesias ipsas quomodo id fieri oporteret, erudiebant,
 et qui huiusmodi electionibus, tanquam totius actionis moderatores intererant, atque
 praesidebant: idcirco tota actio illis quodammodo tribuitur, quae tamen et torius Preiby-
 terii, et totius ipsius Ecclesiae communis est, et tunc erat, vti apparet ex capite 4.v. 14.
 supra et Actor. 14 vers.23.

2040 Neque etiam obstat, quod Episcopus προεδ ρός appellatur a Patribus, quasi vnus ille
 totam Ecclesiam pro arbitrio possit administrare, et in ea quos velit, praeficere. Nam vox
 illa προεδ ρός ordinem tantū declarat, quod inter collegas suos, eticompresbyteros
 sedere deberet ipse, qui Episcopus dicebatur: non autem regiam, aut summam praetori-
 amque potestatem in Ecclesiam illi triDuit: Quod diemas confi mat fimbrosius liber de
 2045 Dignit. Sacer dot. cap.6. Solio in Ecclesia editiore Episcopus residet, ait, vt cunctos
 aspiciat. Etictum quoque Christi quod supra ex Luc.22. commemorauimus, idem probat.
 Est enim solus Christus Ecclesiae rex, non autem mortalis quispiam.

Pertinet autem electio, et designatio ipsa ad totam Ecclesiam, in qua fit: sed diuersa
 ratione. Quemadmo dum enim totius Ecclesiae pastor est futurus: ita aly omnibus debet
 2050 ordinari et approbari, ne quisquam gregi inuito pastor obtrudatur. Praeterea etiam illud
 verissimum est, quod omnes tangit, et spectat, ab omnibus fieri debere. Huiusmod enim
 negotium totius Ecclesiae, non vnus autem illius partis negotium est, cū qui

CAPVT V..

[p.349]

pastor eligitur, Ecclesiae vniuersae detur.

Ergo pessime faciunt, qui plebem quam vocant ab omni suffragio in Ecclesiasticarum
 2055 dignitatum electionibus ferendo repellunt et semouent, tanquam non sit et ipsa plebs
 pars Ecclesiae Dei, eaque maxima. 4

Pessime quoque hallucinantur qui non distinguunt quae sint Presbyterii, quae autem
 plebis, in electionibus istis partes: sed quod est illius, isti tribuunt, inducentes in Eccle-
 siam Dei magnam omnino confusionem. Praeclare enim Ambrosius in liber de Sacerdot.
 2060 dignitate cap.3. Aliud est, ait, quod ab Episcopo requirit Dominus: aliud quod a plebe.
 Idem Chrysost. in libro3. de Sacerdotio infra medium. Idem quoque Bernard.sermo 49.
 Cant. cuius aetate iam haec perturbata et popularis in electione ordinandorum ratio, a
 quibusdam videtur fuisse inuecta. Ordinauit me in charitatem, ait. Factum autem est
 hoc cū in Ecclesia quosdam quidem dedit Apostolos, quosdam Prophetas, alios Euan-
 2065 gelistas, etc. Oportet autem vt hos vna omnes charitas liget et contemperet in vnitatem
 corporis Christi. Quod minime omnino facere potuerit, si ipsa non fuerit ordinata. Nam
 si suo quisque feratur impetu secundum spiritum, quem accepit: et ad quaeque volet,
 indifferenter, prout afficitur, et non rationis iudicio conuolarit, dum sibi assignato officio
 nemo contentus erit, sed omnes omnia indiscreta administratione attentabunt, uon plane
 2070 vnitas erit, sed magis confusio. Haec Bernardus.

Sic igitur tota haec res est distinguenda, vt in vocatione et electione duos quosdam actus di

AD I. PAVL. AD TIM.

strictos obseruemus et separemus, nempe Electionem ipsam siue praesentationem personae: et Acceptationem, quati alii Oruinationem, alii Confirmationem appellant.

2075 Haec igitur Electio siue praesentatio, quam dico est ipsius personae ad munus aliquod Ecclesiasticum vocandae prima agnitio, agnitae tentatio, degustatio, probatio, et examinatio, quae tum de ipsius vita, tum de doctrina fieri debet, et ita examinatae atque consentientis denuntiatio et praesentatio, quae fit toti populo et Ecclesiae simul collectae. Hae vero sunt Presbyterii, et quidem totius, partes, non plebis aut populi.

2080 Approbatio autem eligendi est, de persona iam a Presbyterio examinata diligenter et proposita, liberum, sed tamen iusta aliqua ratione nitens totius populi et Ecclesiae suffragium, per quod post commodum aliquot dierum interuallum concessum, illam personam populus vniuersus, vel acceptat, vel reiicit atque repudiat. Haec igitur approbatio ad plebem et totum populum Ecclesiae sane pertinet.

2085 Hoc verum esse atque ita factitandum, vt sit legitima ordinariaque eligendorum et electorum vocatio, apparet tum exemplis veteris, et primitiue Ecclesiae: tum etiam exemplis illius, quae subsecuta est prima illa tempora. Denique firmissimis rationibus idem comprobatur.

2090 Ac primùm plebem non esse ab ordinationibus vocandorum ac praeficiendorum-muneribus Ecclesiasticis excludendam, demonstrant exempla veteris Ecclesiae, in quaprocul-dubio $\chi\epsilon\rho\tau\omicron\nu\acute{\iota}\alpha$ totius Ecclesiae interueniebat, vt ex Act.6. et 14 ostendi fa

CAPVT V.

[p.35]

cile potest. Itaque suo iure perfide priuant Ecclesiam, qui pastorem populo inscio et non assentienti, obtrudant. Quod fit in Papatu, faciunt enim maximam Ecclesiae iniuriam, cùm eam iudicio et suo suffragio spolient. Qui propterea, vere sunt Sacrilegi nominandi.

2095 Nec enim est pastor legitimus qui inscio vel inuito, vel non assentienti gregi prae sidet et datur, vt ait Gregorius Magnus epistola 87. et 90. Itaque olim etiam iam corruptis Ecclesiae moribus et inclinata disciplina, tamen irritae factae sunt omnes Ecclesiasticae vocationes, quae $\nu\delta\iota\lambda\alpha\omicron\sigma\upsilon\nu\acute{\epsilon}\sigma\epsilon\omega\varsigma$, id est, vt vertit Cyprianus, sine conscientia et assensu populi fierent. Quod confirmat Chrysostomus liber 3. de Sacerd. Cyprianus liber 1. epistola 4. liber 2. epist. 3. et 5. Theodoret. in Histor. cap. 20. et 22. libus 4 Gregor. liber 1. epist 5. libus 2. epist. 69. Atque de hac ipsa electionis forma seruanda extat constitutio Caroli et Ludouici Imper. in canon. Sacrorum canonum distinct. 63. Leo quoque primus Pontifex Rom. negat vllum verum esse Episcopum, nisi qui a clero electus et a plebe expetitus fuerit. in canon. In nomine distinct. 23. Quam ipsam etiam suo seculo adhuc fuisse obseruatam testatur variis in locis Bernardus epistola 202. et 150. 164. 13. et 27. id est, vt populus electioni assentiretur. Denique hoc ipsum verum esse iure canonico etiam confirmatur, quemadmodum apparet ex canone, Plebis Diotrensis et canon. seq. et cano. Nolle distinct. 63 can. Factus, vbi dictum Cypriani aureum recitatur. 7. quaest. 1. Idem testatur Ambrosius liber 10 epistola 82. Vnde quam impii sint Trident. concilii canones

2110 huic contrarii manifeste apparet.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.552]

Neque tamen propter tumultum popularem, aut votum populi temerarium in vnum aliquem, qui erit indignus, debet ille a Presbyterio designari et eligi. Ostendit enim hoc loco Paulus nullo modo esse cum alienis peccatis communicandum. Quod etiam a Leone Episcopo Roma. responsum est, et refertur in cano. Miramur. distinctione 61.
2115 Sed aliud est denegare plebi iustum suumque suffragium: aliud autem illius temeritati obsequi, et obtemperare. Ac quidem haec sunt iura totius populi et Ecclesiae.

Presbyterorum autem est, primum personam ipsam, quae idonea ad munus vacuum videri potest, inquirere ex toto populo, eamque designare oculis, et de ea inter se agere atque conferre. Praeire enim debent toti Ecclesiae Presbyteri. Itaque non tantum eum
2120 agnoscere de vultu vel facie debent, quem designant: sed etiam de qualitate. Vnde fit vt primum examen ipsius eligendi ad eosdem Presbyteros pertineat, ne indignum proponant populo. Nam parum est personam ipsam nosse, nisi ingenii vires noueris. Itaque doctrinam ordinandi debent Presbyteri tentare, tum quaestionibus illi propontis, tum periculum facientes de illius dexteritate in tractanda propoheiridae et interpretanda
2125 Sacra scriptura.

Cur autem hoc primum suffragium ad Presbyteros pertineat, non autem ad vniuersam Ecclesiam et populum, quemadmodum tamen quidam censent, et contentiose disputant, ratio est:

Prima, Quod Presbyteri et Pastores dicuntur ποιμένες et ηγέμενοι Ecclesiae.
2130 Hebr.13.vers.7.id est, Praepositi (vt loquitur Tertull. in Apolog cap.

CAPVT . V.

[p.353]

9.) Vnde sua voce suoque consilio praeire populo debent, et viam futurae deliberationis ostendere. Eigo non plebs praene debet iua voce Presbyris: sed Presbyteri populo et plebi.

Secunda, Quod illi ipsi sunt, vt est in cano. Ecclesia habet 16. quaest.1. Ecclesiae senatus (vt ait Hieronymus) ad quem prima rerum Ecclesiasticarum deliberatio et cura pertinet, atque etiam referenda est: itemque, vt idem Hieronymus ait, morum censura. Sic Paulus Philip.1.vers.1.ad eos scribit, vt per eos ipsius Epistola innotescat reliquae Ecclesiae. Sic ad eos per manum Pauli et Barnabae eleemosynae Ecclesiarum deferuntur. Act. 11.vers.30. Sic illi ipsi Presbyteri Hierosolymis conueniunt, et primum audiunt Paulum,
2140 tum eundem Ecclesiae vniuersae sistunt Actor. 20. vers.28. 21.vers.18.11.vers.13.

Tertia, Exemplum ipsius primitiae Ecclesiae. Apostoli enim ipsi primi de Diaconis eligendis deliberant. i. de personis, quas ad eam dignitatem promouent. Ideo verba, quae sunt Actor 6. ita explico, vt semper penes Apostolos ipsos prima totius actionis cogitatio, deliberatio, et administratio fuerit, Secuta autem est Ecclesia eorum consilium.
2145 Quamquam etiam in eo loco aliquid speciale fuisse videri potest, nimirum vt toti multitudini prima illa suffragiorum ferendorum potestas deferretur, propter murmur Graecorum, qui conquerebantur Hebraeos sibi in Ecclesiae muneribus praeferr.

Quarta, Ex ipsa loquendi ratione, qua vtitur scriptura Actor. 15. vers.22 16.vers.4.1. Corinth. 16. vers.3. ς ν δοκεμάσητε Ex qua phrasi luce cla

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.513]

2150 rius intelligitur a populo et vniuersa Ecclesia probari tantum, vel improbari, quae Presbyteri et ipn preponi Eceienae cie Ecclesiae esse iudicarant atque proposuerant.

Quinta, Exempla posterioris Ecclesiae, quae tum canonibus suis sanxit, tum etiam vsu ipso et praxi demonstraui a plebe tantum assensum requiri, vt quae a Presbyterio gesta sunt, iusta aliqua ratione plebs vel rata haberet, vel irrita faceret. Laodice. Synod. 2155 can.13. qui est relatus cap. Non eit perittenaum uistinet. 63. Sic Cyprianus electiones Ecclesiasticas celebrauit liber 1.epistola 3 et 4. Sic suo quoque seculo factum esse scripsit Socrates liber 2, Histor. cap.6.

Sed si erit summus Magistratus fidelis, in cuius territorio aliquis ad dignitatem Ecclesiasticam est asciscendus, debet certe specialis istius Magistratus consensus praeter 2160 eum, qui a toto populo praestatur, expectari et accedere. Id quod ex Socrate liber 5.cap.2. Theod.libus 5.cap.9. can. Reatina dist.63, et Bernar. epist.282. Platina in Bonif. 3 facile colligi et confirmari potest. Nam ad eum Ipluiiii Raglitiutam pertmiet, il Tresbyterium sit nimium negligens in substituendo aliquo in locum vacantis et mortui vel depositi pastoris, illud cogere et edictis suis increpare, vt apparet ex Hermio liber 1.cap.13.Euagr.libus 2165 4.cap.37. Neque aliud (si recte intelligantur) in can. Porro, et cano. seq. distinct.63. constitutum est.

Accedere quoque debet ipsius electi consensus, antequam populo denuntietur et proponatur et hoc recte in canone Sicut alterius 7. quaest. I. bonstitutum est, Ne inuitus quisqua m'et omnino

CAPVT . VE.

[p.355]

2170 repugnans praeponatur, praeficiaturque Ecclesiae. Quou oino perleurolam ent neqde fieri vllo modo debet.

Trinundinum autem siue spatium trium hebdomadarum populo siue plebi concedi solitum fuisse, intra quod de biecto u rre prerio viro et illi oblato atque etiam audito populus iudicaret, apparet ex Socrate Scholast.libus 5.cap.5.

2175 Ipsius autem populi assensum $\chi\epsilon\rho\omicron\tau\omicron\nu\acute{\iota}\alpha$, id est, manuum eleuatione praestari et fieri solitum fuisse apud Graecos ex more gentis illius certissimum est, idque constat tum ex profanis:tum etiam ex Ecclesiasticis scriptoribus infinitis. Itaque et in Actis Apostolorum: et saepe apud patres electiones ipsae $\chi\epsilon\rho\omicron\tau\omicron\nu\acute{\iota}\alpha\varsigma$ voce nominantur. Videtur vero etiam haec consensus praebendi et testificandi ratio vsitata fuisse inter 2180 Hebraeos ex Nehem. 8.v.7 Apud nos Gallos in omnibus fere conuentibus pablieis comsemus noiter lolet modeltissime solo silentio significari, post propositam negotii, de quo agitur, consultationem: modestiae, inquam, causa. Id quod in electionibus Ecclesiasticis hodie quoque in reformatis Galliae Ecclesiis obseruamus.

2185 Negant autem quidam obstinatissime, liberum populo suffragium eligendi relinqui, nisi duo aut tres populo presententur, siue proponantur a Presbyterio, quorum sit libera populi optio. Nam si vnus, isque duntaxat offeratur et praesentetur, ecquae electionis

libertas populo restat, aiunt, cū sit electio de duobus vt minimum vnus optio? Respondeo vero vbi copia atque facultas plurium idoneorum populo offerendorum datur, et sup

AD I. PAVL. AD TIM.

2190 petit, non vnum tantū, me authore, populo proponendum esse: sed duos aut plures. Vbi autem vnus tantū idoneus esse potest, etiam in eo ipso liberam esse populi electionem deliberationem, et assensionem. dico adeo, vt si quem etiam magis aptum agnouerit populus, aut vnus aliquis e populo, de eo Presbyterium monere et possit et debeat. Atque haec omnia quae diximus in ordinaria vocatione locum habent. Nam extraordinaria
2195 vocatio alia est, quae nulla habet praecepta.

Secundum caput est. Quando electio sit celebranda. Responsio vero facilis est, nimirum vbi prior pastor vel defunctus est: vel legitime depositus. Nam vel viuente adhuc, vel manente et ofcio fungente priori, secundus eligi non debebit nisi fortasse in subsidium defessi, veluti si nimia sit iam superstitis infirmitas senectus morbus, caecitas,
2200 aut aliud quippiam simile, alius aduocari potest, qui illi primo tantum accedit, non autem succedit, vt docet Socra. libus 7. cap. 40. Herun liber 8. cap. 26. Bernard. epistola 126. et tota 7. quaest. I. in Decretis responsum est. Quod si prior pastor defunctus erat, illud fere fuit obseruatum, vt non nisi demum post tertium sepulturae diem in locum defuncti de alio eligendo ageret Ecclesia, vt est in canone rranas i ontifice distinctione 79. Viri
2205 etiam graues, et Episcopi soarum Ecclesiarum amantissimi saepe sibi Successores ipsi designarunt, etiam viui quod futurum periculum prospicerent in futura post suum obitum electione. Hos autem ita ab ipsis designatos, postea populus atque vniuersa Ecclesia comprobabat ant equam legitimi fierent pastores vti Augustinus et Athana

CAPVT V_E

[p.357]

sus, et alii sibi successores elegerunt. August. epi. 1e nncor lincanbapeupinoi Bureu-
2210 uibus 7. cap. 32. Atque haec desecundo capite et de tempore electionis

Tertium caput est, Quomodo sit electio celebranda. Respond. Sic esse celebrandam, vt et Persona idonea reperiatur, et Ratio animusque eligentium sit syncerus.

Persona vero cognoscetur idonea si fiat serium examen ac diligens ipsius tum in Doctrina ipsa, et illius explicandae methodo, tum Vita et motibus, sintne in eo tales,
2215 quales antea praescripsit Paulus cap. 3.

Imperitia vero psalmodiae et cantus, doctum et probum hominem a munere Episcopi excludere minime vel debet, vel potest, quicquid a Gregorio Magno contra responsum sit, et probatum in cano. Florentinum Archidiaconum distinct. 85. Sed iam Episcopi officium in cantilenas conuersum fuerat, relicto abdicatōque ab illis munere et onere
2220 concionandi. Fuit etiam olim diligenter et sancitum, et obseruatum, vt constitutionum Ecclesiasticarum nemo ignarus in Pastorem Ecclesiae ordinaretur, vt tradit Sozom. libus 4. cap. 24. Quae sane conditio non est in futuro Pastore negligenda, si quis talis reperiri potest. Sin minus, eligi tamen poterit, qui non erit omnino ordinis Ecclesiastici ignarus, modo reliquas animi dotes habeat, quae sunt ad pastorale munus necessariae. Neque
2225 enim cantus Ecclesiastici neque istarum regularum Synodicarum ignoratio aditum piis et

doctis viris ad pastoris officium excludere debent, quia illa duo vel vsu, vel exerciatione facile postea edisci possunt.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.339]

Animus autem eligentium erit syncerus, si neque Auaritia (Bracarensi Synodo 3. cap.6.) Fauore, Ambitione, vi et armis et carnali aliquo affectu ad electionem progrediantur, vel
 2230 impellantur qui ferunt suffragia: sed solam Dei gloriam, et Ecclesiae vocantis aedificationem spectent, sibi pro scopo vere animo proponant.

Ieiunium etiam publice indici solitum fuisse, cū fiebat aliqua Ecclesiastica electio, testatur Bernard.epistola 202. Et certe quatuor illa tempora, quae dicuntur in Papatu (quibus publicum ieiunium toti Ecclesiae indictum est) erant eae anni tempestate, squibus
 2235 passim et publice in tota Ecclesia electiones Ecclesiasticorum munerum celebrari cum precibus et ieiunio solebant. Apparet ex can. Ordinationes dist. 75. atque etiam ex eo quod clericis adhuc hodie in Papatu Episcopi ordines quos vocant conferunt illo tempore, quicquid aliter Leo, et Calixtus sentiant et scribant, in canone Ieiunium et cano. Huius obseruantiae distinct.76.

Post Presbyterii electionem et populi approbationem, olim quidem (vt ex Cypria. liber 2. epistola 11. apparet) qui electus fuerat publico scripto proposito publice significabatur, vt si quod esset impedimentum, quod obiici posset, intelligeretur. Hoc male praetermissum est hoc tempore. Post talem igitur electionem ordinatio siue confirmatio, siue manuum impositio fieri solebat electo. His enim tot nominibus vna res et
 2245 eadem appellata est a veteribus.

Est autem ordinatio haec ipsius electae atque approbatae personae in munus illud, ad quod ido

CAPVT V.

[p.359]

ne a visa est, receptio et missio, quae fit praesente vniuerso populo, cum inuocatione Dei nominis. Itaque tunc in illius muneris professionem mittitur ab vniuersa Ecclesia
 2250 electus. Haec etiam cum ieiunio et publicis precibus fieri certe debet, appellaturque fere in scriptura, Impositio manuum veluti hoc loco Actor.6.versó. supra 3.vers.14.2. Timoth.1.vers. 6. a caeremonia quae in Ecclesia obseruabatur. Ergo electus Presbyter, vel Pastor vel Episcopus in possessionem mittendus est, ordinandus vel confirmandus, vt loquuntur, quod vt fieret more vsitato tempore Apostolorum manus imponebantur Electo
 2255 atque approbato can. Presbyter distinct.23. et hoc loco. Fuit enim haec caeremonia ex veteribus et legalibus ritibus ad tempus retenta, vel potius ad imitationem impositionis manuum, quae fiebat super hostiam sacrificandam, recepta in Christiana Ecclesia, vt ap paret ex Leuitic.1. et 8.Iacob benedicturus filios Iosephi, manus illis imponit. vt est Genes. 48.v. 14. Christus etiam ipse paruulos benedicturus manum illis imponit
 2260 Matth.19. vers.15. Atque etiam illa in Baptismo locum habuit, vti apparet Hebr.6.vers.2. In aegrotis etiam et dono miraculorum Mar.16.vers.18.

Cur autem ista manuum impositio fieret duplex ratio est.

I Vt intelligeret is, cui manus imponebantur, se totum Deo asseri et destinari. Denique in se a Deo manus iniici, vt iam abrenuntians rebus omnibus suis et mundi negotiis totus

muneri suo ad Dei gloriam incumberet at que inseruiet. Vnde preces adiungebantur, vt eum Dominus ipse

360 AD I. PAVL. AD TIM.

[p.]

2 Ratio est, vt Spiritus sancti dona in electum effunderentur, eumque quatenus, quaque mensura Dominus ipse videbat conducere, impleret. Quod ipsum etiam tota Ecclesia pro electo summis votis a Deo petebat. Vnde ab August. manuum impositio nihil aliud esse definitur, quam oratio super hominem. de Baptismo liber 4.

2270 Haec tamen caeremonia, cùm sit tantùm ritus quidam, non vsque adeo certe necessaria est, modo preces adhibeantur in confirmando electo, et Ecclesia vniuersa vota sua eum eo coniungat, vt spiritu Dei corroboretur. Id verum esse apparet, quod Paulus ipse non semper hac voce et caeremonia vtitur, cùm de electione Episcoporum agit. vti Tit. I. vers.5.

2275 Deinde quod etiam ipsis Papistis et canonibus testibus, non requiritur haec impositio manuum in omnibus ordinibus et dignitatibus Ecclesiasticis veluti in acolytho, et Subdiaconis ordinandis, vt expresse refertur can. Subdiaconus et cano. seq. distinct. 24. quicquid ibi glossa glosset, et distinguat.

2280 Tertio, quod etiam ipsis Papistis testibus, vis tota huius impositionis manuum a precibus pendeat, non ab ipso ritu et iniectione manuum in ordinandos, adeo vt sit tantùm illa caeremonia signum quoddam externum commendationis cuiusdam, quae a tota Ecclesia fit Deo, illius personae, quae iam electa est, et quae in possessionem sui muneris est mittenda Vnde praeter missa precatione nihil omnino valet et efficit ipsa

2285 manuum impositio, etiam ab Episcopo facta vt est in cano

CAPVT V.

[p.361]

Quorundam. Dist. 24. Ergo cùm preces retinentur, ipsis canonibus Papisticis autoribus ipsa manuum impositionis vis, finis, et substantia conseruatur. Quod est satis. Neque est manuum impositio essentialis pars et ritus legitimae vocationis

2290 Denique dum hanc caeremoniam praecise vrgent homines, videmus eos incidere in vanas quaestiones et ineptas, veluti De triplici manuum im positione Vna Ordinatoria, altera Confirmatoria tertia Curatoria ve eit in canone. Manus. I. quaest.I.

Item vtrum, repeti in eodem possit manuum impositio.

2295 Item vtrum sic manus imponi debeant, vt ca put ipsum electi attingant, de quo anxie quaeritur in cano. Episcopus dist 23. Ergo fatui sunt, qui haerent in ea nuda caeremonia, et proram et puppimlegitimae vocatlois cecienaitieae constituunt quod faciunt Papistae, cùm illa sit rerum indifferem num numeromeque sit pars vlla essentialis legitimae vocationis: sed tantùm illius testificandae adminiculum externum et signum quoddam confirmatae electionis.

Ergo et retineri et omitti potest pro more regionis, in qua electus ordinatur.

2300 Additum est denique, vt esset legitima ordinatio episcopi, nimirum vt tres episcopi vicini ordinationi siue confirmationi interessent siue manus vna cum vniuersa ecclesia, de cuius pastore eligendo agitur, imponerent. Id quod ex Apostolorum canonibus sumptum putant, et studiose retinent Papistae, quod tamen et onerosum est pauperibus ecclesiis,

et ad ambitionem et pompam

302 AD I. PAVL. AD TIM.

2305 sit ab illis videturque inuentum. Quanquam tamen operaepretium est ad conseruandam
fidei concordiam, et vnionem tum doctrinae tum charitatis electum episcopum quaerere
et habere manus associationem a vicinis episcopis et pastoribus: quam se ab aliis
Apostolis accepisse testatur Paulus Galat.2.vers. 9. et concilio Mileuit cano. 15.ordinati
in vna ecclesia aliis episcopis vicinis statim significabantur publico scripto misso ab
2310 ordinatoribus: sed praecise tres alios episcopos accersere et aduocare est plane ecclesiis
grauis et onerosum, tamen Graecanicae ecclesiae studiose, vti fastum omnem externum,
et alia pompernalia retinuerunt, quemadmodum apparet ex Historia Euagrii liber 2.cap.
8.Socrat.libus 5.cap.7.libus 4.cap. 3.cano. episcopus dist.23.

Item constitutum erat et obseruatum in ista ordinatione vt episcopus non nisi in vrbe
2315 metropolitana confirmaretur, vt ex concilio Toletano apparet et est in cano. Qui in aliquo
Dist.62.

Denique nisi electus curaret sese intra quinque menses consecrandum ab Archiepis-
copo suo amitteret ius sibi quaesitum cano. Quoniam Dist. 100. Sed haec omnia
cuiusque ecclesiae iudicio sunt relinquenda, quando quis sit ordinandus, et eligendus.
2320 Nam velle praecise vt ab Archiepiscopo quis confirmetur et ordinetur, vtque in vrbe
metropolitana, id plane redolet veterem tyrannidem Antichristi, quae prorsus est in
ecclesia Christiana abolenda: et quilibet pastor melius inter gregem sibi destinandum con-
firmatur. Demum additae sunt quaedam vestes a communibus diuinae sae, et ornamenta,
vt augustior haberetur inaugu

CAPVT V.

2325 ratio, Item oleum chirothecae et similes quaedam nugae plane superstitiosae et pueriles.
Quae sunt omnia reiicienda. Nam dum formosam ecclesiam illiusque dignitates speciosas
repraesentare nobis conantur, meretricios illam cultus inducunt: et ex casta et Christi
sponsa verum scortum et foetidum effecerunt. Postremo circa annum 700a Christo
passo in Italicis et occidentalibus ecclesiis reliqui episcopi ceperunt confirmationem
2330 suae dignitatis petere a Roma. episcopo. Vide quae Isych. scribit. liber 6.in cap.21.
et 22.Leuitic. Ex his autem omnibus apparet quam nulla sit, vel non legitima eorum
verbi Dei Ministrorum, vel ecclesiae pastorum Vocatio, qui solius regis, vel reginae: vel
patroni, vel episcopi, vel Archiepiscopi autoritate, diplomate bullis, iussu, et iudicio
fit vel eligitur. Id quod dolendum est adhuc fieri in iis ecclesiis, quae tamen purum
2335 Dei verbum habent et lequuntur, veluti in media Anglia. Nam Anglos homines alioqui
sapientissimos, acutissimos, et pietissimos in istis tamen Papisticae idololatriae et
tyrannidis reliquiis agnoscendis et tollendis, scientes. prudentesque caecutire, mirum
est. Itaque praeclare sentiunt, qui omnem illam chartulariam et episcopaticam curi-
onum, et pastorum ecclesiae creandorum rationem item ex solo episcopi consensu et
2340 diplomate ministrorum verbi caelestis vocationem, approbationem, et inaugurationem
damnant, tollendamque ex reformatam ad Dei verbum ecclesia censent: quod ordo Dei
verbo praescriptus in ordinatione huiusmodi personarum sit praetermissus, ac violatus

[p.363]

sicut i perspicue appareat. Denique et Senatui ecclesiastico et Populo

304 AD I PAVL. AD TIM.

2345 Christiano ius omne suum atque suffragium misere sit hac ratione et in hoc genere voca-
tionum ecclesiasticarum ademptum, et in vnum quendam episcopum magna tyrannide
atque abusu translatum. Dominus Deus talibus corruptionibus, quae adhuc in ecclesiis
ipsius supersunt et deffenduntur, mederi magna sua misericordia dignetur et velit, quae
tandem certe magnam ecclesiae Dei ruinam secum trahent, et ipsum sacrosanctum verbi
Dei ministerium reddent efficientque vel mer cenarium: vel omnino contemptibile et
2350 abiectum. Quod Dominus auertat.

Vna modo quaestio superest iil hoc argumento, Nimirum, quid de eorum adminis-
tratione sit sentiendum, qui non sunt legitime vocati: atque vtrum iis fana consensientia
adhaerere debeamus. In quo certe distinguendum est. Aut enim est Omnino illegitima
vocatio eius, qui ecclesiam aliquam administrat: vel Non omnino illegitima, sed tantum
2355 ex parte.

Illegitima omnino est ea, in qua omnia Dei verbo praescripta, sunt praetermissa
vel violata, vt si quis seipsum intruserit priuata autoritate. Non omnino sed tantum
ex parte illegitima est ea, in qua tantum quaedam ex illis non obseruata fueTunbieu
praetermissa. Ergo cuius omnino illegiti ma vocatio est, is certe pro priuato habendus
2360 est, ac huiusmodi vocatio pro nulla. Itaque neque sacramenta conferre potest, neque
reliqua negotia ecclesiae gerere: et quae gessit pro nullis habentur, nisi fortasse esset
extraordinaria illius vocatio, id est, quae signis testimoniisque certis a Deo confirmata
esset. Sola autem propa

CAPVT .V.

[p.365]

gati euangelii, et fructus, qui inde multus emergit, con sideratio non confirmat huius-
2365 modiomnino miegiemna vocationem, vtine que loetus enatus illegitimam copulam, quae
intercessit inter adulteros.

Vitium autem istud tolli potest, si postea ordi ne et legitime vocetur is, qui primum
illegitime in ministerio versabatur.

Qui autem ex parte tantum est illegitime electus et vocatus, veluti: si per Simoniam
2370 quis munus adeptus sit, et non legitimo populi vel senatus ecclesiastici consensu, con-
sensu tamen gradum obtinet, non est habenda pro omnino nulla huius modi vocatio, sed
vitium illud est corrigendum Itaque isti sacramenta conferre possunt, quia vtum que
non omnino veram et satis legitimam vocatio nem habeant: habent tamen aliquam. Sic
Scribae et Phariseae in Cathedra Mosis sedebant. Sic Caiaphas in pontificatu summo
2375 erat, quem pretio redemerat. Itaque exemplo et Apostolorum, et Chri sti ipsius, qui
eos monuit et reprehendit non autem secessionem a corpore ecclesiae fecit, ab iis nos
se 9r egure manumedeu non denemus, nec a toto ecclesiae corpore. (Id enim esset
Donatistarum haeresim reuocare) sed pacem ecclesiae, quantum in nobis est, colere nos
oportet, etsi istud vitium quod in eorum personis et electione inhaeret, damnare oportet:
2380 et quantum possumus tum emendare, tum etiam emendatum velle.

Hac ratione fit, vt etiam a sacrificulis Papisticis collatus Baptismus non sit in ecclesia Dei repetendus: a priuato autem collatus idem baptismus sit tamen repetendus, et pro nullo habendus. Etsi enim in ecclesia Dei illegitimam vocationem Pa

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.320]

pistici sacrificuli habent: tamen ex consensu populi habent aliquam. Est autem aliud, vt ait Augusti liber 2. contra epistolam Parmeni. cap. 13 aliquid prorsus non habere: aliud autem aliquid perniciose habere: aliud aliquid salubriter habere. Quod tertium solum eligendum nobis est. Sed tamen vti magistratus vitio creatus, Magistratus tamen est propter populi consensum, quemadmodum lib 5. de lingua latina docet Varro: ita isti sacrifici etsi vitio creati sunt episcopi et presbyteri, Vt, παρελκισμοι potius, quain πικραιοι sint merito appellandi, tamen quadamtenus presbyteri sunt et Episcopi, praesertim apud eum populum, qui in eo consensit.

Caeterum obiter monendi sunt lectores, quosdam referre totum hunc Pauli locum, vbi de non imponendis cito manibus agitur, ad reconciliationes publicas lapsorum, quae fieri solitae sunt in ecclesia per impositionem manum quemadm. ex Cypriano liber 1. epist. 14. facile colligi potest, et ex veterum scriptis et canonibus Synodorum. Sed tamen aptius videtur, si referamus hunc locum ad electiones ecclesiasticarum functionum: imprimis autem Pastorum. Illae enim reconciliationes lapsorum veluti idolis sacrificantium, et libelatorum, qui dicebantur, quae per manuum impositionem fiebant, videntur demum post obitum et tempora Apostolorum notae et visitatae fuisse ea forma in ecclesia, quam refert Cyprianus: vti et multae aliae ceremoniae post Apostolos in ecclesiam sunt inductae, et obseruatae.

23 *Ne amplius esto abstemius: sed vino*

CHLA LE V.

[p.113]

paueulo vttere, propter stomachum tuum et trebras ihas inprimis.

Etsi hunc versiculum quidam subiiciunt sequenti tamen nossequemur ordinem quem codices communes habent. Est igitur hic locus quoque continuatio siue Α'κολέθητης superioris argumentum, in quo de Presbyterorum officio agitur continet autem hic versiculus praeceptum, quod ad omnes in vniuersum Presbyteros et praepositos ecclesiae pertinet quicunque in exemplis praecepti non tantum in doctrina: sed maxime in vita esse debent, iuxta dictum Christi. Math. 5. Vos estis sal terrae. et Petri in 1. epistola cap. 5.

Quoniam enim hic locus quiddam peculiare, et quod ad Timotheum sigillatim spectat, trade re videtur: vis tamen et ratio praecepti est generalis, et ad omnes, qui aliquo fungantur munere in ecclesia denique tendunt. Psuc autem ordinem in huius versiculi explicatione sequemur, vt primum quae ad specialem huius loci explicationem faciunt, dicamus: deinde praeceptum Pauli ad omnes generaliter producamus ex ipsius mente et scopo.

Iubet igitur Paulus, vt Timotheus vtatur pauculo vino, idque propter ipsius valetudinem et stomachi debilitatem, vt suo muneri melius superesse possit.

In quo quibusdam videtur nimis abrupta et perturbata orationis huius et styli Pauli ratio, quod a praecepto generali, de electione presbyterorum, statim transeat, aut potius

transuolet ad praecepta medicinae: et ea, quae peculiariter ad

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.368]

2420 valetudinem et stomachum Timothei pertinent. Quae igitur seriei et continuationis huius
loci afferri ratio potest? Respondent quidam apte hunc locum cum superiori connecti.
Cùm enim superiori proxime versiculo voluerit Paulus Timotheum esse γνὸν, id est,
castum, vt interpretantur illi: merito quoque de vini potione praeceptum subiici, quae
castitati repugnare videri poterat. Itaque ne castitatis retinendae praetextu nimia et im-
2425 modica abstinencia ab eo suscipe retur, vtilem hanc admonitionem Paulum subus iunxisse
volunt. Haec Chrysosto: haec Anselmus: haec pene coeterorum omnium sententia est.
Nos tamen aliud existimamus. Nam quemadmodum νοκάργνὸν ad castitatem corporis
siue coelibatum quemadmodum tamen illi fingunt, minime per tinet: sic neque hoc
praeceptum additum est propter castitatem. Quid igitur? Cùm oporteat omnes iuueles
2430 ceciella pauorto ce ministros verbi Dei vitae suae luce et sanctitate praeire reliquo gregi,
docet hoc loco Paulus exemplo Timothei quatenus eos victus sobrietatem et rationem ha
bere deceat, vt in cibo ipso caeteris quoque vitae exemplum pastores praebeant.

Timotheum autem vult Paulus vti vino, sed moueo: ex quo apparet eum fuisse
abstemium, non tam quidem natura: quam vitae magna conti nentia. Non vetat enim
2435 nude, ne Timoth. aquam bibat λίγω. Haec vox non tam ad qualitatem vini, quam ad
quantitatem referenda est, vt λιγὸν οἶνον intelligamus, non λιγορόρον. i. quod aquae
minimum ferat: sed paucum, et quo quis inebriari non possit. Diserte ver o vocem hanc,
λίγον, addidit, vt

CAPVT V.

[p.369]

hoc suum praeceptum atque doctrinam Euangelii ab omni calumnia vindicaret. Nam
2440 videri poterat ex hac Pauli iussione euangelium incitare, ac impellere homines ad vinum
hauriendum, seseque ingurgitandum, nisi hoc tempera mentum atque hanc velut excep-
tionem subtexuisset Paulus. Id quod sobrii homines inter Ethnicos vituperassent, et
merito quidem. Nam et Os. 7. vers. 5. et Prouerbus 31. quanta, quamque grauia Dei iudi-
cia in τνοπότας id est, vinolentos et insobrios homines denuntientur, apparet. Denique
2445 Luc. 21. vers. 34. Christus et crapulam et ebrietatem damnat. Quare merito modera-
tionem at quesobrietatem hac voce λίγον praescripsit Paulus, etiam Timotheo sua iam
sponte sobrio et temperanti, nedum vt praeceptum de sobrietate seruanda cuiquam graue
aut intempestiuum videri possit.

Cur autem praescripserit vsum vini Timotheo, ratio est, non quod medicum agat
2450 Paulus: sed quod in suae ipsius valetudinis detrimentum et virium corporis debilitationem
nimiam abstemius esset, idque sponte, hac sibi lege imposita, ad domandos carnis impetus
et libidinosos motus, qui in iuuenili illa aetate magni et feruentes esse potuerunt, nisi hac
tanquam frigida suffusa, id est, vini detractioe, temperarentur et extinguerentur. Itaque
Timotheus habita tum suae Aetatis, tum Vocationis ratione, vino sponte abstinebat: non
2455 superstitione aliqua, quasi vini vsu Deus offenderetur: non haeresi, quasi hanc Dei crea-
turam damnarer, quod postea fecerunt Aquarii et Seueriani: Non voto aliquo suscepto,
quale fuit veterum Nazaraeorum votum. Non denique

AD I. PAVL. AD TIM.

odio et auersatione ipsius gustus et odoris, quod faciunt ii, qui natura sunt abstemii, et vinum gustare non possunt: sed certo animi proposito et instituto, vt carnis libidinem in
 2460 tam feruente aetate, tanquam aestate, reprimeret, atque compes ceret: vti qui equis, ne nimium ferociant, pabuli partem adimunt, ne nimium impingentur.

Ergo qui superstitione aliqua ducti, qui haeresi alicui addicti, qui voto constricti, vino abstinent hoc Timothei exemplo iuuari vel deffendi non possunt, cuius factum hic a Paulo commemoratum est ab illis dissimillimum.

2465 Denique ratio addita est a Paulo, et modus, ex quo Timotheum aestimare vult, quatenus et vino et caeteris cibis abstinere debeat. Nimirum quatenus ratio valetudinis et corporis sanitas patitur id fieri: non vt longaeui tantum fiamus: sed vt commodius et facilius Deo inseruiamus. At que fiae quidem particulae pertinent ad Timotheum: Videamus iam quae ex his colligi debeant, et ad omnes Presbyteros et Ecclesiae praepo-
 2470 tos diffundantur. Duo vero canones ex hoc versiculo a nobis excerpentur, iique generales et vtilis.

I Presbyteri eam victus rationem ac sobrietatem instituunt, quae et ipsorum muneri facile obeundo conducat, et caeteris ad exemplum tem perantiae esse et praelucere possit.

2 Presbyteri atque praepositi Ecclesiae in ea vi ctus sui sobrietate ac ratione in-
 2475 stituenda, et bonae valetudinis suae, et virium stomachi atque totius corporis sui rationem habento.

Atque hic vterque canon est exp licandus.

CAPVT V.

[p.371]

Ac primùm quidem primus.

Iam inde a primis Apostolorum temporibus propter et Muneris eminentiam, et
 2480 functionum ipsarum Ecclesiasticarum finem receptum est, vt maior quaedam sanctitas a praepositis Ecclesiae requireretur, quam a reliquo populo Christiano. Qui enim in eo gradu collocantur, vitae exemplo caeteris praelucere debent, quemadmodum docet Petrus. 1.Epist.5.vers.3. Vnde a Christo appellantur et Lux et sal terrae, in quo caeteri saliantur. Math.5. Neque modo in iis, quae ad cultum Dei, veramque vitae reformationem et
 2485 sanctimoniam pertinent, quale est vt scortatione abstineant, fur to, caede, idololatria, haec seuerior vitae ratio in praepositis Ecclesiae requirebatur: sed etiam in re bus διαφόροις et mediis: et quae etiam licent reliquis Christianis, nempe propter muneris ipsius Ecclesiastici dignitatem et sanctitatem, maioremque commendationem. Vnde Paulus 1. Corinth. 9. vers. 27. ait se contundere corpus suum, et subiicere, ne cum
 2490 aliis praedicauerit, ipse reprobis fiat, cedatque illi exitium, quod ab aliis requirit. Et quae secuta sunt Apostolos tempora austeriorem, rigidiorem, seueriorem que semper praepositis Ecclesiae, quam reliquo populo, disciplinam indixerunt, quemadmo dum et ex canonibus Apostolorum, qui dicuntur et decretis synodorum apparet, maximeque ex eo, quod Thelesphorus Episcopus Roma. ieiunium Quadragesimale primùm solis
 2495 clericis indixerat, a quibus seruabatur, non etiam a reliquo Ecclesiae populo, vt apparet etiam ex ipso decre

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.372]

Ratio huius seuerioris regulae illis imponendae fuit duplex.

Prima, quod debent propter doctrinae (quam ardentius et purius profitentur quam reliqui) confirmationem et commendationem, quemadmodum diximus, in omnibus
 2500 quae non modo ho nesta sunt, sed speciem honesti habent, praelucere reliquo gregi. Itaque non modo omnem crapulam, luxum, lasciuiam fugere debent praepositi Ecclesiae, sed vel solam illorum vitiorum vmbram et speciem, vt alios suo exemplo aedificent, caelestemque doctrinam commendent. Nam sic vitia aliorum liberius reprehendere possunt. Est enim haec et verissima et maxime notabilis Hieronymi sententia, An
 2505 non confusio et ignominia est Iesum Christum crucifixum et pauperem, et esu Fieniten turuie praedicare corporibus, et ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed etiam conversationem et abstinentioniam. Haec Hieronymus in Mich.

Secunda, quod fere homines, quale est humanum ingenium, iis rebus externis plurimùm tribuunt a quibus si quis abstinet, is et Dei timentior ; ce fanctior a vulgo iudicatur. Coloss. 2. in fin.

Tertia quoque ratio addi potest. Quod etiam (quae est nostra vitiositas et corruptela) in vsu re rum indifferentium nimium libero, minûsque seuero caro fit lasciuior, et intemperantior, quam tamen contundere necesse est. Id quod fieri nisi rerum earum,
 2515 etiam concessarum, detractioe sae

CAPVT V.

[p.373]

pe non potest. Adeo, vt ei, qui vere temperanter, et sobrie viuere velit, carnisque ob- scoenos motus comprimere, omnino sit necesse multis rebus ad tempus, vel in perpetuum abstinere, quae tamen licent: sed earum vsu carebit ipse sponte, non quidem propter conscientiam, quasi vetita sint edi, sed quod hoc fraeno carnis libido et rebellio domatur,
 2520 et rationi subiicitur. Partiar autem totam hanc disputationem in tria capita, nempe vt agam de fine huius abstinentioniae, De Cibis: et De Modo illius.

Finis autem, propter quem quis iis cibis et re bus abstinet, varius esse potest, vnus tamen, isque solus probandus est, quem secutus est Timotheus, vt ex hoc loco apparet, nempe vt Deo liberiùs inseruiamus.

Ac primùm quidem Ethnici ipsi et gentiles quibusdam cibis abstinerunt propter
 2525 superstitionas opiniones, et plane in Deum blasphemias. Ægyptii porris, caulibus, cepis et aliis oleribus id genus seuere abstinerunt, quemadmodum M. Tullius, Diodorus Siculus, Iuuenalis, aliique plures authores tradiderunt. Pythagorici philosophi carnibus abstinerunt. Philistinis, qui et Palaestini, piscium genus nullū edere concedebatur, et
 2530 quidem hi omnes, quod eos cibos quibus abstinebant, Deos esse crederent, aut ita diis consecratos atque sanctos, vt in hominum mortalium vsu et commercio esse minime deberent. Hic finis prorsus et blasphemus est in Deum, qui e creaturis creatorem facit: et proculdubio damnandus.

Deinde Haeretici successerunt, qui quibusdam cibis abstinent, sed non ea ratione,
 2535 propter quam

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.374]

Timotheus, et pii debent. Nam Seueriani et Aquei vino abstinerunt, quod opus diaboli esse contenderent. Manichaei carne: alii aliis cibis, quod eos esse nefandas et diabolicas creaturas crederent, ut in liber de Haeresibus docuimus. Hic finis damnandus quoque est, et impugnat dictum Pau II sup.cap.4.verl.4.omnis cibus creatura Dei est, et bonum quiddam. Denique etiam cano. Si quis Presbyter Dist.3o.improbatur.

2540 Tertii etiam et ipsi peccant in fine, propter quem cibus abstinendum est. Etsi enim omnes ci bos a Deo creatos, productosque fatentur: ita tamen eos distinguunt, ut ex iis alios aliis sanctiores et ad vitam aeternam comparandam aptiores existiment, abusi eo Dei consilio, per quod in veteri lege quosdam cibos interdixit suo populo, ut est Deut.14. 2545 Leuit.11. Tales fuerunt Tatiani, Encratitae, et eorum discipuli: tales hodie Monachi. Et hic quoque finis est improbus, et transfert ad terrena mundi elementa quod vnius Dei Spiritus est proprium, nimirum sanctificare nostras conscientias. Itaque damnandus est iuxta illud Pauli sup.4. vers.4.cibus quilibet a Deo conditus in vsum hominis minime reiiciendus est, et Roma 4.vers. 17. Non est regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax, 2550 et gaudium per spiritum sanctum et I.Corinth. 8.vers.8. esca non commemdat Deo. August. in liber quaest. Euange. nec in abstinendo, ait, nec in manducando est iustitia. Et ne quis sibi nimium in ea ciborum abstinencia placeat, haeretici etiam plerique ea excelluerunt, quem admodum Socrates liber 7.cap.17. tradit.

Alii voto, eoque perpetuo, hanc abstinenciam

CAPVT V.

[p.375]

2555 ciborum sibi indicunt propter illud Pauli in eadem epistola Roma.14. vers.21. Bonum est non ves ci carnibus: neque bibere vinum: et illud etiam quod est I.Corinth.8.vers.13 si esca facit, ut offendat frater meus, non vescar carnibus in aeternum. Vtrouque modo, hoc nimirum, et superiore in Christiana Ecclesia grauiter peccatum est, et pene primis ecclesiae temporibus, dum inconsiderato quodam sanctitatis zelo homines ducuntur. 2560 Atque hic finis proxime a nobis commemoratus ex eo satis refutatur, quod Pauli dictum conditio naliter et κατὰ τὴν prolatus tanquam simpliciter sit dictum et effatum isti accipiunt. Docet enim Paul. quibusdam cibis abstinendum tunc, cum proximi aedificatio, et iusta ratio id exigit: non autem ex voto id fieri vult, neque simpliciter et omnino. Verus igitur et legitimus huiusmodi ciborum abstinenciae finis, isque probandus, est ille, quem 2565 scriptura praescribit. Est autem is duplex vel Carnis nostrae extraordinaria mortificatio, vel Infirmorum fratrum ratio et aedificatio, qui ad tempus sunt toletandi a nobis.

Primus finis commemoratur a Paulo I.Corin. 9.vers.27. contundo corpus meum, et in seruitutem redigo. Item Coloss.2.vers.23. Sic ieiunium institutum et vsum habuit in Dei Ecclesia vel a tota, vel ab vno aliquo priuatim susceptum. Atque certe ibi recte 2570 obseruat Chrysostomus dici a Paulo Castigo: et in seruitutem redigo: non dixit, peredo et Punio. Non enim inimica caro est, sed casti go, et redigo in seruitutem, quod Domini est, non hostis: magistri, non inimici: exercitatoris, non aduersarii Bernad sermo. 66.in Cantico. docet.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.310.]

2575 Nos cibus posse abstinere triplici de causa vel ex medicorum praeceptis, quod non reprehenditur, si tamen nimia non sit cura corporis: vel ex regu lis abstinence, vt mortificetur caro, quod etiam si sine superstitione fiat laudandum est: vel ex insania haereticorum, quod est omnino damnandum. Et in epistola ad Coloss. idem Chrysosto. Deus, ait, corpori honorem suum contribuit, ipsi vero (de nimium abstinentibus loquens) non cum honore vtuntur corpore. Denique concilio Gangrensi, quod vicinum fuit primo
2580 Niceno, nimia ista abstinencia, et si quavis in ea ponatur est grauiter reprehensa. Quod vero scribit Gregor. Mag. pios a licitis rebus fercubitmere, vel vt sibi meculpas vitae anteactae deleant, sitque haec abstinencia pro poena, est falsissimum, etsi probatur cano. Sunt qui 27.quaest.2.

2585 Secundus finis expressus est saepe a Paulo in epistolis, praesertim in ea, quae est ad Romanos cap.14, et 15. 1. ad Corinthios 9. atque etiam in Actor. ca.15. a Synodo Hierosolymitana. Propter aedificationem enim infirmorum, qui non poterant videri peccare malitia, sed nuda tantum ignorantia, Paulus se omnia omnibus factum esse dicit: et iubent Apostoli collecti quibusdam cibus Christianos abstinere ob eandem causam.

2590 Alterum caput huius disputationis est de rebus, quibus abstinere solerent veteres, et nunc debeamus ipsi abstinere. In quo nullum est praeceptum diserte ab ipso Dei verbo positum: sed debet quisque iis cibus abstinere, quibus libidinem in sese maxime vel accendi, vel excitari sen

CAPVT . V.

[p.377]

tit et exper itur. Itaque qui carnis esu se proritari vident, carne abstinere debent. Qui vero piscium esitatione se lasciuiiores fieri sentiunt (est enim cibi genus delicatissimum,
2595 vt testatur in Sympossac. Plutarchus piscium esus) piscibus abstinebunt. Qui vino se libidinosiores effici comperient, vinum ne bibant, quia quo maxime caro nostra proritatur, illud est subtrahendum, quemadmodum ferocienti equo nimium pabulum (quenadmodum in liber de Arte equestri tradit Xenophon) est subducendum, vt contundatur, et dometur facilius. Qui vero esu leguminum se ad peccandum magis incitari sentiunt, leguminibus
2600 potius quam carne debent abstinere: quia fontes et incentiuum peccati est tollendum, non illud, quod libidinem in nobis non accendit. Irem quorum ciborum esu maxime offenduntur infirmi adhuc fratres, quibuscum versamur, illis est abstinendum, non est autem par ratio in aliis cibus Fieret enim temere et sine causa. Neque vero hic nobis vel Nazaraeorum votum, de quo est Numeror. 6. quisquam in vsum et praeceptum reuocet.
2605 Fuit enim illud caeremoniale, et iam per Christum implementum atque finem habuit. Itaque desiit esse in vsu. Neque etiam quisquam regerat, reponatque vetus illud discrimen ciborum, quod in lege sua caeremoniali Dominus instituit Deuter. 14. Leuitic. 11. quia illud eriam fuit plane caeremoniale. Vnde Apostoli ipsi de vsu ciborum interrogati minime illud inter homines retinuerunt in concilio Hierosolymitano Actor. 15. Quin
2610 etiam illud ciborum discrimen saepe Paulus oppugnat, imprimis autem in Epi

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.370]

stola ad Galatas. Denique neque etiam aliquis nobis obtrudat illud, quod est Leuitic. 10.vers.9. quia et not ipluin plane antiquatum est a Christo, vti et altare et Sacerdotium.

Fuerunt tamen certa quaedam ciborum genera, quibus maxime γκρατεύοντες et μονάζοντες Chri stiani abstinere solebant, partim ex nimia iam superstitione, partim ex
 2615 inepta virorum piorum imitatione. Ac quidem imitatione, quod antiquissimi Christiani propter persecutiones in deserta ac vastas solitudines fugere coacti, saepe herbis tantum, aqua pura, secundo pane, et siliquis, similibusque rebus illic vixerunt, cum neque caro, neque vman, neque alii cior propter incultum locum suppeterent illis, neque illic reperirentur. Horum vitam imitari se putauerunt, qui tam vilibus cibis postea, etiam sine
 2620 necessitate, et in mediis vrbibus victitarunt.

Superstitione vero quidam impellebantur, quod iam plus satis externae isti vitae austeritati, et curiositati quadam verae sanctitatis ignoratione homines tribuebant. Ergo qui se reliquis puriores atque mundiores esse inter Christianos volebant, vt ex Eusebio liber 2.cap.17 liber 6. cap.3. Socrate liber 4. cap.23. aliisque veterum locis colligitur,
 2625 primum fere astinuerunt his cibis (quanquam tamen, vt ait Paulus Tit. I.omnia sunt munda mundis) abstinerunt, inquam, Carne, Oleo, Vino: Oleribus interim, et reliquis rebus indiscriminatim vescentes, puram etiam aquam potantes, non conditam, non mistam, non saccaro, non herbis vim illius augentibus, aut vsum gustumque gratiorem facientibus temperatam. Post

CAPVT V.

[p.879]

2630 ea creuit superstitio, et haec initia latius postea sunt propagata, adeo vt postea, et iam tempore Gangrensis Synodi, quae fuit sub Constantino Magno, Sagimen omne et pinguedo, et non tantum caro ipsa Monachis et abstinentibus interdici retur. Demum accessit decretum Gregorii Magni, quod abstinere cupientibus prohibet et interdicat esu omnis rei, quae sementinam carnis originem habeat, adeo, vt iam non solum caro ipsa sit prohibita: sed
 2635 et caseus, et ouum, et lac, et butyrum, quia sementinam carnis, id est, a carne originem habent. Hoc iam sequuntur omnes Papistae, et est in canon. Denique distinct.4. tanquam hoc sit perfectissimum abstinentiae genus. Bernardus tamen sermo 66. Cantic. videtur sentire hanc sententiam esse ex Manichaeorum haeresi deriuatam. Caeterum, ait, quid sibi vult, quod ita generaliter omne, quod ex coitu generatur, vitatur? Nempe horrent
 2640 lac, et quicquid ex eo conficitur, vt in eo Bernardo neque cum Gregorio Magno, neque cum superstitiosis nostri temporis Papistis conueniat, qui generaliter omnes cibos istos prohibent. Mirum tamen cum et votum Nazaraeorum vini interdictionem contineret, et Timotheus vino potius, quam aliis reliquis cibis ad carnem domandam abstinuisse dicatur: et veteres Monachi vino potissimum non vterentur. Praeterea cum tota distinct.
 2645 35. vini incommoda atque pericula varia enumerentur, maximeque Episcopis, et sanctioribus viris cauendum praedicetur. Denique cum Prouerbus 31. serium aliquid acturis vinum interdiciatur, mirum, inquam, est, nullos tamen Monachos etiam abstinentissimos et rigidissimae vitae regulam professos.

AN I. PAVL. AD TIM.

[p.Joo]

Vino tamen abstinere voluisse, nisi fortasse Bernaexcipias, qui se vino docet abstinuisse.

2650 Atqui tamen Paulus Ephes.5. vers.18. in vno hoc cibi genere lasciuiam et σωτήριον inesse testatur potius, quam in reliquis omnibus cibis. Ex quo apparet Monachismum nostri temporis, addo etiam Iesuismum, esse meram hypocrisin, in quo non vera abstinencia praescripta est, sed sola tantum ostentatio et abstinenciae umbra, cum vino potius, quam carne esset illis abstinendum, si vere carnem contundere studebant. Atque haec de cibis.

2655 Sequitur tertium et ultimum huius disputationis caput, in quo altera regula a nobis in vitae ratione, quae a praepositis Ecclesiae seruanda est, constituta continetur et exponitur. Quaeritur enim De modo suscipiendae istius abstinenciae, et instituendae sobriae victus rationis, quis esse et statui debeat. Breuiter autem respondet Paulus, eum esse modum legitimum, atque laudandum, in quo valetudinis ratio habetur a nobis. Ex quo fit, ut

2660 tria colligamus. primum non esse nobis omnino omnibus cibis abstinendum. Neque enim tunc, nisi modo plane miraculoso, viuere possemus. Deinde consequitur, non semper, aut in perpetuum extraordinaria illa ciborum abstinencia vtendum nobis esse, sed tantum ad tempus. Nam deficerent vires, et paulatim ita debilitaretur natura, ut nulli negotio superesse possemus. Sobrietas quidem nobis est per totum vitae curriculum

2665 seruanda: sed haec quoque non semper in iisdem cibis fugiendis versatur. Praeterea cum de extraordinaria quaeritur, quae ad domandum magnum carnis impetum adhibetur, ea cer

CAPVT V.

[p.381]

te perpetuo obseruanda et tuenda non est. Ut igitur non sunt idem impetus senilis, atque iuuenilis aetatis: ita neque eadem vitae ratio ab utrisque est suscipienda, vel utrisque praescribenda. Mutantur enim haec pro tempore, aetate, locis, personis, ut etiam praeclare scripsit, sensitque Augustinus in quaestione. Euangelii. Non enim, ait, interest omnino quid alimentorum sumas, ut succurras necessitati corporis, dummodo congruat in generibus alimentorum cum his, cum quibus tibi viuendum est: neque quantum sumas interest multum, cum videamus aliorum stomachum citius saturari, etc. Deinde ita concludit

2675 idem Augustinus, Magis ergo interest, non quid vel quantum alimentorum pro congruentia hominum atque personae suae, et pro suae valetudinis necessitate quis accipiat: sed quanta facilitate, et seueritate animi iis careat, cum iis vel oportet, vel necesse est carere, ut illud in animo Christiani compleatur, quod ait Apostolus, Scio et minus habere: scio et abundare. Tertium denique quod ex hoc Pauli dicto colligitur, est huiusmodi. Nihil in

2680 iniuriam naturae, et nimiam corporis debilitationem vel instituendum, vel institutum et semel susceptum retinendum nobis esse. Quod Timothei exemplo docemur hoc loco, qui, quemadmodum verisimile est, post hanc Pauli commonefactionem vino vsus est, quo tamen abstinere decreuerat. Sed quia ea abstinencia debilitabantur vires corporis naturales, postea vinum in victum adhibuit. Est enim non modo vita haec donum Dei:

2685 itaque a nobis minime spernenda: sed virium naturalium et sanitas et integritas quo

5ON 41I FL A AVNE AB TIM.

que donum Dei est, quae quantum quidem in nobis est, fouenda, sustentanda, tuendaque est, vt nostro muneri satis esse possimus. Alias enim nostra culpa fit, quod inutiles aut minus idonei euadimus. Praeclarum est exemplum veteris Ecclesiae, quae Alcibiadem quendam nimis austere viuente monuit, vt ea viuendi ratione abstinere, vinumque
 2690 biberet. At que ille sapienti Ecclesiae consilio paruit libens, vt refert Eusebus liber 5. Histo. cap.3. Vnde falsa et plane respuenda est illa laus, quam Bernardus serm.6.in Psal. Qui habitat, quibusdam Monachis tribuit, nimirum quod variis corporis exercitiis et abstinentiis contererentur supra vires, supra naturam, supraque consuetudinem. Male quoque idem Bernard. sermo.3o. Cantic. Monachum te fore professus es, non medicum: nec de
 2695 de complexionem tibi iudicandum, sed de professione. Verior illa est eiusdem Bern.sententia ser. 1o.in Ps. Qui habitat. Nec sane dixerim vt vel ipsam odio habeas carnem tuam. Dilige eam tanquam tibi datam in adiutorium, et ad aeternae beatitudinis consortium praeparatam: caeterum sic amet anima carnem, vt non ipsa in carnem transiisse putetur. Sed et illa quoque eiusdem sententia sermo. 4. in eundem Psalmum verissima
 2700 est Dominum voluisse, vt in manna caelitus compluta omnis saporis, omnisque odoris delectatio inesset, vt liberum esse ciborum vsum atque a Deo sibi concessum homines intelligerent. Nam hic vini vsum praescribit Paulus, in quo suauitas voluptasque gustus vna cum vtilitate coniuncta est, vt est Psal.1o4.vers.16.nec ignorauit Bernar.tam seueram vitae rationem merito illo etiam seculo

CAPVT V.

[p.383]
 2705 dici crudelitatem, vt ex eius epistolis apparet, de qua purgare quidem Monasticam vitam nititur: sed non potest, vti neque ad hoc argumentum respondit Thomas in Apologia et defensione Monasticae vitae, quia est ineuitabile aduersus eam telum. Modus tamen is adhiberi debet in cibis, in quo nullum ebrietatis, ac intemperantiae specimen aut vestigium appareat.
 2710 Atque eo pertinet, quod ait Paulus, modico vino vtere: non enim ad ebrietatem et satietatem sed ad sanitatem sumi et vinum, et reliquos cibos vult Deus cum gratiarum actione.
 Denique ex hoc ipso loco futilis et inepta prorsus deprehendi potest illa Bernardi sententia, qui epist.321.negat honestati et puritati vitae Monasticae, id est, sanctae
 2715 conuenire, vti medicamentis et potionibus ad expellendum morbum idoneis. Nimium certe fuit ille seuerus, et praeter aequitatem ac rationem. Aequior Chrysosto. qui et hic ait Timotheum ad medicos remissum, non autem miraculo curatum a Paulo: et in Homil. 14. in hanc epistolam de vita Monastica agens, vlui inouicamentora monaenimjeum est opus, non adimit, sed concedit: quanquam tamen rigidior eorum censor habitus est
 2720 Chrys. Sed Satan semel via superstitionibus patefacta, eas in immensum postea adauxit, et in iugum intolerabile tandem aggregauit ad torquendas hominum conscientias.

24 Quorundam hominum peccata ante manifesta sunt, praeuentia damnationi: quosdam vero subsequuntur:

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.324]

25 *Itidem et bona opera ante manifesta sunt: et ea quae secus habent, occultari non possunt.*

Diuersa quoque est huius versiculi cum superiore nectendi ratio. Putant enim quidam cum vers.22. coniungendum, vers.autem 23. per parenthesin insertum et legendum quoque. Alii aliud. Nos autem hunc locum tum ὡρακολογήσιν, tum etiam νοθέτησιν
 2725 esse censemus, et idcirco cum superiore argumento recte conuenire atque coniungi posse, quod praecepta duo contineat ad Pastorum et Presbyterorum munus spectantia, ex quibus vniuersa pene totius censurae Ecclesiasticae ratio definiri potest. Id quod maxime ad Presbyterorum officium pertinet. Atque id iam hoc toto capite persequitur Paulus. Sic igitur statuo canonem tradi iam a Paulo, per quem quomodo praepositi Ecclesiae se in
 2730 censuris Ecclesiasticis gerere aduersus gregem suum debeant, instruantur, id est, quale sit eorum munus erga vniuersum populum sibi commissum et demandatum a Deo. Quae sane tertia pars est muneris pastoralis, vti supra diximus, maxima. Prima enim docet quomodo erga seipsos gerere debeant. Secunda quomodo aduersus collegas suos. Tertia haec, quomodo erga vniuersum Ecclesiae suae coetum. In qua ipsa parte posita est
 2735 ratio et disputatio de censura Ecclesiastica. Quanquam huius praeceptionis, quae nunc traditur, tantam vim esse tamque late patentem fateor, vt etiam ad superius praeceptum, quod ad electionem atque ordinationem pastorum Ecclesiae pertinet, referri possit

ChRVIV.

[p.385]

et in eo magnum vsum habeat. Quare hic totus locus hunc canonem vthimnimanee valde necessarium ex nostra interpretatione continebit.

2740 In censuris Ecclesiasticis praepositi Ecclesiae ne temere progrediuntor: sed Deum ipsum praeuntem sequuntor, qui suo tempore bonos et malos detegit.

Malos, antequam a Deo patefacti fuerint, praepouiti ne eiiciunto. Bonos autem, antequam ipsis operib' tales apparuerint, ne speciali honore praepositi decoranto: aut caeteris praeferunto.

2745 Horum autem omnium canonum ratio est illa quam affert Paulus, quod nimirum multorum peccata saepe latent idque diu: multorum etiam saepe bona opera et candor animi et synceritas diu occulta manet, ita Domino dispensante res humanas e asque administrante.

Cur autem id accadat magna sapientique Der prouidentia fit. Nam si quicunque
 2750 sunt improbi et hypocritae in Dei Ecclesia, statim apparerent, neque piorum fides explorari et probari tam certo posset: neque pii ipsi tam officiosi in hoc mundo viuerent, neque etiam tuti essent, sed ab impiis opprimerentur. Facit igitur haec commistio, vt melius, certiûsque qui sunt probi et veri Dei serui manifesti fiant, cûm, tam multis diffluentibus et eiectis, illi firmi tamen maneant. Sic haereses probant piorum fidem,
 2755 quemadmodum Paulus ait I.Corinth.11.vers.19. Praeterea si pii omnes agnoscerentur, impii vero aperte quoque statim ostenderentur a Deo, nulla spes resipiscentiae relictâ illis videretur, omnisque nostrae in delinquentibus conuertendis industriae et charitatis

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.380]

effectus cessaret. Dominus igitur vult aliorum statum et animum nobis occultum esse, vt cum iis et lubentius versemur: et magis sollicite nobis ipsis caueamus. Sed etiam illis
 2760 ipsis, qui peccarunt, haec dilatio datur a Deo, tanquam occasio maturius respiscendi, atque ad Deum redeundi.

Denique Dominus ipse, qui rerum omnium maturitates et tempora nouit, atque etiam constituit videt quando et quae manifestari tum ad ipsius gloriam, tum etiam ad nostram aedificationem oporteat. Neque vult nos omnia illa scire quae scit ipse.

2765 Huc pertinet quod Ecclesia Dei comparatur a Christo ipso sagenae siue reti, quo boni et mali pisces capiuntur Matth.13.vers.47. Areae, in qua bonum granum et paleae promiscue conduntur. Matth.3.vers.12. Item agro, in quo bonum semen et lolium quoque nascitur Matth.13.vers.25. Denique domui amplae, in qua sunt quaedam vasa honesta, quae dam fordida 2. Iimtoth. 2. vers. 20. Nam quos domi suae adhuc tolerat Dominus
 2770 ipse, non est nostrum eos expellere vel arcere:neque Deo ipso vel sapientiores, vel iustiores, vel ardentiores sumus ad ipsius gloriam promouendam.

Hoc etiam ipsum pertinet tum ad Pastorum ipsorum excusationem, tum ad Bonorum consolationem. Ac quidem excusantur pastores, qui quanquam diligentiam, quam potuerunt, summam adhibuerunt, vident et animaduertunt tamen in Ecclesia Dei adhuc
 2775 latere quosdam improbos et hypocritas, qui paulatim deteguntur, et a Deo ex suis tenebris in lucem pertrahuntur, pa

CAPVT V.

[p.387]

tefactis eorum sceleribus. Ergo non sunt accusandi fideles et diligentes Ecclesiae prae-positi, si ex iis, qui ab ipsis electi sunt et ordinati, aliqui postea ap paruerunt esse nebulones, et pestes Ecclesiae: aut si quosdam in Ecclesia Dei fouerint et retinuerint
 2780 qui postea detecti sunt improbissimi, et pessimi. Nam ad tempus multorum peccata latent, et tempore patent, vt ait etiam ille Ethnicus. Neque statim produntur improbi. Bonis etiam viris haec eadem commixtio et occultatio consolationem affert, si quando videntur sperni, et prae aliis negligi, quod cogitant vnus Dei esse hominum animos et synceritatem mentis prodere atque patefacere, id est, in lucem proferre, cum voluerit.
 2785 Interim igitur sua sorte et obscuritate contenti viuunt, neque murmurant, vel in Deum ipsum, vel in homines.

Quod autem ait Paulus vers.25. Quae secus sunt id est quae praua sunt, non posse occultari, et in perpetuum celari, ita accipiendum est, vt hoc fieri saepissime, et vt plurimum, intelligamus: nou autem vt semper. Saepe enim multorum et bona opera, et
 2790 turpissima scelera latent nos et occulta manent perpetuo, quia ita Deo visum est. Sed vt plurimum Dominus detegit improbos: et piorum syncerum animum prodit, vt est in Psal.37. vers. 6. et Psal.112.

Ex hoc igitur loco colligimus iudicium de moribus: et censuram, per quam peccata hominum Ecclesiastica poena coercentur, pertinere ad Praepositos Ecclesiae, quos hoc
 2795 loco alloquitur Paulus. Quam sententiam confirmat Christus Matt.16 Quaecunque ligaueritis in terra, erunt ligata et

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.388]

in caelis. Item et illud Bernardi, pastorum est vigilare super gregem propter tria necessaria, nimirum ad disciplinam, ad custodiam, ad preces. In disciplina rigor iustitiae: in custodia spiritus consilii: in precibus affectus compassionis requiritur. Censura vero
 2800 haec est multiplex, vti supra est demonstratum. Restat autem vt de excommunicatione dicamus, quia de reliquis generibus censurae Ecclesiasticae quid statuendum sit, ex iis, quae hoc ipso capite dicta sunt a nobis, facile potest intelligi. Ergo de excommunicatione dicamus, de qua septem haec faere quaeri solent.

Ac quidem, vtrum excommunicatio locum in Ecclesia habere debeat, dubitari non potest. Primùm, propter Dei ipsius praeceptum ita fieri iuentis: deinde propter perpetuum ipsius Ecclesiae vsum. Ac praeceptum Dei tum in veteri, tum nouo testimonio extat variis in locis. Iam inde ab orbe condito, et ab ipsis mundi initiis excommunicationem fuisse ex Dei praecepto constitutam apparet ex Genes.4.v.14. et 16.17.item Iosue 6.vers.18. Exod.1o. vers.8. et aliis locis veteris Testamenti. In nouo etiam extat
 2805 praeceptum Chri
 2810

CAPVT V.

[p.389]

sti, quod Matt.18. et Ioan.2o.recitant. Ex quibus ipsis locis eam spiritualis censurae et castigationis speciem in vsu fuisse in Ecclesia docetur, vti ex Ioan. cap.9. et 1.Cor.5 et 2.7. et hoc ipso loco. Neque de eo dubitari potuit, nisi duo quaedam argumenta contra afferrentur. Primùm neminem inuitum cogendum esse, vt recte viuatur aut sentiat.
 2815 Nam, vt vulgo dicitur, Inuitum qui seruat idem facit occidenti. Id autem faciunt, qui inobsequentes Deo excommunicant. Huic argumento saepe respondit Augustinus in disputationibus contra Donatistas et negat veram esse hanc sententiam. Saepe enim qui primùm inuitus ab errore vitae vel doctrinae abductus est, postea volens et lubens in recto itinere permansit. Praeterea cùm quis corrigitur inuitus, si hoc ipsum illi non prodest,
 2820 quia inuitus id facit: aliis tamen prodest, qui metu poenae coercentur, ne ad eadem scelera exemplo perennaneuriDemquoide cauemrucio facit ne in sceleratos homines vllos, quantumuis impios et derestabiles, poenae vllae etiam a Magistratu decernantur, quia ea ratione inuiti resipiscere et modeste viuere coguntur. Itaque haec prima ratio est absurdissima. O

2825 Alterum argumentum, quod contra vsum excommunicationis affertur, ducitur ex loco Pauli 2 Corinth. 1o. vers.8. Nempe datam esse pastoribus, et Ministris verbi Dei potestatem ad aedificationem, non ad subuersionem et destructionem. At excommunicatio destruit gregem Domini, quem minuit, et eum ipsum qui excommunicatur, perdit, quia exponit Diabole:ergo ea vti pastoribus non licet in Ecclesia. Respond. Aliquid

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.90]

2830 fieri in aedificationem Ecclesiae duobus modis, vel Per se, vel Per consequens. Per se, cùm aliquid in ea plantatur: per consequens, cùm quod illi noxium est, euellitur. Est enim similis agro Ecclesia Dei, vt est apud Matth.13. At in agro siue quid noxiarum herbarum (quae bonas et vtilis suffocant) extirpemus: siue quod vtile semen seramus,

2835 agro prosumus. Ergo eodem modo de Ecclesia statuendum, qui ex ea eiicit improbos multum iuuat et prodest Ecclesiae.

2840 Quod autem obiicitur saepe quosdam ea abusos esse ad priuatam animi sui vindictam: saepe bonos ex Ecclesia Dei depulsos ea ratione, non oppugnat nostram sententiam. Ea enim sunt vitia persouarum male sua potestate vtentium, non autem rei ipsius. Sed distinguunt sic quidam, nimirum, vt velint quibus in locis et Ecclesiis fidelis est Magistratus, in iis nullum excommunicationis vsum esse debere: in quibus autem non est Magistratus fidelis, in iis tantum debere: quia fidelis Magistratus si fungitur officio, punit scelera, quae contra Dei verbum admittuntur. Nemo autem vnus criminis et peccati ratione duplicem poenam ferre et pati debet. Quod tamen accideret, si idem etiam ab Ecclesia excommunicaretur. Res. Peccatum omne quod contra Dei praecepta fit, esse huiusmodi, 2845 vt ex Dei ipsius definitione et corporis et animi poenam mereatur, quia vtriusque partis nostrae creator est Deus. Et cum duplici illa poena afficitur peccator, vna tantum poena afficitur, id est, ea, quae debetur, et indicta est a Deo ipso: etsi in diuersis partibus a nobis vna illa poena sentitur. Itaque Esdrae cap. 1o.

CAPVT . V

2850 vers.8.vtraque poena in rebelles indicitur: ciuilis et Ecclesiastica siue excommunicatio, quia vtriusque partis nostrae Dominus author est. Est enim peccatum totius suppositi actio, itaque totum suppositum ad poenam ipse exigit.

Ergo in Dei Ecclesia vsum habere debet excommunicatio.

2855 Quaeritur autem, quid sit excommunicatio. Ac dubitari non potest, eam esse censurae et coercionis Ecclesiasticae speciem quandam. Ergo sic eam definiunt nonnulli, vt generaliter esse velint a qualibet societate fidelium hominum separationem: itemque ab aliquo, vel omnibus donis Dei in Ecclesiam effusis interdictionem et publicam hominis scelerati prohibitionem. Verum haec definitio generalior est. Vnde sic rectius definiri potest excommunicatio, vt sit vel ab ipso Ecclesiae coetu toto et societate: vel ab aliquo Dei dono, quod quidem omnium Christianorum commune sit, publica et legitima 2860 interdictio siue separatio hominis impuri et non poenitentis. Ex quo fit, vt a quibusdam, velutia Scholasticis duplex excommunicatio statuatur, vna nimirum Minor, quae est interdictio tantum a Sacramentis, vel ab vno eorum, non autem a coetu Ecclesiae: altera Maior, per quam non tantum a Sacramentis, sed ab ipso toto Ecclesiae coetu quis separatur, quam ipsam etiam diuidunt in Excommunicationem quae appellatur hoc 2865 nomine: et Anathema, cuius etiam fit mentio apud Paulum Galat.1.et 1.Corinth.16. et alibi in scriptis Patrum.

Qui inter Hebraeos ista scrupulosius et diligentius scrutantur, sanctionis legis constituunt ge

AD I. PAVL. AD TIM.

2870 1 Auersionem, quam appellant uu, quae est mercedietio au igrenu tempir ad tempus propter corporis immunditiam.

2 Deuotionem, quam vocant uon quae est extremo exitio addictio et respondet nostrae excommunicationi, per quam quis a coetu Ecclesiae seponitur donec resipiscat.

[p.392]

Hoc ipsum aliis verbis dicitur exterminari e populo Dei, item ποσυνάγωγον fieri Ioan.12.vers.42.16.vers.2.

2875 Adiudicationem, quam dicunt noui est sihilis a themati.

De secundo genere tantum loquitur hic Paulus, et nos quoque, quod etiam vtrunque excommunicationem continet et maiorem, et minorem.

Ethnici homines videntur simile excommunicationi quiddam habuisse ex praua imitatione Ecclesiae Dei: quam plane simiarum more faciebant. Quosdam sacris suis interdicebant, quos ὀνόματι, id est, detestabiles appellabant, et ipsam sententiam ὀνόματι. Sic Alcibiades factus est, et excommunicatus Athenis, vt Plutarchus docet.

Ergo quaesitum est secundo loco, a quo excommunicatio fieri debeata Vtrum ab vno tantum, an a senatu Ecclesiastico, an vero a tota ipsa Ecclesia. Dixit Christus. Matth. 18.vers.17. Dic Ecclesiae. Dicit contra Paulus, Hunc notate, tanquam rem totam ad se deferri velit, sibi ipse auctoritatem eam vendicet. Et refertur a Theodorito Cyri Episcopo historia.lib 5. cap.37. de quodam Heremita, qui solus Theodosium imperatorem Constantinopolitan. huius nominis secundum excommunicauerit. Scholastici dicunt Epi

CAPVT V.

[p.393]

scopos, et eo superiores omnes ordines posse excommunicare: at qui sunt Episcopo inferiores non posse, adeo vt et Presbytero et Diacono idem non concedant quasi ex vnus Episcopi nutu et sententia id fieri debeat. Sic igitur illi censent. Certe ab vno solo, quanquam Episcopo, fieri neque debet, neque potest excommunicatio. Dicit enim Christus, dic Ecclesiae: et Paulus de excommunicatione agens, vult Ecclesiam cum suo spiritu congregatam esse 1.Corinth.5. vers.4. Ratio est, quod differunt regna politica ab Ecclesia, et Ecclesiastico regimine. Nam regna vnus regis nutu administrantur, at Ecclesia non item. Nec enim pastor est rex et dominus Ecclesiae (vt ait Petrus) 1. Pet.5.vers.3.

Ait igitur Christus reges et principes dominantur inter suos subditos: vos autem non sic in gregem Domini et Ecclesiam. Quare vnus quidam quantumvis magna in Ecclesia praeditus potestate non potest solus excommunicare. Nec aliud sibi vult Paulus cum ait, Notate per Epistolam. Vult quidem tenere ne uingnari, ue puore maiori afficiantur, quod tam probrose innotescant apud eum, quem reuereri debent. Quod si dicamus et legamus, Notate, referentes vocem (Epistola, ad verba sermonem nostrum, haec erit mens Pauli vt velit rebelles a tota Thessalonicensium Ecclesia excommunicari.

2905 Et quod dicitur pastor πρόεδρος non tribuit illi ius et imperium regum in Ecclesia: sed in publicis coetibus eminentiorem tantum locum, et primam in decernendo deliberandoque vocem. Sed vtrum a senatu Ecclesiastico, an vero a to

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.334]

ta ipsa multitudo ecclesiae et a quoque fidei suffragium sigillatim ferente fieri debeat, quaesitum est. Res. Senatu suffragium ferente in consistorio fieri debet excommunicatio, ad quem senatum morum et doctrinae cura, diiudicatio, et aestimatio pertinet, conscia tamen et approbante postea ecclesia tota, cui illa res, actio, sententia senatus et caussa

nota fieri debet, vt eam approbet ip sa, vel reprobet vt supra docuimus. Quod enim omnes tangit, ab omnibus fieri debet, sed a quoque pro eo gradu (vt docet Ambrosius liber de Dignitate sacerdotali. cap.31) et ordine, quem habet in Dei Ecclesia. Haec sententia
 2915 editis libris confirmata est, et abunde antea a nobis probata. Obiter autem, quid in hoc dicto Christi, dic Ecclesiae, vox Ecclesiae valeat et significet explicatum est etiam in ca. Nullus in verbo Ecclesia dist.63.irem cano. Ecclesia de consecratio. dist.1.et cano. scire. 7.quaest.1. ne putent qui nobis contradicunt, nouam afiquam interpretationem a nobis excusam, et fabrefactam. Est igitur illic Ecclesia accepta pro ipso coetu praepositorum
 2920 Ecclesiae, id est, pro pastoribus et Presbyteris. sed et Daudid Kimhi in Ol5 ait nomine Domus Israel saepe solum Synedrion contineri, et designari in sacra scriptura.

Quaeritur autem tertio loco. Propter quas caussas fieri debeat excommunicatio. Scholastici distinguunt, et volunt Minorem quidem propter peccatum quodlibet fieri posse. Maiorem autem excommunicationem non nisi propter crimen, id est, tale peccatum,
 2925 quod et graue sit, et poenam publicam a magistratu mereatur, quale est adulterium, homicidium voluntarium, falsi crimen et

CAPVT . V.

caet. Vtranque tamen non nisi propter rem et delictum iam notorium, fieri debere. Haec illi. Alii aliter distinguunt. Volunt. n ex iis tantum caussis et criminibus excommunicationem iaci posse in aliquem, ex quibus quis damnatus lege Dei lapidabatur et moriebatur.
 2930 Ex quibus autem caussis damnatus neque lapidaretur, neque ultimo capitis supplicio afficeretur, non posse quenquam excommunicari. Vtraque distinctio non nititur autoritate scripturae. Ac quidem proxima ciuilem Iudaeorum politiam cum Ecclesiastica plane confundit: illa autem altera Scholasticorum distinctio causas excommunicationis veras non animaduertit, quas in 2. Thessaloni.3. vno verbo tradit Paulus, dum ait, τις υχ
 2935 πακόει. Ergo et in peccato, et in crimine contumacia animi et obstinatio in perseuerando vel non poenitendo est verissima excommunicationis causa: vti resipiscentia et dolor peccati est causa absolutionis aut reuocationis in Dei coetum et Ecclesiam. Confirmatur nostra sententia dicto Christi Matth. 18.vers.17. Si te non audit dic Ecclesiae, si non audit Ecclesiam, sit tibi Ethnicus. Ergo contumaciam, et pertinaciam animi damnat
 2940 Christus, quia qui corrigi non vult etiam in re leui, per quam tamen offendiculum praebet Ecclesiae, sed in ea perseuerat, monitus saepe saepius, poterit tandem excommunicari si aedificatio Ecclesiae id requirat.

Notorium autem esse delictum oportet, quia propter scandalum fit excommunicatio. Quod autem est ignotum, offem diculum praebere cuiquam non potest. Ergo ignotum
 2945 peccatum, vel crimen quantumuis magnum, non est excommunicabil e

AD I. PAVL. AD TIM.

Quaeritur, Quid si ea res, propter quam quis reprehenditur, verbo Dei non est expresse dannata et definita, Vtrum perseuerans in ea excommunicari possit, velut propter vestitum nimis sumptuosum, nimias mensae lautitias. Respond. Cùm rebellio sit excommunicationis causa, rebellio autem esse non possit, si in nulla re Dei praeceptum violetur, certe
 2950 quando illud quod facimus, et quomodo facimus, lege Dei non est vetitum, ex eo neque

[p.J8.]

offendiculum, neque iusta reprehensio nascitur, neque etiam excommunicatio fieri vlla debet vel potest. Sed quoniam in tota vita nostra ex Dei verbo, Dei et proximi ratio est habenda, siue in re ipsa quam facimus, nue mmouo, quo quie germaspotest dupliciter anobis peccari, vt in eo peccato nostro obstinate et contumaciter perseuerantes possumus
2955 excommunicari, tamen temeraria Ecclesiae iudicia esse non debent.

Quartùm autem quaeritur, quomodo excommunicatio fieri debeat. Primùm vtrum Voce ipsa, an potius ex Scripto. Deinde qua verborum forma. Ac quidem videntur ex scripto excommunicati ii, de quibus agit in 2. Thess.3. Paulus, non autem viua voce. Ait enim, notate per Epistolam. Et fortasse ad euitandam excommunicatorum inuidiam
2960 et odium hoc prodest. Sed contra vsus Ecclesiae obtinuit. Fieri enim vina voce solet: scripto tamem potest. Vtunque ea postea debet aliis innotescere, quorum intererit scire. Et hoc sibi vult in 2. Thessalonis. Paulus, Sic autem, siue verbis siue scripto fiat, concipienda est, vt et persona ipsa excommunicanda: et factum, propter quod eiici

CAPVT .V.

[p.397]

tur quis e Dei Ecclesia, populo per pastorem, vel Presbyteros significetur aperte, non
2965 autem occultetur, ne sit aliis inutilis ista censura. Qua autem forma verborum debeat fieri, disputatum est. Et certe varia et diuersa verborum formula vsa est semper Ecclesia pro locorum, rerum, et factorum, de quibus agebatur, varia ratione. Eius rei exempla extant apud Synesium Episcopum epistola 58.et 66. et apud Euagrium historicum liber 4 cap.38. Qui enim putant his Pauli verbis vtendum praecise, Tradimus Satanae ad
2970 interitum carnis, vti est 1.Corinth.5. vers.5.1. Timoth.1. vers.2o. sunt nimium in verbis religiosi. Deinde vim illorum verborum Tradimus Satanae ad interitum carnis, non recte capiunt et intelligunt. Ideo enim tradit Satanae Paulus, vt caro, id est, vitiosa animi libido in iis intereat prorsus: non (vt interpretatur Augustinus liber 3 cap.1o. contra Parmenia. et Greg. in Leuit. Homil.15)in carnis et corporis afflictionem. Nanque hoc
2975 falsum saepe apparet. Neque enim omnes excommunicati in carne et corpore suo hic viuentes cruciantur et vexantur a Diabolo. Vixit enim Iulianus apostata sanus corpore, et validis membris etiam excommunicatus. Sed ostendit Paulus finem excommunicationis, Nimirum, vt praua animi libido euellatur in iis, per quam Dei verbo sunt immorigeri: et spiritus, id est, vis et afflatus spiritus Dei sit in illis ipsis potens, et viuus. Ergo haec
2980 verborum forma libera est, modo vis excommunicationis et istius censurae exprimatur.

Quinto loco quaeritur, quando fieri debeat excommunicatio, an statim atque quis publice de

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.390]

liquit:an demum quando emendari iam amplius non potest, vel quia non est viuus, vel quia est obstinatus et desperatus. Respond. Quanquam huiusmodi quaedam vitia
2985 saepe committuntur, vt statim videantur eiiciendi, qui ea perpetrâuere, sintque tanquam Ecclesiae pestes, tamen si qui commisit, ex animo dolet, poenitet, et emendatur, non debet excommunicari. Ergo statim fieri non debet, sed postquam agnitus est is, qui deliquit, contumax et obstinatus perdit. Iuberi quidem potest etiam poenitens sceleris, vt si ita sit ex aedificatione Ecclesiae Coena abstineat, sed ad tempus tantùm, non in

2990 perpetuum. Praeterea illud sit explorandae huiusmodi hominis poenitentiae causa, vt quantum fieri potest, sciatur, verane sit, an falsa resipiscentia eius, qui se poenitere facti sui testatur. Hoc ipsum docet Paulus saepe suo exemplo. Nam quos excommunicari iubet, ii sunt qui post plures admonitiones vitam tamen in meliorem frugem commutare spreuerant. Ergo ne porcis margaritae contra Christi praeceptum dentur, examinari et
2995 explorari eorum poenitentia debet.

Quod autem quaeritur de mortuis hominibus et iam vita functis, vtrum excommunicari possint. Responsio est, eos posse excommunicari. Exempla sunt non illa vulgata Stephani 6. et For mosi primi et Sergii primi Pontificum Romanorum, qui suos praedecessores iam mortuos excommunicarunt et persecuti sunt, vti L Sylla C.Marium iam
3000 defunctum: sed illa potius, de quibus historiae extant apud Euagrium liber 4. cap.38. item apud Socratem Scholasticum liber 7.cap.45. Et ita etiam

CAPVT V.

scribunt et sentiunt Scholastici: atque huius omnis excommunicationis vis in mortuo ad illius nomen et doctrinam, non autem ad personam, quae iam nobiscum non versatur euitandam, pertinet.

[p.399]

3005 Ter vero an quater prius debeat moneri excommunicandus, definiri certo non potest. Ex rerum enim, et locorum circumstantia hoc totum diiudicandum est. Quanquam quidam leges Roman imitati et sequentes existimant, vt minimùm bis monendos esse, qui excommunicari debebunt. Ter autem admoneri eos satis esse putant, quia trina denuntiatio facta ex iuris ciuilibus regulis sufficit, et satis interpellat, vt quis contumax
3010 esse iudicetur. Afferunt Paulum Tit.3.V.1o. et Theophylact.in Matth.18.Sed tota haec quaestio est facti, et relinquenda prudentiae senatus Ecclesiastici.

Sextum quaeritur, quis excommunicationis sit finis, quem spectare debeamus. Ac multi quidem spectari possunt, imprimis autem tres debent obseruari. Vnus est ipsius peccatoris sanitas, id est, excommunicatum, ipsiusque salutem respicit nempe vt hac
3015 ratione pudore afficiatur, atque ab errore reuocetur. Hunc finem annotat Paulus, cùm ait, vt eum pudeat 2. Corinth 2.vers.7.7. vers.12. Pudore enim solent homines ad resipiscentiam adduci. Hoc est quod aliis verbis dicit Paulus vti 1. Corinth.5. vers. 5. ad interitum carnis et vitiosae naturae, quae in nobis inest Neque tamen quod homines vereri magnus sit profectus, si ipse per se spectetur: sed quod est optimus et maxime nostrae
3020 naturae consentaneus modus peccatorum corrigendorum, pudor et verecundia

AD I. PAVL. AD TIM.

peccati. Volunt enim omnes recte de se et honeste ab aliis sentiri et iudicari.

[p.403]

Secundus finis, est ipsius Ecclesiae incolumitas id est, spectat ipsum Ecclesiae coetum, ne propter vnus priuati scelus male audiat tota Ecclesia, videaturque, si talem retineat, potius sentina malorum, et porcorum esse hara, quam Dei sacratissima ara et
3025 templum. Sic improbos et impios e Dei Ecclesia eiici vult et praecipit Paul. Ephes. 5.vers.3.4. Nihil enim immundum in Dei Ecclesia tolerari debet, quantum quidem percipi et deprehendi potest.

Tertius excommunicationis finis est aliorum fidelium vtilitas, vt hoc exemplo territi
 3030 ab huiusmodi peccacie ce relinimus uostineant. Corruptum enim facile bonos mores
 colloquia et exempla aliorum praua. Ergo hac seueritate perspecta etiam mali in officio
 continentur, et timent.

Septimo autem et ultimo loco quaeritur, quae sit legitima et iustae excommunicatio-
 nis poena et effectum. Et certe, ut diuini cuiusdam et coelestis fulminis, magnus est
 fragor et vis magna. Duo autem effecta solent enumerari excommunicationis praecipua et
 3035 potissima. Vnum, qui ratione Dei: alterum qui Hominum, spectari debet. Ac quidem Dei
 ratione excommunicatio legitime et iuste facta excommunicatum separat a Christo et
 vita aeterna. Dicit enim Christus quaecunque ligaueritis in terra Matth. 18. erunt ligata
 in caelis ne huius teli vis imbecilla esse iudicetur: aut Dei verbi autoritas vilescat apud
 homines. Certe excommunicatio conscientiam proprie spectat,

CAPVT V.

[p.401]

3040 et animarum salutem, quam adimit obstinato: non est autem poena politica, ut quidam
 putant. Vti enim distincta est iurisdictio ciuilis, et Ecclesiastica: ita sunt diuersi utriusque
 fines, poenae diuersae, et effectus diuersi. Ciuilis enim iurisdictio in corpus aut bona
 haec terrena exercetur: Ecclesiastica in animarum commercium, et in bona aeterna,
 quibus nos priuat. Itaque a pastoribus infligitur, non a ciuili magistratu.

3045 Hominum autem ratione priuat excommunicatio excommunicatum non omnium
 quidem hominum: sed Fidelium tantum et Christianorum communione. In quo quaeritur,
 quanam communione Fidelium, utrum omni prorsus communione cum Fidelibus: an
 certarum tantum rerum et bonorum cum iis participatione et usu communi. Respon-
 dent Scholastici maiorem excommunicationem priuare excommunicatum omni licita
 3050 communione cum Fidelibus, siue in bonis spiritualibus, siue corporalibus, terrenis, et
 ciuilibus. Nos in vniuersum statuimus, excommunicationem legitimam arcere per se
 excommunicatum ab omnibus spiritualibus et communibus bonis, quae Dominus suae
 Ecclesiae, id est, omnibus Fidelibus largitus est. Cum enim excommunicati extra Dei
 Ecclesiam eieci sint, non sunt iis magis, quam canibus et porcis danda illa bona, quae
 3055 Dominus suorum filiorum propria et peculiaria esse vult, illisque solis reseruata, iuxta
 dictum Christi. Non sunt margaritae obiciendae porcis: itemque illud, Non est bonum
 dare panem filiorum canibus Matth. 23. vers. 6. Aliis autem donis, quae non
 sunt generaliter omnibus veris et

402 AD I. PAVL. AD TIM.

piis Christianis data non priuat excommunicatio excommunicatum, qualis est donum
 3060 linguarum, sanationum, et alia huiusmodi. Vnde priuantur excommunicati usu Sacramen-
 torum, Coenae, et Baptismi, si non fuerint adhuc baptizati, quanquam nondum baptizatos
 excommunicari moris non fuit, quia nondum in Ecclesia esse huiusmodi censentur. i. qui
 baptizati non sunt, etsi iam Catechumeni fuerint, et tempus catecheseos improborant
 3065 lagui uauanovride Genesi ad liter. cap. 40. Solent, ait, in hoc paradiso, id est, Ecclesia a
 Sacramentis altaris visibilibus homines excommunicati disciplina Ecclesiastica remoueri.

De filio excommunicati quaeritur, vtrum baptizari possit, si pater maneat obstinatus, neque satagat et curet Ecclesiae reconciliari. Respon. Etsi dubia et agitata fuit haec quaestio, in qua in diuersas alii ab aliis sententias iuerunt, ex Augustino tamen liber 2. de Adulter. coniugiis et liber contra Parmenia. satis intelligitur etiam esse baptizandos
 3070 excommunicatorum filios, quia filius non debet portare iniquitatem patris: et in ipso excommunicato baptismi character non est per excommunicationem deletus, etsi vis eius nulla est in excommunicato, quandiu quidem in suo scelere manet obstinatus. Vide de hac quaest. Cal. epi. 136. et Bezae epi. 10. Sed quaesitum est, vtrum excommunicatio arceat excommunicatum ipso ingressu et aditu Ecclesiae, vt is ne in coetum quidem
 3075 admitti debeat, vt audiat Dei verbum. Putant Scholastici arcendum, adeo vt in regno interdicto iuste nolint sacral fieri et celebrari publice et assa voce. Irenaeus liber 2. cap.4. scribit Cerdonem haereticum, postquam excommuni

CAPVT V.

catus fuit, ipso Ecclesiae ingressu prohibitum esse D. Caluinus tamen liber 4. Institutio. cap. 11. sect. 10. docet diuersam fuisse in eo Ecclesiae disciplinam et consuetudinem,
 3080 neque semper prohibitos excommunicatos ingredi Ecclesiam. Quando enim Christianis palam conuenire non licuit per imperatorum edicta ad audiendum Dei verbum, tunc excommunicati, tanquam lupi, arcebantur ab ingressu Ecclesiae, ne eam proderent hostibus. Postquam autem coeperunt publice et sine metu coadunari Christiani homines. i. qui Christum profitebantur, neque sibi metuerent a Magistratibus, tam seuera disciplina in
 3085 excommunicatos non est vsurpata, vt arcerentur ab ingressu Ecclesiae, et ab ipsa auditione verbi Dei, ne fores et spes omnis resipiscentiae illis praecludi videretur. Vis tamen ipsa verborum et excommunicationis hoc habet et notat, vt excommunicati aditu Ecclesiae arceantur, sed poenae haec pars illis ex quadam Ecclesiae indulgentia remittitur Itaque excommunicati dicebantur ποσυνάγωγον, id est, segreges, et sunt eorum loco, quos
 3090 Auuerpro Eemiseis nabebant. Rtaque aditu templi arcebant, et is etiam vetus Ecclesiae mos fuit Tertul. in apologet. cap.39. canone Cum excommunicato 11. quaest.3. Sic Ambrosius Theodosium imperatorem a se excommunicatum ex regulis Ecclesiasticae disciplinae arcuit ingressu templi Mediolanensis.

Quod ad terrena autem haec et temporalia, distinguendum est. Aut enim de Publica
 3095 communione, aut de Priuata et familiari nostra conuersione cum excommunicatis quaeritur. In iis o

AD I. PAVL. AD TIM.

nibus licet nobis communicare cum excommunicato, quae publica pax et ciuitatis politia
 et ratio cum eo agere postulat, veluti habet suffragium in creando Magistratu vna cum
 reliquis ciuibus. Itaque licet cum eo, tanquam cum ciue, agere et communicare: non
 3100 autem tanquam cum fratre, vel Christiano. Manet enim excommunicatus etiam ciuis, quanquam frater proprie non manet. Nec obstat quod ait 2. Thess.3. vers.15. Paulus monete vt fratrem. Id enim quem sensum habeat, postea explicabitur. Vnde perperam Pontificii excommunicatis omnem sui iuris in iudicio ciuili persequendi potestatem adimunt. Etsi enim potest encoianieatus conuemiri et appellari de debito, et si qua nobis

[p.404]

3105 in eum actio competit: ipse tamen ex Pontificiorum iure et sententia debitores suos conuenire non potest, neque vllum ius suum iudicio et in foro ciuili persequi.

De priuata autem nostra, qui sumus fideles et Christiani, cum excommunicato communicatione etiam quaeritur, quae esse debeat. In quo etiam ipso est distinguendum. Nam cum eo communicare volumus vel tanquam cum homine, vel cum amico, fratre et
3110 socio. Omnis quidem arctior cum eo societas, familiaritas, priuataque amicitia nostra dissoluenda, at que dissuenda est. Quae sunt autem ad vitae huius societatem tuendam necessaria, et quae humanitatis, cum eo fieri et haberi possunt. Vnde et ab eo emere possumus, item cum eo contrahere, communem haereditatem habere, ex communi cum eo puteo et fonte aquam haurire, illi item possumus nostras merces vendere. Sed etiam
3115 si sit vxor, parens, cognatus, aut noster filius ex

CAPVT V.

[p.405]

communicatus, possumus et officia praestare quae illi debemus: et ab eo exigere, quae debet ipse. Denique quaecunque homo homini debet, ea non sunt deneganda. Quae autem amicus amico κ προαίρεσως pollicetur, aut offert, ea nobis non sunt vel ab excommunicato quaerenda, vel cum eo contrahenda et ineunda. Veteres tribus maxime
3120 Symbolis istam cum excommunicato familiaritatem tam arctam describebant, quibus iuebant pios abstinere, neque cum eo communia habere. Ea autem Symbola erant, lectus, mensa, domus, quae cum excommunicato communicare nos prohibent, quia ea fere amicitiae, et arctioris familiaritatis signa sunt inter homines Synes.epist.66. et Plutarch. Symposia. liber 8.quaest.7. ea putant esse sacra. Nam ea iis tantum a nobis
3125 communicanda, et offerenda esse, qui communibus nobiscum sacris vtuntur: non autem excommunicatis, non quod tamen vetent isti patres hominem excommunicatum egentem alere, errantem lecto excipere aegrotantem lecto accommodare: sed ita loquebantur, ne vllam amicitiam cum iis contrahamus non autem vt iis vel communia humanitatis vel priuata officia denegemus. Eodem sensu est accipiendum, quod est 2 Ioan. vers.10. Ne
3130 dicamus iis Aue, non vt nos aduersus eos inciuiles et inhumanos ostendamus: sed ne iis blandiri videamur et ita eos in errore foueamus. Ex quo apparet, quae sit significatio vocis ευναμίγνυθς, qua vti tur Paulus et 1. Corinth.5.vers.9. et 11. Quanquam enim plus est non habere commercium, vel non misceri, quam se subducere: vtrumque tamen

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.400]

dera, iura, et commercia tantum pertineat. Id quod satis docet et interpretatur Paulus
3135 1. Cori. 5.vers.11. voce συεθέην. Ratio est, quia hac voce et prohibitione Paulus non damnat publica commercia, quae cum iis necessario fiunt, quale est ab iis emere, conducere, stipulari, et reliqua huiusmodi. Nec item vetat, si cuius mercis societas antea cum iis contracta fuerit, fidem iis datam seruare, et in eo contractu manere: sed vetat familiares nos iis esse, ne eos in peccatis obstinatiores reddamus.

3140 Vnde quaesitum est, vtrum quae ex Dei praeceto priuatim quisque alteri, pro vocationis vario genere debet, excommunicatis praestare teneamur: veluti vtrum subditi principi suo excommunicato parere, teneantur, vxor marito, filius patri, seruus domino. Papistae non putant eis haec officia praestanda esse, sed bona conscientia denegari et

posse et debere obsequium huiusmodi excommunicatis volunt, quasi soluta sint vincula
 3145 subiectionis et iurisiurandi propter contumaciam principis in suum ipsius principem, et
 eum quidem summum, id est, Deum, vt quemadmodum ille non paret Deo: ita neque
 subditi ipsi principi suo contumaci in Deum et excommunicato parere teneantur. Falsa est
 haec sententia, et omnino impia et blasphema. Primum enim per excommunicationem
 non tolluntur iura naturae et sanguinis, veluti cognationum et affinitatum : ergo filius
 3150 manet filius patris etiam excommunicati, vxor manet vxor: cognati manent illius cognati.

Deinde non tolluntur iura et officia humanitatis per eandem poenam. Itaque excom-
 munica

CAPVT VO

[p.40]

tis etiam omnia humanitatis officia sunt praestanda. Ad quod affero quod est Romanor.
 12.V.20.

3155 Tertio non tollit excommunicatio iura politica et ciuilis societatis, quemadmodum nec
 ipsa infidelitas vel apostasia aperta a Deo tollit ea. Nam infidelis et apostata imperator,
 qualis Iulianus olim, manet Imperator, et Magistracus, et pro tali a Christianis est agnitus.
 Ergo falsa est Scholasticorum sententia, qui sentiunt non esse parendum principibus
 excommunicatis: et contra eos ipsos scripsisse videtur Thomas Aquinas ea, quae extant
 3160 in 2.22 quaest. 1o. Sane Sigibertus author probatus et Monachus scribit in Odone fol. 1o 1.
 hanc doctrinam esse et nouam et haereticam, quae iubet ne hypocritis principibus, id
 est, excommunicatis pareamus, quam Hildebrandus qui et Gregor. 7. Pontifex Roman.
 primus promulgasse videtur, cum veteres Christiani Iuliano apostatae paruissent. Am-
 brosius Theodosio a se excommunicato: et ipsi apostoli etiam omnino infidelibus et
 3165 persecutoribus Ecclesiae principibus, quales Nero et Domitianus, paruerunt.

Denique quaesitum est, vtrum bonorum confiscatio in excommunicatum sanciri
 debeat et possit, vt etiam ea poena multetur. Huius rei exemplum extat Esdrae. 1o. ver. 8.
 Respond. Minime. Nam est excommunicatio conscientiae poena: non autem corporis
 vel bonorum. Et quod illic de Esdra dicitur nihil mouet. Erat enim Magistratus Esdras
 3170 non solum Leuitarum, et coetus Ecclesiastici praeses. Ergo vtriusque iurisdictionis, id
 est, ciuilis et Ecclesiasticae autoritate illud edictum sancitum est, quo celerius Iudaei
 dispersi conuenirent.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.Feu.]

Haec autem omnia locum demum habent postquam publice quis ex Ecclesia eiectus
 est: non autem prius quam publice sit excommunicatus. Et quod affertur ex August.
 3175 liber de Vnitate Ecclesiae cap. 20. etiam antequam quis visibiliter excommunicatus sit,
 praecisum esse ab Ecclesia, pertinet ad mentis et conscientiae terrorem incutiendum et
 piam commonefactionem haereticorum hominum: non autem vt eos pari loco habeamus,
 atque qui iam palam et totius Ecclesiae suffragio recte sunt excommunicati.

Videtur tamen omnibus, quae hactenus dicta sunt, de effectis excommunicationis
 3180 obstare quod ait Paulus, etiam excommunicatum, vt fratrem esse agnoscendum. Cui ipsi
 repugnat quod ait Christus Matth. 18. excommunicatum habendum esse pro Ethnico
 et infideli. Ergo non pro fratre. Hae sententiae in speciem pugnant ita primum sunt

inter se conciliandae, vt quod ait Christus, non interpretemur π ς et κτ πάντα. Nec enim omnino par aut aequalis debet iud icari excommunicati et infidelis conditio, sed
 3185 in quibusdam tantum. Est enim dissimilis vtriusque status in eo quod excommunicatus Baptizatus est: itaque Christianus et Prope est. At infidelis et Ethnicus Baptizatus non est, et Procul est. Sed in eo est simillima vtriusque conditio, quod legitime et vere excommunicatus. 1 vti et Ethnicus in Ecclesia non est, nec de Ecclesia 2 Quod nulla priuata et familiaris nostra cum vtroque conuersatio esse debet. 3 Quod si vterque talis
 3190 esse perseueret, regno Dei vitaeque aeterna excluditur.

CAPVT VI.

[p.409]

Quod autem ad dictum Pauli, sane et ciuilitate intelligendum est. Ex charitate enim dictum est: non autem ex vera, exacta, et propria fratris, id est, Christiani hominis definitione. Sed quando illud verum est, Nemo desperet meliora lapsis et potest respiscere qui hodie desipit. Praeterea quos excommunicat Ecclesia, non odio personarum ipsarum,
 3195 sed eorum tantum sceleris et contumaciae ratione eiicit, fit, vt qui excommunicati sunt, quatenus et homines sunt, et aliquando nobiscum in Dei Ecclesia versati sunt, eorum desyderio, amore, zelo, affectuque salutis ipsorum, moueri debeamus, neque sint prorsus a nobis abiiciendi, sed vt fratres agnoscendi, admonendi atque etiam, vt in viam reducantur, vti oues perditae, sedulo a nobis conquirendi. Ergo etiam excommunicati
 3200 χτ τι fratres nostri sunt, non tamen omnino et absolute, nec pares iis habendi, qui in Derinetu peritaerut. La quipus omniibus explicatus videtur vberrimus et vtilissimus ille de excommunicatione locus. Sequitur,

CAP. VI.

*Q*VICVNQVE sub iugo sunt serui, suos dominos ouni honore dignos ducunt, ne nomen Dei et doctrina blasphemetur.

Videri potest abrupta huius capitis et loci series, et minime consentiens cum toto superio

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.410]

ri argumento proxime sequens tractatio quae est de seruorum officio erga dominos. Quid enim haec commune habet cum pastorum electione, cum censura Ecclesiastica, cum officio Presbyterorum, cum tota denique politia disciplinaque Ecclesiastica, quae omnia
 5 superius in tota hac Epistola persecutus est Paulus? Praesertim vero cum serui eo tempore, quo haec scribebat Paulus ex iuris Romani constitutione pro mortuis inter homines haberentur, id est, perinde atque si omnino nonessent homines, sed pecudes censerentur quae certe pecudes ad coetum Ecclesiae minime pertinent, nullamque nobiscum iuris communionem habent, siue terreni et ciuilis, siue coelestis et aeterni. Ecquae igitur
 10 huius loci cum superiore continuatio esse potest? Respond. Cum propositum sit Paulo in hac Epistola depingere atque informare eam boni pastoris ideam, in qua nihil absit,

nullave pars ministerii necessaria desideretur, etiam de seruorum officio erga dominos fuisse dicendum. Cuius rei duplex est ratio.

I Quod serui etiam ipsi pars sunt Ecclesiastici coetus. Itaque minime a pastoris cura et disciplina semoti. Ergo his, vti et aliis, sua praecepta danda erant, ne propter eos Dei nomen, quemadmodum docet hoc loco Paulus, blasphemetur. Quod vero nobis ex iure ciuili Romanorum obiicitur, in politicis quidem contractibus et commercii exercendis verum esse et locum habere concedimus, seruos pro mortuis haberi, nullamque esse eorum voluntatem. Sed in iis, quae ad animarum salutem et ad Ecclesiae atque
20 conscientiae statum pertinent, omnino secus est. Sunt enim

CAPVT VI.

[p.411]

etiam ipsi pars Ecclesiae, vti et Domini, quanquam ratione hominum, non tam honorabilis et digna sit eorum conditio, quam ipsorum dominorum. Sed in Christo (inquit Paulus) non est seruus, neque liber Galat.3.vers.28. Ergo vtrique ad pastorum curam pertinent.

Altera ratio est Quod si qua maxime quaestio rixose agitata fuit sub origine nascentis
25 Ecclesiae haec vna fuisse videtur. Vtrum serui Christiani suis dominis parere deberent et subiici, vt antea Itaque variis in locis docet Paulus, sed et alii quoque Apostoli, quod sit seruorum erga dominos suos officium, veluti Ephes.6.Colos.4. Denique in epistola ad Tit.2.vers.9. vbi cū summa tarituni Eplicopalis muneris capita complecti vellet Paulus, de seruorum tamen officio meminit. Meminit etiam eorum Petrus luculenter I. epistola
30 cap 2. vers. 18. vt magni momenti fuisse haec praecepta, et tunc necessaria appareat.

Cur autem agigaretur haec quaestio de seruorum Christianorum subiectione, aut potius liberatione multiplex fuisse ratio videtur.

Prima quod propter susceptam Christi fidem et vocatsonem ad Euangelium, dominis suis iam vel adaequati, vel etiam superiores dignioresue censebantur. Adaequati
35 quidem Christianis dominis, quia in Christo neque est seruus, neque liber quisquam. Digniores autem dominis infidelibus, quibus eos Christianos homines parēre videbatur iniquissimum.

Secunda ratio est exemplum Hebraeorum, qui serui erant. At hi post sextum annum, nempe anno septimo, liberi dimittebantur quemadmo

41A AD F. PAVT. AD TIM.

40 dum extat praescriptum Exod.21.vers.2.

Tertia ratio est, ipsa saeuities dominorum, imprimis infidelium, quae cū supra modum esset dura et intolerabilis, videbatur aequum esse, vt se ab eo onere, iniusto quidem et saeuo, liberarent serui Christiani. Praetermitto vero rationem quae ex vitiosa scripturae interpretatione manifeste ducitur: nimirum quod homines libertatis Christianae
45 nomen facile ad licentiam carnis transferunt, et cū se liberatos esse a Christo audiunt, omne iugum excutere conantur, quod faciunt Anabaptistae.

Denique vt hae rationes omnes cessent, aequum est tamen pastores consolari miseras illas personas, et ad suum officium alacriter faciendum exhortari.

Quod enim ad superiores illas tres rationes, plane sunt ineptae. Ac prima quidem,
50 quoniam dissimillima confundit, nempe ius poli, vt loquuntur, cum iure soll. Nam dictum

illud Pauli, quod ad nostram salutis rationem prorsus referri debet, transfert ad negotia ciuilia et politias humanas, cùm tamen vtriusque rei sit plane diuersa et dissimilis ratio, etiam ex ipso Dei verbo constituta.

Secunda ratio continet paralogismum a dicto secundum quid ad dictum simpliciter.

- 55 Quae enim de Hebraeis seruis sanxit Dominus: ea neque in perpetuum, neque apud omnes homines locum habere debent, sed in populo Iudaeorum. Fuit enim ea lex politica, non moralis. Denique tertia ratio, peccat in modo. Etsi enim remedium aduersus inhumanam dominorum saeuitiem que

CAPVT VI.

[p.41]

- rendum est, non ideo tamen priuata autoritate sibi ius dicere serui Christiani conceduntur, seque in libertatem asserere, iugum dominorum excutere: sed Magistratus auctoritatem implorare debent, Deo prius inuocato. Est ergo, vt ad seriem huius loci veniamus, hic versiculus μετάβoσις, id est, Transitio. Constituuntur enim canones duo vtilissimi de seruis, vti spectari potest eorum conditio duplex ex persona dominorum, quibus seruiunt. Iam ade imidenbus yuue Pielibus dominis illi subiiciuntur. Ac primus
65 canon ad eos pertinet, qui dominos infideles habent. Est autem huiusmodi.

Serui Christiani dominos suos etiam infideles omni honore prosequuntur, eisque subiiciuntur. ne et nomen et doctrina Dei blasphemetur. Secundus autem canon in sequente versiculo continetur. Similis est huic locus apud Petrum 1.Pet.2.v.28.

- 70 Sed singula Pauli verba perpendamus. Nam et Anabaptistas refutant, et Α'ναρχικὸς homines, qui omne discrimen personarum sublatum, omnesque humanas politias abolitas vellent.

- Ait Paulus οἱ ὑπὸ ζυγόν, id est, Qui sub iugo sunt, Iugi voce notare voluit Paulus duram ipsam et miseram seruorum conditionem, et tanquam istius detrectationis seruitutis causam. Itaque studet ipsis seruorum querelis obuiam ire, quasi diceret, De hoc maxime
75 conquerimini quod iugum vestrum durum est, et conditio misera, quia seruilis. Hoc concedo ait Paulus, sed quia dominus ipse vos iis subiecit, et iugum hoc vobis imposuit, aequo animo ferendum est. Nam cùm vos dominus ipse depresserit, alios autem vobis im

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.414]

- perare voluerit, Deo paretis, cùm illis hominibus paretis, et vestrum est eos a Deo eminentiori loco collocatos vobis digniores censere, et omni honore colendos existimare.
80 Ergo Epicurei homines τῆς κακότητος, αρχικὸς, et Libertini, qui omne imperium tum priuatum, quale est dominorum in seruos, mariti in vxorem, parentum in liberos: tum etiam publicum, quale est Magistratus in ciues et subditos, sublatum vellent, prorsus pugnant cumnoor auirdiete, et distinctionem personarum, cuius Deus ipse author est,
85 euertunt: atque ita euadunt in Deum ipsum iniurii, non tantùm in homines.

Ait Paulus, omni honore dignos existimanto, Duplex est horum verborum vtilitas. Prima ne serui, neve subditi dominos, aut eos, quos Deus illis praecepit, dedignentur, quod se praestantiores atque longe excellentiores existiment. Nec enim ex industriae, vel corporis, vel ingenii viribus aestimandum est, vtrum nos illis praestemus, atque vtrum

90 eis parere subiicque debeamus: sed ex eo potius, quod dominus ipse illos praefecit: nos autem subditos esse voluit. Dat enim Dominus regna aut potestatem cui vult, non illi semper, quem maioribus et excellentioribus ingenii dotibus et donis ipse ornauit, Quod cū facit Dominus, iuste tamen facit. Ergo ne subditi, ne serui suas et personas et dotes cum praefectorum vel dominorum suorum dotibus et personis comparent, vt eorum
95 imperium detrectent: sed agnoscant honorent que illam diuinae maiestatis scintillam, quae communicata est a Deo superioribus.

Secunda vtilitas est, ne perfunctorie tantū,

CAPVT VI.

[p.415]

et quantum ab hominibus obseruari possunt, pareant, et sibi praepositos honorent serui, et subditi. sed ryneere, et ex animo id racsat. Nam ομπβα Αμοδολύα a Paulo vbique
100 damnatur.

Quod autem ait, omni honore dignos esse dominos, hanc exceptionem habet, etiam ipsol Paulo teste et interprete Ephes.6.v.6. Ne vltra ea, quae Deus tribui dominis vult, serui pareant. In Domino enim obsequendum est illis, id est, eatenus quatenus Deus ipse ius suum tum in seruos, tum ail fubuitos incegrum et totui retmet; et non offenditur: non
105 autem omnino simpliciter et πλ ς quicquid domini aut magistratus iusserint, statim est praestandum atque exequendum.

Addita denique ratio est, quod nisi dominis suis serui paruerint etiam infidelibus, Dei nomen et doctrina blasphematur. Haec ratio ducta est a contrario eius finis, propter quem sanctum Dei nomen super nos inuocatur, et Christianam religionem profiteamur.
110 Est enim, vt per nos, et propter nos Dei Nomen, et Doctrina bene audiat, propagetur, et glorificetur, idque inter omnes homines. Nos enim in suum populum peculiariter adoptauit Deus propter suam gloriam non vt ipse blasphemetur siue a nobis, siue propter nos ab aliis. Quod cū fit, grauissime conqueritur Isai.51.vers.5.Rom.2.vers.24.

Nomen Dei est ipsius gloria, maiestas, sapientia, et tanquam diuina ipsa essentia.
115 Doctrina Dei est illa cognitio, quam de se patefecit per verbum suum, quam nos profiteamur. Ergo vtrunque in calumniam rapitur ab improbis, cū non facimus officium, sed refractarii, improbi, et are

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.416]

πότακτοι sumus. Item vbique docet Petrus in t. epistola cap.2.et3.

Cur autem blasphemetur Deus ex ista rebellionē seruorum et subditorum in dominos
120 suos et praefectos, ratio est multiplex: sed hae duae imprimis

Prima, quod censetur et Deus ipse, et ipsius doctrina istius confusionis atque τράας causa. Atqui Deus neque seditionis, neque confusionis author est, vt docet Paulus 1. Corinth. 14. vers.33. Imo vero nemo potestatem habet nisi a Deo, quemadmodum ait Dominus noster Iesus Christus Ioan.19. vers.11. Ex quo fit, vt qui potestati siut domttiutae, siue publicae resistit, Deo ipsi resistat. Quae vero rerum confusio, quan-
125 taque perturbatio inducatur, si neque serui Christiani suis dominis, neque subditi suis magistratibus pareant nunquam satis cogitari potest, nedum dici.

Secunda ratio, cur Dei nomen ob istam rebellionem blasphemetur, haec est. Quod
 130 Deus ipsiusque Euangelium, humana iura tollere, et quod cuiusque proprium est, illi
 adimere tunc censetur. Itaque furta turpissima praecipere. Nam seruus cuiusque nostrum
 tam noster est, et ius nobis in eum tam competit, quam quaelibet alia res nostra, nostra
 est. Quod ius si Christiani nominis professio a seruo facta adimit, furtum rei alienae
 facere praecipit Deus, et adimit Domino quod est suum ipso, etiam inuito. Neque obstat
 135 quod de Onesimo obiici potest, Paulum pro eo deprecatum esse. Hoc enim verum est.
 Sed neque seruum inuito domino eripuit Paulus: neque idcirco liberum esse pronuntiat
 Onesimum, quod

CAPVT VI.

[p.417]

Christianus esset factus: imo vero ad dominum suum remittit. Haec autem secunda ratio
 tanti momenti etiam inter Christianos visa est, vt saepe canonibus Synodorum fuerit
 sancitum, ne quis seruus, aut addictus alteri, veluti curialis, aut cliens, inuito domino, aut
 140 patrono ad clericatum admitteretur, ne ius cuiquam suum praetextu religionis et cultus
 Dei eriperetur. Est in canonibus Apostolorum. Est etiam in canone Praesenti et seq. vel
 potius in tota distinct.54. Illud tantum suit obreruatum, vt qui Audaeis leruiebant, si
 Christiani fieri vellent, possent redimi ab inuitis dominis, quod in odium Iudaeorum
 maxime fuit constitutum.

145 Ex hoc autem loco manifestissime et pulcher. rime refutatur Anabaptistarum et
 A τάρκλων omnium insania, qui Magistratus de Ecclesia Christiana tollunt, tanquam
 Magistratum potestas sit et Euangelicae doctrinae, et Christianae libertati non modo
 repugnans: sed omnino contraria. Atqui aliud docet hoc loco Paulus, Doctrinam ipsam
 Euangelii nimirum blasphemari, et merito improbari, si per eam dicantur tolli et pe-
 150 ruerti iura politica, confundi rerum dominia, et ius suum cuiquam eripi. Neque Enim
 euangelium tollit humanas politias, quin imo eas confirmat et sancit.

Afferunt obstinati homines duos Scripturae locos, e quibus primus est is, qui 1.
 Corinth.7. V. 23 Nolite fieri serui hominum. Secundus autem qui est Ioan.8. vers.32.36.
 Veritas vos liberauit. Ad quorum vtrunque vna haec responsio satis est nimirum eos
 155 confundere diuina cum terrenis

418 AD I. PAVL. AD TIM.

[p.]

Iura conscientiae et seruitutem peccati, a quanos Christus liberauit, cum iure politiae et
 seruitute hac corporis, quae etiam in Ecclesia manet, et a Christo ipso sublata non est,
 quia idem iubet reddi Caesari, quae sunt Caesaris, quae distinguit ab iis quae sunt Dei.
 Denique Christus ipse tributum Publicanis et Caeiaris onciatious persoluit, ne hic latiùs
 160 hoc argumentum persequamur.

2 *Qui vero fideles habent dominos, ne eos despiciant quod fratres sint: sed potius
 inseruiant, quod fideles sint ac dilecti, vt qui sint beneficii Dei participes. Haec doce, et
 exhortare.*

υπαπόδοσις vel subiectio. Alteram enim propositae dominorum diuisionis speciem
 persequitur, eorum nempe, qui sunt fideles, Pii, et Christiani domini, quibus quantum

serui Christiani parere teneantur, docet hoc loco Paulus. Est igitur hic alter canon. Serui fideles dominos Christianos quam maximo honore colunt, et quam possunt summis illis obsequuntur. Vtitur autem hic pulcherrima *ντιθέσει*, qua non modo praeceptum hoc illustrat: sed tacite seruorum objectionibus respondet, contunditque praeceptorum dura ingenia breui responsione. Ait igitur Paulus, serui dominos fideles, Ne spernant, quod sint fratres, sed Potius tantóque magis eos honorent, quod sunt Fideles Dilecti, Gratiae Dei participes. *Æquius* est enim vt amicis obsequamur, quam vel inimicis, vel hominibus non ita nos diligentes. *Æquius* est, vt mansuetis dominis

CAPVT VI..

[p.419]

quis seruiat, quam asperis, et immitibus

Æquius est, vt iis, qui nobis sunt tanquam fratres, nos sumamus, quai iis, qui nobis sunt velut alieni.

Æquius denique est, vt iis subiiciamur, quos Dominus ipse Deus tanto honore affecit, vt sint fideles et Christiani, quam iis, quos tanta et pari gratia Deus ipse non est dignatus. Quae omnia argumenta breuiter continentur verbis Pauli. Horum autem argumentorum locus est duplex: Partim enim ducuntur a minori ad maius, partim a personarum ipsarum, quibus subiiciuntur serui, conditione et differentia.

Ne spernant igitur serui dominos suos fideles id est, Christianos, quod ipsi sint fratres in Christo Fideles Domini appellantur, non qui pacta seruis suis aut hominibus facta seruant: sed quia fidem Euangelii profitentur. Hic enim fideles appellantur a fide in Christum: non a fidelitate et promissionum praestacione.

Seruos autem fideles vocat dominorum suorum fidelium fratres, non tam propter eiusdem naturae humanae similitudinem, quae est inter omnes homines siue seruos, siue dominos: omnes enim homines Dominus creauit ex vno sanguine Actor. 17. vers. 26. quam propter eiusdem adoptionis et fidei participationem. Qui enim per Christum a Deo sunt adoptati, illi sunt inter se fratres, eiusdem baptismatis, eiusdem pariter, eiusdem haereditatis et earundem promissionum consortes et *κοινωνοι* vt docet Paulus Ephe. 4. vers. 45. 6. siue illi statu serui sint, siue liberi: siue Domini, siue non Galat. 3. vers. 28. 1-

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.420]

Respond. Earum quidem rerum ratione, quarum fratres et *κοινωνοι* sunt, sublatum est discrimen inter seruos et dominos: reliquarum autem rerum respectu, non item, quales sunt politia humana, corporum sexus, aequales vires, dotes ingenii, externa bona et dignitas, quae omnia et reliqua iis fia laia manet, et distincta atque etiam inter ipsissimos et germanos fratres diuersa et dissimilia, nedum inter seruos et dominos. Id quod rerum experientia docet.

Haec autem ratio et distinctio latissime patet. Nam siue regimen ecclesiasticum, sine Ciuile consideremus, afferri et dici poterat in ecclesia Dei Christianos subditos et Magistratus: Gregem et Pastores esse fratres inter se, ergo inter eos omne personarum sublatum discrimen videri, neque iam alterum alteri parere oportere: quod homines *ναρχικοι* et *τακτικοι* vociferantur. Sed respondet Paulus ipse fraternitatis nomen differentias vel personarum vel dignitatum siue in politia Ecclesiastica: siue in humana et

tetrena minime tollere, confundere, aut imminuere, vt iam doliant houis iaicuitere, nósque calumniari, qui Euangelium, quod annuntiamus, quódque est vere Christi Euangelium, criminantur monarchias et regna euertere, atque propterea regum animos ab eo audiendo quantum possunt auertunt, et deflectunt. Imo vero nulli magis parent suis Magistratibus et regibus, quam veri Christiani: quod Remigius etiam Clodoueo pri

CAPVT VI.

[p.421]

mo Francorum regi respondit, cùm ille falsa ista opmione mmoueus rengionem emidanam profiteri formidaret.

Cur autem lubentiùs seruire parereque fidelibus dominis debeant fideles serui, atque subditi, quam prophanis et Ethnicis, triplex ratio videtur afferri, nempe quod tales domini sunt Fideles, Dilecti Deo, Beneficii Dei consortes, vel participes. Itaque triplicem qualitatem designat Paulus, quae nobis tales dominos commendat: neque hos tantùm, sed etiam fideles magistratus. Nam quae de dominis fidelibus ait Paulus, ad fideles magistratus sunt transferenda omnia, atque accommodanda. Ergo fideles vocat, vt ex communi illo sacro fidei vinculo intelligant et subditi, et serui sese magis illis esse deuinctos, atque obstrictos, quam infidelibus, quibus tamen parendum esse supra docuit.

Dilectos vocat, quod tales dominos, cùm sint fideles, speciali amore et honore Deus ipse prosequatur, nedum vt eos subditi vel serui spernant. Dilectionem igitur hanc ad Deum refero, et passiue accipio, non autem actiue, nec eam dilectionem esse puto, qua Domini seruos suos complectuntur: sed qua Deus ipsos dominos. Participes item vocat gratiae Dei. Ergo quanto maiore a Deo ipso beneficio et gratia donantur, decorantur, atque honorantur magistratus, et domini fideles, quam infideles: tanto sunt a subditis et seruis suismagis venerandi atque colendi. Facit. n.hoc Dei gratia, vt longe quibusuis infidelibus Dominis praecellant quemadmodum docet Iacobus 2.v.5 Alii vti Chrysost. Erasm. et quidam, aliter haec

AD I. PAVL. AD TIM. 422

[p.]

verba περιγίαις ντιλαμβανόμενοι accipiunt, et ad curam, quam de suis seruis habent Domini, referunt, quasi hoc argumento vtatur Paulus, eo magis Dominos fideles reuerendos vere esse, quod de suis seruis solliciti sint, illisque benigniores atque humaniores. Sed haec sententia facit seruorum obsequium mercenarium. Praeterea nihil, quod sit speciale aut proprium fidelium dominorum continet, cùm infideles etiam domini, de suis seruis curam gerant sintque illis saepe humanissimi et clementissimi. At Paulus ea notat et obseruat hoc loco, quae sunt fidelium domnotum propria et peculiaria: non autem illis cum infidelibus dominis communia. Itaque vox περιγίαις hoc loco passiue accipitur: non autem actiue: et ad Deum refertur: non autem ad dominorum liberalitatem et curam de seruis.

Haec doce) A νησις. Commendat enim superiorem doctrinam ab vtilitate, cùm eam saepius et repetendam, et inculcandam esse velit. Sic supra 4vers.11.

Docere, est non semel tantùm, sed saepius ingerere. Exhortari est viuus aculeis, et stimulis homines ad eam doctrinam amplectendam excitare, ce commouere. La quonles vt non tantùm leui doctrina: sed etiam autoritate et increpatione nos egere propter

naturae nostrae peruicaciam intelligamus. Neque enim haec fieri praeciperet Spiritus sanctus, nisi iis omnino haberemus opus, tanquam necessariis animi nostri medicinis.

? *Siquis diuersam docet doctrinam, ne*

CAPVT . VI.

que accedit sanis sermonibus Domini nostri esu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae.

[p.423]

4 Is turget, nihil sciens, sed insaniens circa quaestiones ac verborum pugnas: ex quibus nascitur inuidia, lis, maledicentiae, suspensiones malae, 5 Peruersae exercitationes hominum mente corruptorum, et qui prinati sunt veritate, et quaestui habent pietatem, secede ab iis qui eiusmodi sunt.

Confirmatio est superioris doctrinae ex $\nu\tau\iota\text{Σέση}$ et collatione doctrinae illi contrariae. Atque hac ratione non tantum illustrat superiora praecepta Paulus: sed etiam commendat, et verissima esse ostendit, cum quae illis aduersantur, quaeque doctrina illis contraria est, huiusmodi deprehendatur, qualem hic describit Paulus, vel potius Spiritus sanctus, nimirum sit impia.

Primum autem quaeritur vtrum hic colophon, qui a Paulo nunc epistolae imponitur, ad vniuersam superiorem doctrinam pertineat, an tantum ad proximas praeceptiones de seruorum officio erga dominos suos? quidam existimant ad superiores tantum versiculos duos, qui proxime praecesserunt, referri, quia magni momenti sit superior praeceptio de seruorum et subditorum officio atque obsequio erga dominos et magistratus. Adducor tamen ut sentiam ad vniuersam doctrinam, quae totis quinque superioribus capitibus tradita est, pertinere hanc con

AD I. PAVL. AD TIM.

firmationem et $\pi\epsilon\chi\epsilon\rho\gamma\alpha\sigma\iota\alpha\nu$, tum quod in calce epistolae addita est, et post quam nulla amplius praecepta, sed particulares tantum exhortationes subiicit Paulus: tum etiam quod idem solet in aliis epistolis eodem stylo uti, ut suam doctrinam ex $\nu\tau\iota\text{Σέβη}$ confirmet, ac corroboret, veluti Rom 16.vers.17. Tit.3.vers.9. Coloss.2.vers.18.

[p.414]

Sunt autem in tota hac $\nu\tau\iota\theta\acute{\epsilon}\sigma\epsilon\iota$ et comparatione, quae durat vsque ad versum sextum, obseruanda haec tria nempe, 1 Quid damnet Pausus. 2 Cur dainet. 3 Qua poena damnet. Damnat autem tum Diuersam a superius tradita doctrinam, tum Eos, qui eam vel Docent, vel Sequuntur.

Ait igitur, $\tau\iota\varsigma\ \tau\epsilon\rho\omicron\delta\iota\delta\alpha\sigma\kappa\alpha\lambda$. Vox est composita $\tau\epsilon\rho\omicron\delta\iota\delta\alpha\sigma\kappa\alpha\lambda\acute{\epsilon}\iota\nu$ ex iis vocibus, quarum vna rem designat, altera docentis studium. Ergo diuersa doctrina per sese damnatur. Similis locus sup. 1.v.3. et Rom, 16 et 17. Tit.3.v.9. Est autem doctrina diuersa, siue Substantia doctrinae ipsius et praeceptorum sit diuersa a superiore: siue Forma et typos docendi, ut loquitur Paul.2.Tim. 1.V.13 sit vel ab analogia fidei: vel a stylo Spiritus sancti discrepans et dissentanea. Vtrunque enim in recte docendo debet obseruari, medulla ipsius doctrinae, ut sit sana: et ratio illius tradendae, quae debet esse

270 solida, vtilis, grauis, et ad aedificationem conscientiarum comparata. Et haec de ipsa doctrina.

Cùm autem ait Paulus, Docet, imprimis doctores ipsos prauae doctrinae complectitur et ferit: postea vero etiam discipulos. Nam et qui docent, et qui attendunt doctrinae falsae, damnantur sup.4 vers.1. quia peccat, qui illicita discit, vti et

CAPVT VI.

[p.425]

275 qui ea docet. Hoc primum est *ντῖθέσιως* caput. Secundum autem, rationes varias complectitur, propter quas huiusmodi homines, et merito quidem, damnandi sunt: et tam grauitur, vt quidem excommunicentur, quemadmodum postea apparebit. Quas autem rationes affert Paulus, videntur omnes eae ex tribus locis sumptae nimirum ex. I Verae doctrinae et falsae epithetis et differentia. 2 Causarum, a quibus falsa doctrina emanat, descriptione, voriplae uocentium personae depinguntur a Paulo. 3 Effectorum falsae ipsius doctrinae (quae quidem sunt teterrima et pessima) enumeratione.

280 Ergo ad primi loci argumenta pertinet, quod Paulus vera doctrinam vocat Euangelicam, sanos sermones, et doctrinam pietatis: falsam autem doctrinam contr a nominat insaniam, ignorantiam, verborum pugnas, et peruersas exercitationes nunc peitheras aini attitlones.

Ad secundum locum referuntur eae voces, quae verissimas falsae doctrinae cudendae causas continent, quales sunt hae inflatus est. Sunt homines mente corrupti, veritate priuati, auari et pietatem in quaestum conuertentes.

290 Ad tertii loci argumenta reduco omnia effecta, quae ex huiusmodi praua doctrina consequi docet Paulus, qualis est inuidia, maledicentia, lis, superstitio mala, etc. quae variis in locis enumerantur. Quae omnia eo magis annotasse operaepretium est, quod Satan mataeologiam iis nunc titulis ornauit, atque tam splendidis nominibus decorauit, vt nihil simile iis omnibus, quae Paulus recenset, habere videatur: sed ita perstringit hominum

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.420]

295 simplicium oculos, vt sola censeatur esse et vera et luculenta Theologia. Quam tamen hoc loco prorsus de gradu deiicit, et prosternit Spirit sanctus, vt impiam vt falsam atque omnino profanam, et eos etiam ipsos, qui illam docent, vti pessimos atque perniciosissimos Christi hostes execratur.

300 Sed singula iam videamus. Sanos sermones vocat puram Euangelii doctrinam, tum quod illi in sese sunt sani et purissimi, tum quod animas nostras sanas et valentes efficiant, vti dicitur Ps. 19 Praeceptum et verbum Domini lucidum, illuminans oculos. Sanitas animae est vera Dei agnitio, atque cum eo reconciliatio Psal.41.vers.4.Ps.32. quod vtrunque beneficium affert syncera praedicatio Euangelii in nobis efficax. Hoc epitheton saepe tribuit Paulus Euangelio, vt illius vtilitatem commendat prae caeteris artibus, vt 305 haeresibus eam opponat. Sic 2. Timoth. 1. vers.13. sup.1.vers.11. Tit.2.V.1. Huic autem laudi Euangelii et suae doctrinae opponit diuersae doctrinae νόσον quam alii languorem, alii insaniam vertunt. Certe ad animum haec vox pertinet, non autem ad corpus. Est autem non tantum haeresis: sed omnino mataeologia animi languor. qualis

310 Sorbonica Theologia magna ex parte, mentis aegrotatio et morbus, pestisque certissima animorum, ne sibi in vanis suis philosophamentis placeant insani isti, et memte capti homines neue alio pertinere et spectare censeatur vera Theologia, quam ad animorum salutem et conscientiarum consolationem.

Appellatur autem secundo loco idem Euangelium Doctrina pietatis, vti et Tit.1. vers.1. et

CAPVT VI.

315 Colloss.1.vers.5.Ac quidem doctrina, quod per eam aliquid et veri et solidi discant atque percipiant homines. Cui laudi opponit, haec duo, nimirum, quod qui diuersam doctrinam sectatur, nihil sciat: et si quid didicit, tamen Nihil Veri, vel Solidi nouit: sed tantum consecetur λογομα- κίας, et ver borum inutiles pugnas, quemadmodum idem sup.1.v.6.Tit.3.v.9. Vtitur hic Paulus voce Ε'πισάμενος, quasi fidei nostrae doctrinam
320 vocet ισημην, qua voce tamen raro vtitur scriptura, sed tamen extat apud Iacobus 3.vers.13.

Αογομαχίας autem nomine non tantum de vocabulis ipsis et vocibus disputationes inutiles damnat Paulus, sed etiam de rebus, quae nullius sunt momenti, neque ad conscientiarum nostrarum sustentationem, neque ad aedificationem perprortoeutii quo graphice
325 nobis tota Scholasticorum et Sorbonistarum ratio, atque Theologia describitur. Imprimis autem damnamus Quodlibetarias quaestiones, quae appellantur, quae Academicorum potius, quam Christianorum hominum sunt propriae, et mera ludibria pietaris.

Quaestiones autem neque omnino, neque omnes damnat Paulus, quae de Dei verbo fieri possunt: sed eas tantum, quae sunt inutiles, otiosae, et sine aedificatione vel fidei
330 nostrae, vel conscientiae, vel charitatis. Nam quae discendi studio vtiliter a nobis fiunt, vti multa de rebus obscuris, quae in vera Theologia versantur, quaeri saepe necesse est, eae minime quidem a Paulo damnantur, quales quaestiones multas tractauit Paulus in epistolis, et Apollos apud Ephesios, vt est in Actis et ov

AD I. PAVL. AD TIM.

335 Cντητο meminit Paulus 1. Corinth.1.vers.20.
Pia vero eadem doctrina Euangelii ab effectu nominatur, quia pietatem nos docet. Est autem pietas, Verus Dei cultus, qui veram proximi dilectionem parit ex sese, tanquam primarium fructum.

Huic pietati opponit Paulus vitia contrariae doctrinae et Mataeologiae sorbonicae, haec nimirum Mendacium, quia veritate priuantur: Auaritiam, Pietatem in quaestum
340 conuertunt: et Vitia pessima quae profert, qualis est Inuidia, Maledicentia, Suspicio mala, Vaniloquentiam, Contentiones, Pugnae. Denique peruersa exercitatio Tit 3.vers 9. sup.1.vers.6. Caeterae voces sunt faciles et perspicue. Vna haec, πθασιατριβαλ, obscura. Attingit enim Paulus eorum speciosos quidens sed tamen falsos praetextus, cum huiusmodi quaestiones instituunt. Hoc enim se et conari et velle ad Philosophorum
345 imitationem (qui de sue sectae dogmate, studiose inquirunt et disputant, scholasque institutas habent) vt aliquae de pulcherrima omnium scientia, nempe de vera Dei Theologia, et modestae disputationes instituantur, et vigeant inter Christianos, quo sint aduersus

et haereticorum et Ethnicorum argumenta paratiores atque munitiores. Philosophi suas
 350 illas Scholas et disputationes vocabant διατριβας. Hi quoque suas de rebus diuinis
 dissertationes, vt ex hoc loco apparet, διαταβας nominabant. Ergo Paulus alludit ad
 hanc ipsam vocem, quam in eos ipsos lepide retorquet. Docet enim huiusmodi disputa-
 tiones quae a sana doctrina, recedunt, non esse δια- τθας, id est, honestas scholas et
 disputationes

CAPVT . VI.

[p.429]

vtiliter institutas, quales Philosophorum pleraeque fuere: sed ωρα διατριβας potius
 355 esse. i. pestiferas, peruersas, inutiles et damnabiles λογομαχίας, quia in iis verbum Dei
 pessime peruertunt. Chrysostom. et Theophylact. aliter interpretantur, confricationes
 nempe, quod illi sese, tanquam morbidae oues, confricantes corrumpunt. Et certe
 quicumque ancea sani in Sorbonistarum collegium cooptantur, tanquam in reprobum
 sensum traduntur, et pess imi Christi ipsius hostes tandem euadunt.

360 Quod autem pertinet ad causas peruersae istius doctrinae, illae ex doctorum moribus
 turpissimis facile intelliguntur, et a Paulo breuiter hic describuntur, vti et 2.Timoth.3. et
 Colossen.2. et Tit. I. Sunt enim fere hae, nempe, Superbia, Mentis iudiciiue corruptio,
 Mendacium, et ignorantia, siue Profana et impia auaritia. Sunt enim iitius pertis doctores
 365 iati nuc luperoi: mente corrupti, priuati veritate, et ignarissimi, auarissimi, pietatem in
 quaestum turpissimum conuertentes. Quid aptius dici potuerit, quod totam Sorbonicam
 Scholasticorumque mores referret, non video, modo nos eorum mores obseruemus?

Secede ab iis) Tertium jest caput superioris ἀρθέσεως: in quo, qua poena sint
 superiores et dannati illi doctores coercendi explicat vno verbo Paulus. Etsi vero in
 quibusdam codicibus Latinis vetustioribus haec verba non reperiuntur: tamen in aliis
 370 extant: et apud Ambrosium leguntur: apud Chrysostomum et Chrysostomi abbreviatorem
 Theophylactum, praeterquam quod in omnibus exemplaribus Graecis magno consensu
 reperium

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.430]

tur. Ac primum conuenit hic locus cum alioeiusdem Pauli loco nimirum cum Tit.3.
 vers.1o. Quod enim hic ait, Secede, illic ait, Reiice. Nam quemadmodum docet Augusti-
 375 nus liber 3.de Anima cap.2.ad pastorem pertinet reiicere, et dannare haereses. Nec vero
 haec tantum in huiusmodi doctores et Mataeologos poena statuitur a Paulo, per quam illi
 priuentur familiari pastorum consuetudine et colloquio: sed per quam e totius Ecclesiae
 coetu pellantur et eiiciantur. Est enim hic nobis persona Timothei considerata, quem
 alloquitur Paulus non vt priuatum aliquem de populo Dei, sed vt pastorem gregis et
 380 publicam totius Ecclesiae curam gerentem, adeo vt haec sententia, secede ab iis, idem
 sonet, atque haec reiice eos de coetu Ecclesia. Quem enim propter haeresim, aut vitia
 non licet pastori familiarem naberemec aliis fidelibus licet, qui multo minus sibi cauere
 possunt, ne ab istis corrumpantur. Praeterea non ita istos euitandos pastoribus docet
 Paulus, vt caeteris sint ignoti: sed quod a Timotheo fieri vult, idem ab omnibus semel
 385 fieri oportet.

Itaque vox haec, Abscede, totum dominicum gregem et Ecclesiam complectitur, qui ab istis fugere debebit. Fateor ego quidem primùm ab ab ipsis pastoribus Ecclesiae tales vitandos esse, ne si iis familiares appareant, reliqui libentius vel audacius cum illis congregiantur, et communicent. Sic de Ioanne Euangelista scribit Irenae. libus 3.cap.3.
 390 eum etiam loco ipso abstinuisse, in quo erat Cerinthus haereticus: sed solis pastoribus eos notos aut interdictos esse oportere per

CIEVIVI.

[p.431]

nego: quando quod inde malum nasci porest, ad omnes peruenire potest, et diffundi. Quare haec poena statui videtur a Paulo in huiusmodi doctoles et mataeologos, vt excommunicentur, quae aperte Tit.3. vers.1o. quoque praescribitur.

395 Neque vero hoc nouum est, vt qui doctrinam Christi subuertunt, aut ea abutuntur manifeste, quales isti, omnino excommunicentur, atque eiiciantur de Ecclesia Dei. Si quis venit ad vos, inquit Ioannes, et hanc doctrinam non affert, ne recipite eum domum, ne Aue ei dicite 2.Ioan. vers.1o. Nam si qui Ecclesiae admonitionem et vocem de reconciliatione ineunda cum fratre, spernit, habendus est, ex Christi praecepto, pro
 400 Ethnico Matth. 16. quanto magis qui ipsius Christi vocem et Dei veritatem pene totam non tantum contemnit, sed etiam aperte corrumpit? Tantùm abest, vt is pro legitimo Ecclesiae doctore sit agnoscendus, quicquid Sorbonistae (qui hic graphsee depiguntur) contra sentiant atque decernant, vt se suamque Metaeologiam tueantur. Sunt enim isti non tantum mercenarii pastores, sed lupi, quia animas subuertunt, ideóque a toto coetu
 405 Ecclesiae arcendi, quemadmodum praeclare etiam sentit Bernard.epist.237.

Caeterum ex hoc loco duplex excommunicatio constitui non potest, quemadmodum quidam volunt. Vna nimirum Priuata, altera Publica.

Priuata vocant, per quam quis proprio animi iudicio sese ab eo segregat, quem impium vel improbum putat, nullo Ecclesiae iudicio interueniente, aut accedente. Itaque
 410 haec excommunicatio est priuatum cuiusque de altero et fratre

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.432]

iudicium, per quod eum vti ab Ecclesia hominem alienum censet. Haec excommunicatio tum schismatum ansam praebet: tum etiam confundit ordinem Ecclesiae. Quanquam enim ab eorum consortio fugere debemus, quos scimus esse Dei irrisores, et homines improbos: tamen eos pro excommunicatis habere propterea non debemus. Aliud enim
 415 est abstinere familiari alicuius consuetudine: aliud autem est eum pro excommunicato habere, id est, pro membro reciso, et putri, et cum quo nobis in Sacramentorum administratione communicare salua conscientia non liceat. Haec enim excommunicationis vis est. Haec igitur priuata excommunicatio locum in Ecclesia Dei habere non potest, nisi forte quisque sibi priuatos caetus colligere velit, et nisi nos Donatistarum haeresim
 420 comprobemus. Etsi vero multi Deo noti sunt scelerati et improbi, qui tamen nobis pulchri videntur, alia tamen est Dei ratio, alia hominum, qui de occultis non iudicant. Praeterea etsi tibi soli hic sceleratus notus est, propterea tamen non est excommunicandus.

I uuncan encommameudonem appellant eam, que praecedente Ecclesiastico iudicio, eóque legitimo facta est, vt quis tanquam alienus a Dei Ecclesia censeatur, idque iusta de

425 causa. Hanc solam nos agnoscimus, atque admittimus, de qua etiam loquitur hoc loco Paulus, non autem de illa priore et priuata.

Duo quaedam autem hic nobis obiiciuntur, Primùm, quod ait Iacobus 5.V.19. tales potius reuocandos esse, quam dimittendos, aut ita semel segreges faciendos. Cum quo consentit quod ait Pau

CAPVT VI.

[p.433]

430 lus Galat.6.vers.I.

Deinde obiicitur nobis quod non dixit Paulus occide illum, trade magistratui puniendum: sed tantùm remoue eum abs te: vel, vt maxima poena statuatur, excommunica eum. Itaque ex hoc loco negant haereticos a magistratibus puniendos esse. Respondemus vero ad vtrunque superiùs obiectum. Ac quidem ad primum, loqui Paulum de iis hominibus, 435 pro quibus conuertendis, et ab errore reuocandis omnia sint prius tentata, et suscepta: sed qui obstinati nihilominus manent, quod pietatem quaestui habeant, sint que auarissimi mortalium. Itaque haec sententia et censura Pauli praesupponit nos omnibus aliis, et mitioribus quidem remediis, vsos esse priusquam ad hoc extremum, id est, ad vrendum et secandum accedamus.

440 Quod autem spectat ad secundum obiectum, quod Paulus istos ad magistratum non remittit coercendos, ratio est, quia hoc loco de officio magistratus non agit, neque quod sit eorum munus praescribit, cùm satis sup. cap.2.vers2. et Rom 13. docuerit curam verae pietatis, atque syncerae doctrinae tuendae ad magistratus quoque pertinere. Sed hic tantùm agit de officio Timothei, id est, pastorum. Neque quod de eo nihil addit iam 445 Paulus, probat eos plecti a magistratu ciuili poena vel non posse, vel non debere, non plus quam quod ebrios, adulteros, furaces, etc. in 1. Cor.6.ad magistratum non remittens Paulus non demonstrat huiusmodi improbos homines castigari a ciuili magistratu in Dei Ecclesia vel non posse, vel non debere. Sed etiam haec altera responsio

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.150]

afferri ad superiorem obiectionem potest, quod tunc temporis, cùm haec scribebat Paulus, 450 nullus erat fidelis magistratus, qui piae et verae doctrinae euersores et corruptores puniret. Itaque de mataeologis aut hypocritis istis ad magistratum, qui tunc nullus erat, remittendis nihil, et merito quidem, praescribit Paulus. De quo argumento proluxa est disputatio August. aduersus Donatistas.

6 Est autem quaestus magnus pietas cum animo sua sorte contento.

Mihi videtur totus hic locus esse διάβασς siue digressio in auaros, et ditescere cupientes 455 homines, accepta occasione ex superiori argumento, nimirum, quod qui sanae doctrinae non acquiescunt, id lucri et ditescendi cupiditate vt plurimum faciant. Sic Ephes.5. vers. 24 inducta comparatione carnalis et spiritualis coniugii, de Christi erga suam Ecclesiam beneficiis late disserit Paulus. Artificiose autem Paulus et lepide etiam hoc loco et versiculo, vt et superiore, vtitur νακλάση retorquens in istos homines auaros vocem 460 ipsam quaestus, quem tam studiose et auideconsectantur. Ac primum grauiter perstringit

pungitque eos qui pietatem lucrum esse existimant. Est sane, inquit Paulus, pietas et lucrum et quaestus, isque magnus, qui animum sua sorte contentum semper adiunctum affert vere piis, adeo vt de maioribus opibus comparandis minime sint solliciti et anxii. Secundo vero loco docet in quibus rebus sitae sint verae, stabilesque diuitiae. Demum
465 quid causae sit, cur angi homines de maioribus copiis

CAPVT VI.

[p.431]

parandis non debeant: sed paruo debeant esse concentu rido laimnu dlu couus amputationis, quam aliquot versiculis persequitur Paulus.

Caeterum Pietatem hoc loco Paulus appellat efficacem inhaerentemque cordibus nostris Dei cognitionem, quae ipsius et cultum et metum, tanquam fructum, parit, et
470 profert. Denique eam doctrinam, per quam scimus nos in Christo Dei filios esse, eumque tanquam et Deum et Patrem nostrum colimus, veneramur, et certa animi fiducia agnoscimus.

Similis locus est Isa 33 vers.6 Pietas enim, ait Propheta, siue metus Dei, est piorum thesaurus atque summae diuitiae. Ergo appellat hoc loco Paulus eam non tantum
475 πορυς, id est, redditum quemdam et vectigal quod semel rantum in anno: vel in tota vita percipiatur: sed πορισμὸν esse, ait. i. fundum et perennem siue inexhaustum fontem, quisenper summos vberrimosque prouentus fundat nobis et producat. Θεῖος enim plus est, quam τοπος vel πόρις. Confirmatur haec eadem Pauli sententia Psalm.4. vers.7. Psalm 35. vers.8. et Psal. 37.112. Denique in eandem sententiam August. libus 1. de
480 Ciuitate Dei cap.19. et Bernard. sermo. 5.in Psalm. Qui habitat copiose disputarunt.

Dissimilis autem locus 2. Corinth. 6. versao. esse videtur vbi Paulus se et pauperem esse, et nihil possidere dicit. Item dissimilis huic locus fortasse censeatur Philip.4. vers.12. Noui pauperiem pari, ait, quae omnia pugnare videri possunt cum ea laude
485 sufficientiae et opum copiae quam hic tribuit et vendicat Paulus, Pietati et viris piis. Res. Ista minime inter se pugnare. Neque enim abun

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.430]

dantia bonorum terrenorum hic promittitur nobis ea, vt nulla re egeamus, aut nunquam premamur: sed potius copia bonorum spiritualium hic notatut, et significatur. Aliter enim pietas dicitur quaestus et lucrum, quam auari opinentur et alias opes affert quam terrenas, nimirum coelestes et spirituales. Praeterea quae inopia et penuria a piis sentitur
490 nonnunquam, ea plane illis ipsis salutaris est. Cedit enim illis bono, nimirum ad fidei probationem, caelestis vitae meditationem, seriam poenitentiam, et ad mundi huius odium et abrenuntiationem meditandam. Ergo pietas alius est quaestus, quam terrenus: alia quoque est abundantia et ὑπάρκεια, quam vt nihil hic omnino, aut nunquam nobis desit, quoad corporis huius commoditatem ac victum. Nonnunquam enim deest, sed
495 quod deest, tamen veras diuitias nobis non adimit, quia sumus eo ipso, quod adest, contenti, Bernard.sermo. 4. in Psalm. Qui habitat. Ersi non dat ad sa ietatem Deus, dat ad sustentationem. Magnam suis dat penuriam, ne multitudine praegrauentur. Idem sermo.5. in eundem Psal. eodem modo scribit. Sic interpretor quod est Psalm.37. vers.25. Puer fui, etiam senui, nec vidi iustum derelictum, nec semen eius quaerens panem. Quid

500 enim de Lazaro diceremus, de quo est apud Luc. 16. quem abiectissimum mendicum, et Iro pauperiorem fuisse scriptura sacra testatur? Quid de Dauide ipso fugiente et famelico 1. Samuel. 21? Sentiunt igitur etiam pii et fideles inopiam terrenorum bonorum, sed eam, quae longe illis salutarior sit, quam copia vel abundantia, et quae (vti dixi) meliores verioresque illis opes minime adi

CAPVT VI

[p.437]

505 mit, quas opes semper habet secum pietas, et quibus nunquam priuantur pii. Quae sint autem verae Christianorum opes vide August. liber 1. de Ciuitate Dei cap. 19. Quare genus ipsum diuitiarum, quas affert pietas, et de quibus intelligit hoc Paulus, totam superiorem quaestionem alias inexplicabilem et implacabilem soluit et dirimit. Est enim hoc genus diuersum a terrenis corporeisque opibus. Quanquam et eas ipsas habent pii, 510 quantum Dominus ipsis expedire nouit. Habet enim fides promissiones vitae tum futurae, tum etiam praesentis, vt supra dictum est cap. 4. V. 8.

Cur autem quaestus magnusque prouentus sit pietas, ratio est, quod Dei haeredes, Christi autem cohaeredes nos facit. Rom. 8. v. 17. Est enim nostrae adoptionis in numerum filiorum Dei certissimus fructus et effectus. Nulli enim vete Deum timent, nulli 515 vere colunt, nisi qui vere ipsius sunt filii. Ij autem sunt pii. Ostendit igitur pietas nos esse et Christi ipsius et donorum Christi participes. Nam in Christo insunt omnes caelestes et spirituales salutesque thesauri, vt docet Paul. Coloss. 2. vers. 3. Quare ditissimos fideles efficit ac esse arguit pietas. Ex quo fit, vt fideles a Iacobo cap. 2. vers. 5. Πλόσινι, id est, diuites appellentur. Et praeclare Ambrosius epistola 10. Omnes Christianos aduersus 520 profanorum sannas et sapientes et diuites esse contendit. Id quod etiam Psalm. 112. vers. 3. 5. confirmatur, quanuis fortasse id ipsum multis de terrenis opibus cogitantibus videbitur οἰδοξον et τοπον. Sed tamen est verissimum, si quo sensu dicitur, intelligatur, id est, de caelestibus diuitiis. Adiungit autem huic

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.434]

quaestui Paul. Α'υτάρκειαν. Quae vox quid significet quaesitum est. Alii enim eam 525 ad animum nostrum referunt: alii ad res, quibus vitae huius corporeae infirmitas et conditio eget. Certe non est haec Pauli mens, vt dicat, si omnia nobis affatim primùm suppetant, posteaque accesserit ad immensam opum vim Dei metus, nos tunc contentos esse oportere, et magnum prouentum habere.

Pietatem enim opibus terrenis, tanquam accessionem quandam, adderet et subiiceret. 530 Neque certe haec esset vlla pietatis laus, si cùm omnia necessaria adsunt, contenta esse diceretur. Ex quo fit, vt υτάρκειαν hic minime accipiam, pro rebus omnibus, quae sunt nobis ad victum necessariae, quas cumulas nobis esse oporteat, priusquam in Christianis Pietas magnus prouentus dici possit. Sed sumo υτέρκοιαν primùm pro ipso hominis pii animo, qui sua sorte contentus et laetus est, quantumuis exiguum possidet, 535 multaue illi etiam de rebus ad victum necessariis deesse videantur. Supplet enim illa omnia pietas ipsa animi tranquillitate, et spe in Deum, cuius voluntati acquiescit qui vere est pius. Deinde sumo υτάρκειαν pro ea opum mensura, quam Dominus dat cuique nostrum, quae semper satis nobis esse et debet et potest, quia si quid praeter eam opus

erit, Dominus suggeret. Nam et contenti esse debemus iis, quae in diem ad victum et
 540 vestitum suppeditat Dominus ipse, non autem insudare opibus augendis, de crastino
 solliciti esse, studio inexplibili acquirendi torqueri., opibusque cumulandis inhiare, et
 amore, vt ait ille, habendi senescere.

CAPVT VI.

[p.435]

Inde quaeritur, vtrum liceat homini pio et Christiano opes suas honestis iustisque ra-
 tionibus augere sed iis ipsis quas habet contentus esse debeat, neque in id incumbere
 545 moderato quodam studio, non auaro, non etiam insatiabili habendi ardore nec ea animi
 attentione, per quam vitae aeternae curam et meditationem deserat. Respon. Licere, quia
 modo auaritiae affectus, et animus absit, quod honesto labore et moderata cura compara-
 tur acquiriturque, Dei donus est, beneficium, atque ipsius inno amoris et benedictionis
 550 signum, vt est Psalm.127. Sed hanc curam sollicitudinemque animi moderatissimam
 esse oportet, ne a melioribus et salutaribus studiis auocemur et abducamur, dum toti in
 re facienda sumus Matth. 7.vers.34. Ergo si neque Dei cultum, neque Chrimlanl nomis
 endritatem et officium negligimus, rei familiari augendae recte quidem prospicere et
 licet, et honestum est, quoniam cura familiae nostrique ipsius est habenda supra 5.vers.8.

Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quicquam possumus.

8 Sed habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti erimus.

Νυθέτοης, quae modum praescribit, qui nobis in terrenorum bonorum vsu et compa-
 555 ratione seruandus est, quem modum qui excedit, is plane et stultus est, et frustra sese
 cruciat. Fuit autem haec praescriptio valde necessaria, et cū in hunc locum semel
 ingressus esset Paulus, aducienda

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.310.]

propterea quod si qua in re iustos limites praetergrediuntur homines, in vna hac cumu-
 landarum diuitiarum cura nullam moderationem seruant. Haec autem est admonitionis
 560 summa, vt quia haec terrena et externa bona neque nascentes inserimus: neque efferimus
 asportamusque nobiscum morientes: sed habemus tantū in hoc mundo ad victus vesti-
 tusque subsidium, ipso eorum vsu contenti simus, neque plus in iis quaerendis fatigemur,
 quam victus vestitusque nostri moderata ratio postulat et requirit.

Vtitur autem Paulus argumento duplici: quorum alterum ducitur ab absurdo, alterum
 565 a Fine istorum bonorum. Ab absurdo. Quod absurdum est in iis comparandis fatigari,
 quae neque retenturi, neque nobiscum exportaturi sumus, cū ex hoc mundo et vita
 decedemus.

A fine, quod omnium bonorum, quae terrena sunt, largiendorum vna haec causa
 fuit, vt victus vestitusque nobis ex iis suppeditaretur atque paratus esset. Itaque praeter
 570 victum et vestitum, id est, ipsum vsum, habere et auferre ex iis nihil possumus.

Primum autem suum argumentum confirmat Paulus a comparatis, Sic morimur,
 quemadmodum nascimur. At bona terrena in hunc mundum non inferimus nascentes:
 ergo nec efferimus morientes. Similis n. est ratio et conditio nascendi atque moriendi.

575 Nudi nascimur et ex vtero prodimus: ita nudi illisque bonis omnibus terrenis vacui
 morimur, et in communis matris, id est, terrae aluum et gremium redimus et condimur.
 Similis locus Iobus 1.va1.Eccles. cap.5.v.15. vbi vis huius ar

CAPVT VI

[p.444]

argumenti explicatur. Quemadmodum egressus homo est ex vtero matris suae nudus, sic
 nudus reuertitur, ut discedat, quemadmodum venit, neque quicquam reportat de labore
 suo, quod venire fecit in manum suam. Illud etiam praeclare Ethnicus quidam Infantem
 580 nudum cùm te natura crearit, Paupertatis onus patienter ferre memento.

Sed obiici posse videtur, si haec non auferimus nobiscum, sint autem ad huius vitae
 cursum conficiendum necessaria, eo maiori studio videri conquirenda et paranda esse
 quod iis in hac mortali vita carere non possumus. Respond. Deum ista nobis omnia
 affatim atque abunde parasse, et ab eo tantùm illa esse petenda, qui gratis et benigne
 585 omnia nobis postulantibus largitur et suppeditat: adeo vt propter vexationem illam
 nostram circa Βιωτικα atque anxiam de iis curam, nihil nobis copiosius aut vberius ex
 illis sit affuturum Mat. 6.vers.26.sed a Deo datur, quicquid benignus ille pater videt ene
 nobis commouum atque necessarium, et quantum videt expedire.

Secundum autem argumentum est vberimum, lateque patet, in quo nobis sunt duo
 590 spectanda Primùm, quod ait, habentes victum et vestirum. Secudùmquod ait nos iis
 contentos esse debere.

Neque vero dubitari potest hominem in hunc mundum iam conditum, tanquam in
 domicilium sibi a Deo paratum, rebusque omnibus abundantissimum et instructissimum
 inductum fuisse, vt apparet Genes.1. Post peccatum autem et pluribus et aliis rebus
 595 egere coepit homo, quam ante peccatum. Cùm enim primum victu tantùm et cibo egeret
 quia animalis, non autem spiritualis con

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.130]

ditus erat postea propter suae nuditatis horrorem egere et vestitu. Itaque Dominus ipse ex
 iis rebus, quas in hoc mundo condiderat, aptauit confecitque vestimentum Adamo, vt est
 Genes.3. Adeo vt mundi huius et rerum omnium, quae hominis causa a Deo creatae sunt,
 600 vsus siue fructus omnis in his duobus sit positus nimirum vt et Alatur, et Vestiamur
 in hac vita vt apparet Prouer. 27.vers.26. Eccles.39. vers.31.32. In futura vero vita
 neque cibo, neque potu, neque vestimento opus habebimus: sed in eo erimus similes
 Angelis beatis. Vtroque autem hic egemus tum propter naturae nostrae conditionem, in
 qua primum a Deo facti sumus (nam etiam ederet Adamus, etsi purus et qualis creatus
 605 erat mansisset) tum etiam propter peccati labem et miseriam, in qua iam versamur. Inde
 est medicamentum, vestimentum varia propter stomachi infirmitatem rerum genera Sic
 Genes.28. ver s. 2o. duo tantùm haec petit a Deo Iacobus Patriarcha.

Victus autem nomine etiam potum: Vestitus autem etiam habitationem complectimur,
 quod etiam Iurisconsulti docent, ne hic angustissimam esse harum vocum significationem
 610 putemus. Neque tamen sic stricte Victum atque vestitum nobis a Deo conc edi debemus
 interpretari, vt lautitiarum omnium vsum denegatum esse existimemus. Nam et odoribus
 et vnguentis vsos esse patres apparet Psalm. 23. et nobis quoque nonnunquam liberius

epulari, suauioribus condimentis vti licere, modo luxus, atque abusus omnis, ebrietasque et crapula a nostris conuiuiis absit, verum est, ne dum auaritiam vitare studemus, in

CAPVT VI.

[p.439]

615 miseram superstitionem incidamus. Nam non ad, metitur parce nobis sua dona Dominus, etiam tetrend, ieunuerame protign aequae profundit, quibuscum gratiarum actione vti licet.

Ex hoc etiam loco duo colliguntur. Primùm cùm nos victu et vestitu contentos esse iubeat Paulus, eoque et tenui et mediocri, non exquisito, non diti, verum esse quod dicitur
620 paucis contentam esse naturam. Id quod etiam Ethnici ipsi senserunt, et Aulus Gellius ex Euripide docet. Praeclare quoque, Horatius. Pracc. Ild.I. cpistol. Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus: Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil Diuitiae poterunt regales addere maius.

Ex quo falsa apparet eiusdem Horatii sententia illo eodem liber 1.epistol.

625 Exilis domus est, vbi non et multa supersunt. Euripid in Medea.

Secundum autem est. Non impediri tamen nos, quo minus de bonis et facultatibus nostris testemur, easque aliis relinquamus, etsi huius mundi et earum rerum, quae sunt in eo, proprie domini proprietarii non sumus: sed tantum vsufructuarii. Nam etsi haec, quae habemus, non asportamus nobiscum, relinquimus tamen, quia

47 AD T. TAVL. AD TIM.

630 ista dominus nobis ea lege dedit, vt aliis ius, idem vsusfructus relinqueret possimus non tantum vt iis vtamur viuentes. Ergo et morientes legem certam imponere testamento, contractu, legato, aliaque legitima ratione possumus haeredi nostro.

Denique insulsum est, quod Monachi hoc Pauli dictum ad se solos pertinere putant. Pertinet enim ad omnes Christianos, qui procul a se omnem auaritiae animum abiicere
635 atque remouere debent. Longe verior est concilii Antiocheni cap.35. sententia, quod iubet ne de Ecclesiae bonis Episcopi vel clerici plus sibi, quam victum et vestitum accipiant, si tamen se suis sumptibus exhibere non possunt. In proprios aut domesticos vsus alios, aut in agrorum suorum, vel cognatorum commoda ne ea bona conuertant. Id quod etiam in can. Episcopus 12.quaest 1.relatum est. Denique de bonis Ecclesiae Sacerdos viuere, non
640 autem luxuriari debet, vt est in dist. 44. Et quod iam ad luxum concessae sunt Episcopis amplissimae opes de bonis Ecclesiae, id factum est cum pauperum magno detrimento et iniuria: atque etiam ipsius Ecclesiae magno malo. Nam quod Canonistae respondent in glossa necessitatem canon. I.21. quaest.1. quia hodie creuit decus Ecclesiae, idcirco praeter necessaria praeterque victum et vestitum debuisse quoque opes maiores Episcopis
645 concedi, quas in aliis rebus, vti in equis, pretiosis vestibus etc. insumerent, vt splendorem Ecclesiae conseruarent, illud est perniciosissimum et falsissimum, refutaturque canon. Vasa de consecrat. distinct.1 vbi omnem eum splendorem externum Episcoporum et Ecclesiasticae suppellectilis, ve

CAPVT VI

[p.445]

650 stitus et victus luxum esse et semper fuisse verissimam Ecclesiae corruptelam respondet Bonifacius Martyr. Id quod verum esse rerum experientia manifestissime docet hodie in Papatu, quo magie nor ao nta magnarum opum copia cauere debent Episcopi Euangelici et pastores.

9 Qui autem volunt ditescere, incidunt in tentationem et laqueum, et cupiditates multas amentes et damnosas, quae demergunt homines in exitium et interitum.

E πεξεργασία Persequitur enim susceptam exhortationem de fugiendo opum accumulandarum studio Deterret autem ex effectis et periculo, quod huiusmodi studium 655 comitatur. Ita vero comparat et enumerat Paulus haec effecta diuersa et varia, vt alia aliorum respectu et ratione sint antecedentia et priora ac velut causae: alia vero posterora lequentia, et tanquai teterrimi e superioribus fructus promanantes. Sunt igitur nut checta Cupiditates, quas, et Amentes, et Damnosas vocat. Naufragium siue defectio a fide. Illud effectum prius est: hoc autem posterius est et secundum.

660 Est autem totus hic locus θικδς et παραμνεπαδν id est, prauorum morum studiiue hominum praeposteri et insani increpatio

Est vero eo magis necessaria haec exhortatio, quod commune, vile, et pene nullum vitium habetur inter homines auaritia: imo vero laudatur nomine diligentiae (vt ait ille tanquam frugi laudatur auarus) nomine industriae, et prudentiae.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.44*]

665 Vnde praeclare Iuuenalis Saty.14. Sponte tamen iuuenes imitantur caetera, solam Inuiti quoque auaritiam exercere iubentur. Praeterea hominum ingeniis inhaeret tum diffidentia pessima de Dei promissionibus et prouidentia: tum etiam fiducia quaedam in rebus ipsis: quibus cum caremus, prorsum periisse nobis videmur. Atque vtrunque hoc vitium facit, vt opibus, diuitiisque comparandis ardentem admodum incumbamus, tanquam solis 670 vitae huius tuendae mediis causis, omnino et anaus necessariis. Itaque euellendum est ex animis hominum tam tetrum malum, tamque fallax opinio, quae vt venenum serpit. Quod hoc loco conatur Paulus.

Quaesitum est autem ad quos haec exhortatio pertineat, vtrumne ad solos doctores et verbi Dei ministros, de quibus superioribus versiculis egerat: an in vniuersum ad omnes 675 Christianos. Respond. Ad omnes. Neque enim hic quicquam obseruari potest, quomobrem ad solos, vel doctores, vel pastores Ecclesiae haec doctrina spectet: quanquam hoc lubenter concesserim, si quos oporteat hoc tam foedo vitio, qualis est auaritia, et φιλοπλεσία carere, vnos maxime doctores pastoresque debere, qui caeteris vitae exemplo praelucere debent, et in quorum animos obrepens hoc venenum longe sit futurum 680 nocentissimum exemplo. Praeterea quicquid affert hic paulus de pessimis φιλεπλούδας effectis, ex aliis Sacrae scripturae locis sumptum est, vbi vniuersi pii ab hoc tam tetro desiderio et vitio deterrentur.

Duo vero sunt hoc loco notanda. Primum

CAPVT VK.

[p.443]

quod ait Paulus, qui volunt ditescere. Secundum quod subdit, incidunt in cupiditates,
685 etc.

Similes vero huic in sacra Scriptura loci sunt pene infiniti, sed hi maxime cum
hoc conferendi Prouerbus 1.vers.17 18.19. Eccles.5. vers. 10.11.12.13. Prouerbus
11.vers.4.20.21. Psalm. 119. vers.36. Psalm. 49. Quod si hoc loco profanorum de
eadem re sententias colligere liberet, reperirentur innumerabiles. Imprimis autem locus
690 est ille Iuuenal. Satyr. 14quem citauimus. item Q. Flacci Horatii epist. I. et ad Iccium,
et Numicium liber 1. epist. et Satyr. 1.libus 1. Satyr. quae profanosum hominum
sententiae certe minime sunt nobis negligendae.

Dissimilis autem huic locus est Prouerbus 12.v. 15. Diuitiae diuitis sunt vt vrbs
fortitudinis Eccles. 10.vers.19. argentum Cδυνάμει rebus omnibus. Itaque vino ae-
695 quiparantur diuitiae, quod laetificat.

Horum locorum solutio facilis est, si animaduertatur et recte notetur dictum Pauli.
Non enim dicit diuitias per se esse malas, vel diuites ipsos miseros esse et per se Deo
exosos: sed desyderium, ardorem, et cupiditatem ipsam auri argentique congerendi
esse damnabilem, amentem et exitiosam. Itaque diuitiae hac Pauli sententia minime
700 damnantur, vti neque illo Christi dicto quod est Matth.19.vers.24. tanquam Dei maledic-
tio quaedam in iis inesset. Sunt enim potius benedictio ionis Dei erga nos argumentum, si
modo iis recte vtamur: sed damnatur studium et voluntas ditescendi, quam φιλεπλεβίων
appellemus licet ardens desyderium et solitudinem opum accumulandarum vel reti-
nendarum. Fuit enim Abrahamus diues, fuerunt Isaac, et Iacobus Fuit

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.440]

705 Daudid, fuit Salomo. Inter fideles, quorum facta est mentio in nouo Testamento fuit
diues Manahem educatus cum Herode tetrarcha Actor. 13.vers.1. Electa ad quam scribit
Ioan.2. epistolam. Diuites fuerunt Thessalonicenses, vt apparet ex Pauli epistolis ad eos.
Denique Psalm.37. Ps.62. vers.10. Psalm.112. Diuitiae etiam hae, et quidem terrenae
promittuntur piis, nedum, vt eas detestari, et abiicere debeamus, si qua legitima ratione
710 nobis obuenant, aut si eas Deus dederit.

Vetat igitur Paulus ne studium animumque ditescendi habeamus, vel opes nostras
retinendi. Vtrumque enim complectitur Paulus siue ditescere velimus opes comparando
quas antea non habebamus: vel nostras conseruando ardentiori solitudine quam oportet.
Non vetat, ne familiae curam habeamus, ne bona facultatesque a Deo nobis concessas
715 moderate tueamur, curemus, et iusta ratione conseruemus: vel etiam, si qua ratione
legitima fieri possit, eas augeamus. Hoc loco sunt abusi Monachi, qui miseriam et
paupertatem pro summo et maxime homine Christiano digno bono vouerunt. Tria sunt
enim Monachicarum religionum vota Obedientia, Continenia, Paupertas. Sed etiam
hoc eodem loco abusi sunt et abutuntur. Catabaptistae, atque Anabaptistae, sed et aliis
720 similibus locis scripturae. Nam hos arripiunt, vt doceant homini Christiano non licere
quicquam suum aut priuatum habere et possidere, ne φιλοπλεσία alatur inter nos Quod
si sit communio bonorum inter nos, cessaturum contendunt hoc omne studium et turpem
cupiditatem dicescendi, cum tunc nihil sit pro

CAPVT VI.

[p.449]

prie nostrum futurum. Sin autem aliquid proprium retinemus, iam hoc damnable
 725 studium in nobis accendi. Sed exemplo Monachorum, qui omnia in communi habent,
 docemur, ne hanc quidem communionem bonorum extinguere οἰλοπλουσίαν, cū
 nihil sit Monachis auarius, et ad opes illas communes congerendas ardentius. Nam
 etiam quod commune est, quodammodo nostrum esse arbitramur, et quanto communitas
 ipsa erit ditior, nos quoque ipsos opulentiores, beatiores, ditioresque esse existimamus.
 730 Itaque Iesuitarum exemplum et vita siue regula, qui Anabaptisticam illam bonorum com-
 munionem admiserunt, sequunturque hodie in suis monasteriis, ostendit euidentissime
 φιλοπλουσίαν propterea minime extingui. Neque etiam vt nos ab ista habendi cupiditate
 retrahat Dei spiritus hoc loco, reuocat ad κοπωνίαν bonorum, sed proponit pericula,
 in quae sese coniiciunt, qui opes sic appetunt, siue priuatas, siue communes. Quae
 735 enim mala hic enumerat Paulus tam in communione bonorum, quam in priuata eorum
 possessione emergunt, ceoriuneuti De qua Irnlavapthtarum sententia plura scriberemus,
 nisi eam opere elegantissimo vir piae memoriae D. Bullingerus abunde refutasset sex
 libris contra Catabaptistas editis, in quorum liber 2. Tract.6.hoc delirium reiicitur.

Gignit igitur et parit hoc studium et affectus varia pericula.

740 I Incidunt, qui tales sunt, in laqueos et tentationem, Diaboli nimirum. A quo per-
 iculo nobis toto conatu, et velis remisque fugiendum esse docemur quotidie in oratione
 Dominica his

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.450]

verbis. Ne nos inducas in tentationem, etc. Hoc autem fieri non in vno vel altero
 tantū: sed in omnibus φιλοπλουσίαις tum rerum experientia probat: tum etiam
 745 docent profanorum hominum sententiae ex naturae sensu et rerum, quas cernebant,
 vsu prolatae et expressae: qualis illa, Μνηστολις κακίας απλυσια, item senarius iste
 vulgatiss.

Vnde ab Hebraeis appellata est auaritia vra Betsah quod nullum desyderii modum
 habeat. Dellque legatur Bernard. in ser.3 in Ps. Qui habitat. et Augustinus liber 1. de
 750 Ciuit. Dei cap.10.epist. IIL.ad Iulia. Comitem. Sed et in Psalm.128.V.36. vna auaritia
 omnibus Dei mandatis opponitur, quae ex animo nostro delet prorsus, vt Iudae Iscallotae,
 Itemque Ananiae et Saphirae exempla

Rationem vero subiicit Paulus, cur tentationes hae obrepant, a quibus vincimur,
 nimirum quia cupiditates multas affert hic ditescendi animus. Nihil enim insatiabilius
 755 istorum hominum animo, nihil concupiscentius: nihil sollicitius nihil cura magis plenum,
 nihil ardentius et vigilantius

CAPVT VI.

[p.451]

nihil curiosius. Omnia circumspectant emissitiis suis illis oculis, omnia spe vorant,
 omnibus auide inhiant, et Monedularum more, auro et rebus suis perpetuo incumbunt
 et idem faciunt, quod qui in abyso fodiunt, vt nempe neque fundum reperiant, neque
 760 vnquam saccum suum (vt loquitur Aggaeus cap.1.) impleant.

Appellat autem has cupiditates. Amentes siue stultas, et Exitiosas siue damnosas Pro νόωτες legit vetus interpres νότος, id est, Inutiles.

Duplex igitur vitium taxat Paulus in istis auarorum et ditescere cupientium animis. I Quod nullum modum vnquam teneant, nullamque suae personae, status, dignitatis aut
765 sortis rationem habeant. Itaque plane sint isti stultorum et furiosorum hominum more insani, imprudentes, amentes. Itaque furiosa appellata est cupido opum a Nasone.

2 Quod etiam sibi ipsis mala et pericula non tantum corporis, sed etiam animi accersunt, et creant. Vnde illis et πολεια (quam vocem ad corpus refero) et λεθος
770 (quam vocem ad animum argumento 2.Thess.1.vers.9. pertinere puto) tandem, et merito quidem, euenit. In quo ipso non tantum stultitia summa inest: sed etiam miseria, infoelicitas, et horrenda conditio.

Haec autem omnia effecta opponit Paulus illi laudi et plausui, quem auaris ditescen-
tibus, et opes suas augmentibus tribuere solet mundus clamans eos solos beatos, foelices, industrios, et sanos quibus nihil esse et miserius, et furiosius pronuntiat hic spiritus Dei.

775 Praeterea eo miserabilior est haec amentia, vt

AP I. PAVL. AD TIM.

[p.452]

praeclare hoc loco aunotauit Chrysostom. quod quae tantopere optant isti, et quae
tanti aestimant, vt dies noctesque propterea crucientur et laborent, opinione tantum
magna sunt et pulchra, non natura. Sola enim opinio illis pretium facit. Nam si quis
eos admoneat, doceat que aurum tantum terram esse: argentum glebam: verum esse
780 apparebit et erubescere cogentur. Praeterea non eodem in pretio ista sunt apud omnes gentes. Nam aurum, vt docet Tertull. De cultu mulierum, et genmae apud Indos, et Aethiopas pro luto habentur, nec nisi in soccis et calceis, idque in contemptum ab iis gestari solebant. Quae autem natura pulchra sunt et pretiosa, ea apud omnes peraeque
785 populos suum pretium suamque aestimationem obtinent, vti Solis istius splendor, coeli pulchritudo, aquae et reliquorum elementorum vtilitas.

Quod autem idem Chrysost. putat facillimam esse rationem huius flammae et cupid-
itatis in nobis extinguendae, nimirum si voluerimus (voluisse enimeam extinguere, ait,
est eam superasse) Certe de his dici non potest, qui amant diuitias: quia neque ii volunt
eam flammam extinguere: neque etiam quandiu illi indulgent, possunt. Praeterea haec
790 ipsa voluntas, per quam huic vitio mederi volumus, non est a nobis: sed a Deo ipso. Sed ita loquitur Chrysost. vt hominibus pudorem inculciat, neque vllam tanto malo medendi desperationem iniiciat, aut excusationem relinquat.

10 Siquidem radix omnium malorum est amor pecuniae: quam quidam dum appetunt, aberrarunt a fide, et seipsos transfixerunt

CAPVT VI.

[p.453]

xerunt doloribus multis.

Alterum argumentum est superioris sententiae confirmandae gratia, ex eodem loco ab effectis ductum. Est autem hoc effectum longe superioribus, quanquam teterrimis, tetrius.
795 Nam docetur φιλοπλεσία et φιλαργυεία esse, non vnus tantum vitii: sed omnium

fons et radix, imprimisque Defectionis a fide, et Cruciatus summi animi. Similis locus Coloss3. v.5. Ephes. 5. vers.3. Matth.13. vers. 22. vbi diutiae fallaces a Christo nominantur, quod nos a recto tramite abducant, et spirituale semen verbi Dei in nobis extinguant ac suffocent, vt est etiam Ecclesiastici 1o. vers.9. Dissimilis vero huic locus
800 Ecclesiastici cap.1o.v. 15.Initium peccati est superbia.

Hos locos vt concilient quidam, volunt hoc dicendi genus, quo vsus est Paulus, esse υπερβολικόν, quodrem nimium augeat, neque sit ad viuum resecandum. Respondeo vero verum dixisse Paulum, neque plus dixisse, quam res est, quamque ipsa expetentia quotidie verum esse docet: sed non esse hanc sententiam in vna tantum auaritia exploratam: verum in multis quoque aliis vitiis, de quibus nos idem statuere possimus,
805 ea nimirum omne malorum genus gignere et producere. Qanto enim quodque vitium nos longius a Dei metu, et vera fide abducit, eo plura maioraque vitia in nobis parit. Cum sit enim fides omnium virtutum fons, quanto longius a fide recedimus, eo pluribus grauioribusque peccatis abundamus. At auarus et φιλαργυρας animus longissime abest
810 a fide, siue fiducia in Deum collo

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.454]

canda, longissime a Dei metu, cum penuriam atque inopiam plus quam Deum ipsum, et omnia Dei iudicia timeat. Idcirco hic affectus merito quaelibet mala et animi vitia secum afferre dicitur. Nam eadem auaritia idololatria dicta est, et Dei obliuio, terrenarumque rerum, in quibus opes sitae sunt, cultus, adeo hominis ingenium auaritia peruertit. Itaque
815 Isai.57.vers.17. pro summo et capitali delicto auaritia recensetur. Praeterea cum inter vitia alia aliis sint grauiora, hoc maximum est, quod auaritia nominatur. Itaque varia producit. Sunt denique vt virtutes inter se connexae:sic vitia quoque inter se vinculo quodam coniuncta, vt qui vnum habeat plura simul possideat. Ergo haec mens est Pauli: Nullum est malorum et vitiorum genus, quod auaritia secum tandem non attrahat. Quod
820 et de superbia, et de aliis quoque vitiis dici posse non negat Paulus. Neque enim dixit solam auaritiam radicem esse omnium malorum, vt alia vitia excluderet: sed eam, vt reliqua alia peccata, quae ex eadem infidelitate et diffidentia oriuntur, omnium malorum fontem esse. Neque absurdum est, vt plures sint eorundem riuorum fontes diuersa ratione (vti terra dici potest producere omnes fructus, quibus vescimur, quos eosdem quoque
825 Sol producit) Sed superbia ratione Dei, in quem sese effert:auaritia hominum respectu quos offendit, dicitur omnium malorum esse causa. P. Lombardus liber 2.distinct.42. cap. Praeterea sciendum et cap.seq. perplexus est in huius loci explicatione. Durandus etiam in eundem locum quaest.3. et 4.magis adhuc quaestionem inuoluit et perturbat. Distinguunt enim isti vitia,

CAPVT E V

[p.455]

830 in Capitalia, et Subnascentia, ex illis capitalibus.

Capitalia constituunt ex Gregorio Magno libus 31. Moraliū septem, nempe, Inanem gloriam Iram, Inuidiam, Accidiam, Auaritiam, Gulam, Luxuriam. Itaque quaerunt qua ratione hic a Paulo auaritia radix omnium malorum dicatur, cum praeter cam ana quoque me capdalia vitia. Sed ita hoc a Paulo de auaritia dicitur, vt de aliis quoque non negetur.

835 Maior difficultas est, quod quidam censent a Paulo mutatam esse quaestionem. Cū enim de ριλοπλυσία supra ageret, nunc de φιλαργυρία eum disserere putant, et ad eam argumentum transferre, cuius incommoda et effecta recenset, non autem φίλοπλοσίας. Sed respondeo etsi diuerso vocabulo Paulus vtitur, rem tamen eandem vtroque significari. Nam et qui ditescere volunt, sunt φιλάργυρα et qui sunt φηλάργυρες cupiunt
 840 ditescere, sunt ριλοπλύσον Quod autem quidam quaerunt quomodo Paulus dixerit ς τὶς ρεγόμενοι referens ad auaritiam vocem ς, cū nemo auaritiam appetat, sed aurum sabet lacnem rcipounonem. Nec enim refert Paulus vocem ς ad totam φ λαργυρίας significationem: sed ad postremam tantū compositionis ipsius vocabuli dictionem nempe ργυρίας, quae et πὸ τ ργύρης et ργυρίς deducta est. Significat autem et
 845 argentum et nummum. Vtrunque autem auari expetunt, et ardentem sitiunt.
 φιλαργυρίας autem voce studium pecuniae manifestissime designat Paulus: sed et omnem quoque rei cuiuslibet turpis et vitiosae immoderatam appetitionem, in vniuersum complectitur. Qanquam enim ργύρον vna quaedam earum rerum speF.iiii.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.40]

cies est, quas auari consecantur maxime: tamen hic omne opum genus complectitur.
 850 Itaque οἰλάργυρες hic a Paulo dicitur, qui siue argentum, siue aurum, siue agros, siue frumentum, siue quaslibet alias opes ardentem expetit, et vitiose, id est, et plus quam oportet, et alio modo, atque ad alium finem quam oportet. Nam et auaritia ipsa Latinum vocabulum, quanquam nomen est ab auro deriuatum, immoderatam tamen quarumlibet opum appetitionem vel studium generalicer compicetieur, quemaumiodum
 855 docet Augustinus. Alii auaritiam ab auiditate dictam malunt, vnde multa auara appellant, quae auro non egent, vti dicitur mare auarum.

Duplex autem malum enumerat hoc loco Paulus ex omnibus iis, quae auaritia procreat, nempe Defectionem a fide, et Animi cruciatum. Defectionem a fide ex nimio opum vel congerendarum, vel conseruandarum studio, accidere, infinita hominum exempla
 860 docent, et quotidiana experientia. Quot enim hominum millia in nostra, praesertim Gallia, propterea fidem Christi, quam antea professi fuerant., abnegarunt? Quot adhuc hodie propterea desciscunt?

Quot etiam in media ipsa Ecclesiarum pace propter opes Deum factis negant, quem ore profitentur? Haec vna maxime causa Samosatenum in maledictam illam haeresin,
 865 quae postea Arrianismi radix fuit, induxit vt opes a Zenobia Arabum regina haberet, neque ab ea priuaretur iis bonis, quae vt Episcopus Antiochiae possidebat. Et inter causas haereseomn et a Paulo, et ab omnibus auaritia recensetur. Satan ipse ita tentauit Christum Matth.2. Omnia regna mundi tibi dabo, si cadens

C ANVTVI.

[p.457]

adoraueris me. Animi cruciatum quantum auari sentiant et taciti perferant docet etiam
 870 impius Lucianus in Dialogo qui Simon vel Αλεκλρύων inscribitur: Plautus in Euclione, et pulcherrime disputat A. Gollius, ex verbis C. Crisp. Salustii libus 3. Noct. Attic.cap.1. Adeo vt hic animi dolor qui ex diffidentia atque infidelitate nascitur, sit eius ipsius poenae quae in inferno auaris istis, nisi resi puerint, parata est, praegustamentum quoddam atque

delibatio miserrima e ihuauissima. Sed non tantum animi. verum etiam corporis
 875 perpetuus est cruciatus et fatigatio auaritia, quemadmodum praeclare his versibus cecinit
 Q. Flaccus.

Impiger extremos currit mercator ad Indos
 Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Reliqua vitia ad pastorum conciones pertinent, quae nec iococumulaii in auaritiam
 880 possunt.

*71 Tu vero, homo Dei, ista fuge, sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem,
 tolerantiam, lenitatem.*

Κατάβασις est. A generali enim praeceptione, quae omnium Christianorum, quemad-
 modum dictum est a nobis, communis erat, adspecialem descendit ut hanc doctrinam
 peculiariter pastoribus in persona Timothei applicet. Summa huius applicationis haec est.
 Si quibus hominibus Christianis scelus illud et teterrimum auaritiae vitium fugiendum
 885 et cauendum sit, vni maxime pastoribus, Doctoribus, Praefectis, Ministrisque omnibus
 Ecclesiae id faciendum. Atque per -

AD I. PAVL. AD TIM.

τίθειν docet quatenam sint illis ipsis pastoribus sectanda ut habeant et ipsi in quibus se
 exerceant da ocepunt, longeque menora, quam auari meditentur.

[p.50.]

Ratio huius praeceptionis est ex illo Christi dicto, quod est Matt.5. vers.13. et 14.
 890 Vos estis sal terrae, vos estis lux mundi, si sal euauerit, in quo salietur? Deinde ex eo
 Petri loco, qui est I.Pet. cap. 5.vers.3. oportet Pastores et Presbyteros Ecclesiae esse
 exemplar gregis. Qua enim vel fronte vel libertate auaros reprehendent pastores, si sint
 ipsi auari, et eodem vitio laborent? Nam ut est satis notum.

Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Et illud Christi, Medice cura teipsum.
 895 Neque vero nec facit quo minus pastores et quaedam propria habere possint, ac stipendia
 ab Ecclesia accipere: et familiae suae honestam moderatamque curam gerere, contra
 quam tamen sentiunt homines importuni Catabaptistae, uti diximus.

Dicit autem Paulus φεῦγε, id est, fuge. Quod vtiliter obseruauit Chrysostom. ut ex
 vocabulo ipso intelligatur, quanto studio, quantoque animi conatu sit ab hoc auaritiae
 900 vitio illis cauendum: fugimus. n. quae periculosissima et maxime exitiosa nobis esse
 arbitramur, quale certe est hoc scelus. Itaque non dixit tamen abscede, ut prius φείσα-
 „n vers.5. Separa te Α ποχώρα: sed fuge, et quidem strenue et diligenter. Videtur
 autem Paulus voluisse opponere hoc studium nostrum in auaritia fugienda illi diligentiae
 indefessae atque indefatigabili labori, quem in opibus cumulandis sumunt auari, qui
 905 tantus est, ut nullum remittant tempus

CAPVT VI.

neque se respiciant. Breuiter autem addit pondus huic suae exhortationi, cum eos, quos
 in Timothei persona alloquitur, nempe Pastores Ecclesiae vocat homines Dei. Ex hac
 enim ipsorum laude vult eos diligentius officii sui commonefacere. Neque enim solius

[p.459]

910 Timothei propria est et peculiaris haec appellatio. Obiter tamen illud in nostram vtilitatem et expegefactionem notandum est, quod summopere huiusmodi exhortationes sunt nobis necessariae, cū ne ipsi quidem Timotheo fuerint inutiles: sed pro Deum immortalem, quali viro, ad quem nos collati nihil nisi maculae et turpitudine ipsa videbimur! Nec vero lubens aut iocans Paulus sic eum admonet, sed quod illi ipsi, quanquam multum in Dei metu progressu, vtilem tamen hanc exhortationem fore viderit et sperarit.

915 Quaeritur autem, cur Timotheus vocetur homo Dei, et quae sit huius appellationis propria significatio, tum hoc loco: tum etiam aliis pene infinitis. In vniuersum omnes homines dici possunt homines Dei κληρικς et γενικς, quia et a Deo sunt conditi, et illius sunt. Domini enim est omnis terra et plenitudo eius, et qui in ea habitant. Psalm.24. et Psal.50. vers.10. Quod propter Marcionitas, Manichaeos et alios haereticos scitu

920 necessarium est, quorum alii hominem totum opus alterius δημιόργου, quam veri Dei esse docent: alii partem quandam hominis, velut alii corpus, alii animam. Secundo loco dicuntur homines Dei δικς et γλαςςς soli Pii, Fideles, et Electi, quod ab eo sanctificentur, in iis habitet, et eos pro suo populo peculiariter elegerit Deus. Ex quo

400 AD LTAVL. ADTIM..

Dei pro eodem sumantur. Tertio denique loco et significato dicuntur homines Dei

925 δλως ii tantū, qui in Ecclesia et domo Dei munus aliquod Ecclesiasticum legitime habent, siue illud ordinarium vt pastores: siue extraordinarium, vt Propheetu. quoupii pius quam renqui fideles speciali quodam iure Dei esse censeantur, et in eius peculio, quemadmodum olim Leuitae.

Denique magis se totos Deo addicere hi debeant. Itaque κλυςικος et proprio quodam

930 possessionis modo dicuntur esse homines Dei. Sic Prophetae homines Dei dicebantur 2. Reg.1.vers.9.4. vers. 16.5.vers.8. Sic pastores omnes a Paulo ratione muneris 2. Flieil.5.veri.rj.non autem rationeelectionis et praedestinationis suae. Sic δ λον, id est, serui Christi in vniuersum pii omnes dicuntur, imprimis autem iidem pastores et Ministri, vti apparet ex epistola Iudae vers.1.

935 Vnum vero hoc loco de Christo specialiter nobis notandum est, eum et hominem Dei et hominem Deum appellari. Hominem quidem Dei, ratione vocationis, ministerii, praedicationis, vti omnes Apostoli, et Ecclesiae pastores appellantur, inter quos ipse est summus. Nec enim nobis verendum est, si Christum, quatenus homo est, et in his terris suo munere fungens, appellemus Dei seruum, quod tamen quidam dicere reformi-

940 dant, quia ex Isai.61. et Luc.4.vers.18. satis contra sentientium sententia refelli potest. Homo autem Deus, siue, vt Graeci loquuntur, in dictionum conpositione foeliciores, θεάνθρωπος est idem Christus ratione personae et naturarum, quibus con

CAPVT VI.

[p.461]

stat. Sic enim Athanasius in suo Symbolo appellat. Est enim verus Deus: et verus

945 homo, atque vtrunque quidem vna persona est. Vnde et ab Augustino, et a Bernardo, HomoDeus vnica voce appellatur: et a Graecis Theologis θεάνθρωπος. Nec enim sic Deum suscepit homo Christus vt reliqui homines suscipiunt. Nam alios homines Deus regit tantum, hunc autem etiam gerit, quemadmodum loquitur Augustinus de Agone

Christiano cap.20.

Sed sectare] Αντιθεσις est, vt et quibus potissimum studiis incumbere: et quas
 950 maxime diuitias comparare debeant fideles omnes, imprimis autem Ecclesiae pastores,
 intelligamus. Ex vtrorumque autem studii, auarorum dico et pastorum, collatione facile
 iam animaduerti potest, quam longe pastorum et studia et opes, auarorum et studiis et
 opibus praestent, et sint anteferendae. Varias autem virtutes enumerat Paolus, vt videant
 pii pastores habere se, in quibus se strenue exerceant, vt et insanas omnes occupationes
 955 fugiant, et curiosas eorum quaestiones, quos antea damnavit vers.4.vitent.

Dicit autem Αιώς persecuere, sectare, id est. summo studio et animi conatu
 incumbere, quae vox tum opponitur superiori το φε γε: tum etiam ostendit non esse nobis
 fathiscendum neque defatigandum, sed perseuerandum constanter, alacriter et acriter in
 harum virtutum progressu faciendo. Non omnes autem virtutes recenset Paulus, quae
 960 sunt vel pastori necessariae: vel quae auaritiae et curiositati opponuntur (essent enim
 omnes commemorandae, cū sit omnium vitiorum ra

462 AD I. PAVLS AD TIM.

CAPVT . VI

Neque vero Timotheum, aut alios pastores ad has virtutes exhortatur, tanquam illis
 catuerit, aut tanquam pastores his vacui eligi in pastores debeant: sed vt in iis quotidie
 proficiant progressusque faciant maiores, quemadmodum suo exemplo docet faciendum
 965 Paulus Philip.3.vers.12. et 14. Nam, vt ait Chrysost. tum neglentiam, tum etiam
 arrogantiam parit persuasio illa nostrae υπαρκείας et perfectionis.

[p.463]

*12 Decerta praeclarum certamen fidei: apprenende vitam aeternam, cuius causa et
 vocatus es, et professus praeclaram professionem coram multis testibus.*

A ξνοις est. Docet enim non tantū has virtutes persequendas: sed pro iis etiam nobis
 esse certandum et saepe quidem durum certamen. Et quia audita certaminis voce, et
 facta difficultatis mentione saepe homines vel tepent, vel torpent, vel iter reflectunt, et
 970 prorsus a bono suscepto desistunt, idcirco calcar addidit Spiritus sanctus vt alacriores
 ad illud certamen accedamus, illudque ineamus. Est autem triplex consolationis hic
 propositae locus, nempe a foelici successu. Bonum ait, a fine et premio foelicissimo illi
 proposito, vitam aeternam: et ab Honesto vel officio, confessus bonam confessionem.
 Nihil autem hic aliis praescribit Paulus, quod ipse reipsa non praestiterit, vt testatur 2.
 975 Timoth. 4. vers.7. et quod reliqui fideles Dei serui non subierint, vt apparet ex eorum
 Martyrio. Quale illud est Polycarpi, qui se tanquam optimum Domini granum et frumen

AD I. PAVL. AD TIM.

tum mola contundi gaudebat, et illud de Apostolis, ibant gaudentes Apostoli Actor.5.vers.41.
 Hic locus ostendit non leui manu, vel opera ministris incumbendum in sui muneris func-
 tionem: neque ita facilem eam esse, vt plerique sibi pollicentur, et somniant. Cū
 980 enim officium facere volunt, tum in docendo:tum in reprehendendo, multos expenuntur

[p.114]

nabentque aduersarios. Itaque ignaui pastores, timidi, somnulosi nunquam vere officio suo recte fungentur.

Certamen autem hoc loco bonum appellat Paul. cuius foelix, optandus, et prosper exitus est futurus. Nam Deus pollicetur se suissemper affuturum Nunquam te deseram, 985 neque derelinquam ait Dominus Ios.1, v.5. Dominus mihi auxiliator, ait Dauid Psalm.118 vers.9. Quod ad pios omnes transfert Apostolus ad Hebraeos cap.13. vers.6. item Isai.41.vers.13. Est enim Dominus iis omnibus patronus, qui pro se strenue laborant Math.10.v. 19. Idem certamen praeclarum, id est καλὸν appellat propter rei, de cuius victoria certatur, eminentiam et dignitatem. Est autem Dei gloria, Christi regnum, salus 990 mundi, pro quibus nulla perieula recuianda iunt, cum iis rebus nihil sit praestantius. Denique hic vtamur ea comparatione, quam affert Paulus 1.Corinth.9.vers.25.Si qui milites pro his terrenis rebus certant, tam sunt et constantes et strenui: quanto magis nos ero rebus coelestibus certantes esse oportet et apcres, et inuictos,

Apprehende vitam) Haec σύνθιτα maiorem vim et δυνάμητα orationis habent. 995 Argumentatur autem Paulus a praemio huius certaminis. Est

CAPVT VI.

[p.46.]

autem vita non haec quidem terrena, sed spiritua lis: non caduca, sed aeterna, qua nihil est homini beatius, foelicius, optabilius. Dicit autem apprehende, vt perseuerandum esse intelligamus vsque ad finem, et non desciscendum in medio cursu. Ij enim demum apprehendunt, qui perseuerant. Nec tamen dicit apprehende, quasi vita aeterna sit 1000 meritum nostrum: aut quasi illius apprehensio et consecutio sit nostrarum virium (est enim Dei donum Romanor.6.vers. 23.) sed vt doceat non desistendum a coepto itinere et certamine, donec ad eum locum peruenerimus, ad quem a Deo vocati sumus et ire instituimus. Est enim turpe ab itinere semel surcepto co que foelici desistere, et reflecti. Magnitudo autem istius praemii, et quidem gratuiti, satis nos excitare ad quaelibet onera 1005 et pericula pro nomine Christi ferenda debet.

Oppome duteu heuu praemum Paulus illi exitio et interitui, quem sibi auari accersunt suis curis et cupiditatibus, vt docuit supra vers.9. vt quam foelicior sit noster, id est, piorum in Dei metu progredientium labor intelligatur, quam auaroru, meoque ipso simus alacriores.

1010 Denique Paulus argumentatur ab officio, et vocatione. Nam pastores ad huiusmodi certamen vocati sunt, non tantum vt pii omnes: sed multo maxime ipsi, quia sunt paitores et caeterorum duces. Similis locus Luc.9. v.2314. v.23. Si quis sequitur Christum tollat suam crucem. Amplificat autem hoc argumentum, a circumstantia et temporis, et rei ipsius Qtod nimirum efficax fuit haec vocatio. et ipse Timotheus illi respon

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.466]

1015 derit, Bonam confessionem iam confessus es coram multis, ait, Ergo eo turpius est tibi referre pedem, qui iam tam strenue Christo militasti. Haec confessio, quae facta dicitur a Timotheo, fuit susceptum ab eo Euangelii ministerium quod iam egregie administrarat. Alii tamen ad Baptismum Timothei referunt. Alii quaerunt, vtrum aliquid passus sit in corpore suo pro Christo Timotheus, vti Syllas et Paulus Acto.16. Sed de Timotheo

1020 nihil quicquam simile legimus: tantum Hebr. cap.13. vers. 23. apparet Timotheum pro nomine Christi vinctum fuisse. Denique summa fuit laus Iimotner in Der ecclesia, adeo vt disputetur, vtrum ille sit, quem Paulus in 2. Cor. 8.vers.18.19. fratrem appellat, et cuius magnam esse in omnibus Ecclesiis laudem scribit.

13 Denuntio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, et Iesu Christo, qui testatam fecit coram Pontio Pilato bonam illam professionem.

Παράκλησις est cum superioris doctrinae confirmatione coniuncta, quam vtranque
1025 cum grauissima obtestatione proponit hoc loco Paulus. Nam et superiora praecepta hac quasi nota fuerunt obsignanda, ne quis humana potius, quam diuina: et Pauli, non autem Spiritus sancti vocem esse existimaret: et fuit in opere et ministerio iniuncto et demandato Timotheus propter muneris ipsius difficultatem, confirmandus. Apparet autem quam sit vtrunque necessarium. Ac primum quidem, quod etiamnon hodie quidam
1030 contentiose

CAPVT VI.

[p.467]

contendunt, quae hic de forma electionis pastorum Ecclesiasticorum a Paulo tradita sunt, temporaria tantum praecepta esse: quae non vt perpetuo locum in ecclesia haberent sint tradita. Itaq: ea et omitti, et mutari posse. Quam sententiam falsissimam esse docet hic locus, atque vel vna haec tam grauis diligens et sollicita de his obseruandis obtestatio a
1035 Paulo facta, praesertim cum sup. cap 3.vers.21. aliam quoque obtestationem addiderit Paulus, non minus grauem.

Secundum autem huius versiculi et loci praeceptum non minus quam prius necessarium est, cum reipsa experiamur quam pauci pastores vel in suo officio perstent: vel si perstant, quam magnis cum difficultatibus luctentur, adeo vt in hoc onere eadem
1040 alacritate animi perstare sit omnino arduum, ac rarum, et, nisi Dominus ipse vires et robur suppeditaret, prorsus αδύνατον. Exempla Ioannis, Marci, et Demae, de quibus tum in Actis: tum in 2.ad Timotheum agitur, quod dicimus verissimum esse comprobant. Quare neque temere, neque praeter rem, aut in vanum hanc tam grauem, et plenam inuocatione nominis Dei obtestationem addidit Paulus, ne nomen Dei in vanum
1045 sumpsisse, et pro re leui, aut etiam in non necessario loco vel negotio interposuisse Paulus censeatur.

Duplex autem est obtestationis huius atque denuntiationis autoritas, tum ex persona Patris tum Filii. Vtrique autem suum epitheton adiunctum est ad maiorem ipsorum testium venerationem. Ait Paulus Denuntio. Est autem quiddam aliud δαγσίλ λεν, id
1050 est, denuntiare, quam μαρτυρε v qua

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.408.]

voce etiam sup. cap.5.vers.21. vsus est, etsi maiestatem Dei vtraque phrasis declarat, et designat. Denuntians ea, in quibus omnem negligentiae, ignorance et excusationem hominibus ademptam esse volumus, quasi eos commonefaciamus prius iam satis edoctos fuisse, et nunc de poena negligentiae serio metuendum cogitandumque illis esse. Obtes-

1055 tamur, cū nostrum officium et operam fideliter praestitam esse sigiiiieamtis, de quo etiant Deum testem inuocamus. Itaque denuntiatio ad ipsos homines dirigitur, eósque intuetur. Obtestatio proprie Deum quem spectat.

Coram Deo) Dei nomine Patrem hic intelligi, vti alibi saepe in scriptura, certissimum est, et ex his verbis apparet quae mox sequuntur Jesu Christo Sic passim in epistolis
 1060 Paulus accipit, praesertim in ipsarum ὑπαρξας, vti in hac ipsa, et Tit.1. Ex quo fit, vt recte sit annotatum Dei vocabulum quanquam proprie ad naturam ipsam diuinam significandam repertum est: vt vox haec, homo ad humanam:tamen saepe essentialiter, saepe personaliter sumi Essentialiter igitur acceptum tribus personis sanctae Trinitatis aequae competit, easque generaliter complectitur. Personaliter autem positum eam tantū
 1065 Trinitatis personam proprie designat, quam et locus et argumentum et res, de qua agitur, ostendit intelligendam. Saepe igitur Patrem significat, vt hic:saepe filium vt cū dicitur Deus apparuit Abrahamo Genes. 18.vers.1.item vocatus Abraham auscultauit Deo Hebr.11.vers.8. Saepe Spiritum sanctum, vt cū dicitur Deus loquutus per Prophetas Hebr.I.v.

CAPVT VI.

[p.469]

1070 1.Actor.28. vers.25. Sic in concilio Nicaeno primo dictum est Deus de Deo, id est, Filius de Patre, non quod diuersa essentia sit filii a Patris essentia. Nam vti Pater est Deus, sic et filius: sed a Patre Deo genitus est Filius Deus, idem tamen et vnus vterque Deus, etsi non vna et eadem vterque persona. Cur autem vna tantū ex tribus diuinis personis Deus possit appellari, id est, voce totam naturam et essentiam diuinam signiMeunte
 1075 de compieccentesuenotuiry ratio est, quod in quaque ex illis tribus personis inest tota illa essentia diuina, atque ea etiam ad numerum vna et eadem, non autem pars tantum Deitatis.

Additur autem epitheton, Qui viuificat omnia. Similis est locus Actor.17.vers.28. Nam quod de hominibus dicitur illic, ad omnia rerum genera pertinet in vniuersum, vt apparet ex Psalm.36.v. 6. et 9. Viuificare autem significat et vitam dare: et datam conseruare. Vtrunque enim praestat Dominus omnibus rebus, quae viuunt, non alterum tantū. Neque enim deserit res a se creatas Matth.10.vers.37. Vnde praeclare Bernard. serm. 4. in Cantica. Sane esse omnium dixerim Deum, non quia illa sint, quod est ille: sed quia ex ipso, per ipsum, et in ipso sunt omnia, quia esse omnium est, causale quidem,
 1085 non autem materiale, quia eorum est factor. Nec enim diuinae essentiae participatione res viuunt: sed qualitatis tantum et virtutis ipsius aliqua communicatione et effectū. Vnde mn Deus appellatur, non autem Iehouah tantū

Sic autem magnifice, et, vt res est, de Dei potentia concionatur Paulus, vt in doctrinae Chri

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.470]

1090 stianae veritate tuenda, et muneris sui conscientia retinenda Pastores opponant hanc Dei maiestatem, robur, et potentiam omnibus hominum etiam regum, minis, viribus, et conatibus. Nam hominum ipsorum Dei Euangelio inimicorum vires ab vnius Dei potestate dependent, vt est Psalm.59. vers. Io. Itaque non sunt nobis ii metuem di, ne

que propterea expauescendum est.

1095 Duo autem quaeruntur hoc loco. Primum ex eo, quod dixit Paulus, Omnia viuificat. Vtrum omniarum genera, quae Deus creauit, uiuant, id est, vitam habeant. Ac quidem earum rerum quas condidit, aliae sunt Spirituales, vt Angeli, et Animae humanae: aliae corporeae, et eae vel Caelestes, vel terrenae. De Angelis siue bonis siue malis: itemque de hominum animabus dubitari non potest quin vtrunque hoc spiritualium
1100 creaturarum genus uiuat. De rebus autem corporeis maior quaestio est, inter quas aliae sunt Caelestes, vt coelum ipsum: aliae terrenae, vti Elementa quatuor, Conposita ex elementis corpora, quae dicuntur, vt Mineralia, vt Plantae, vt Animalia, atque ex iis quaedam perfecta, qualia quae quinque sensus naturales habent ex suae speciei ratione et constitutione. Alia imperfecta animalia dicuntur, vt polypus, ostreorum genus quoddam,
1105 et muscarum. De Plantis et Animalibus nemo dubitat, quin hoc vtrunque genus rerum uiuat. De Mineralibus, de Coelo ipso, de Terra elemento, de Aqua et reliquis similibus, maior et magis perplexa quaestio est. Nam si haec viuere dixeris, et animam quoque habere concedas necesse est: et sibi simile procreare posse. Quod rerum veritati repu

ENRELA VA.

[p.471]

gnat. Neque enim coelum, aliud coelum sibi simile procreare aut producere potest, vel
1110 ex semine vt herba: vel ex suae essentiae profluxu, vt homines et bruta creant. Varro in libris de lingua Latina sentit et scribit, quaedam viuere, quae tamen animam non habeant. Aliis visum est et coelum et terram, suo modo et genere viuere. Aliis contra haec rerum genera subsistere quidem, sed sine vita et anima, quae in illis interne insit. Vnde ea vitam proprie non habere sentiunt. Respond. Locum hunc Pauli, in quo versamur, esse
1115 ita explicandum, vt vocem Omnia ad ea tantum referamus, quae vitam habent, quia illa Dominus viuificauit. Sic dicit Paulus, vult Deus omnes homines saluos fieri, id est, (vt ait Augustinus) vult Deus omnes homines, qui salui fiunt, saluos fieri. Ergo nihil nobis necesse est in curiosam illam quaestionem, Vtrum omnes creaturae, quae a Deo sunt conditae, uiuant, ingredi, etsi eas omnes cuiuscunque sint generis viuere, et vi
1120 quidem illis a Deo interne iniecta quidam putant, cum et sustententur vi formae suae, et motus actionesque suas pulcherrimas habeant, et quemadmodum terra facit multa ex se pariant. Nam volunt spiritum Dei, qui in prima rerum creatione terram, et coelum, et aquas fouebat, et terrae, et aquae, et coelo eam vim internam infudisse, per quam hodie subsistant et durent in sua natura, vti herbae vim internam habent, qua viuere dicuntur,
1125 et in genere suo permanent, etsi sibi simile neque coelum, neque elementa generent, vti neque homines, qui sunt steriles ex se vltos procreant, nemo tamen

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.RIE.]

eos viuere vi interna a Deo data propterea negauerit, Vti etiam totum mularum genus sterile est ipsa natura: nec tamen propterea viuere quisquam distestatur. Sed haec disputationis tantum gratia dicta sunt atque accipiuntur.

1130 Secundo vero loco quaeritur. Cur hanc operationem tribuat vni tantum patri Paulus, cum et Filii et Spiritus sancti sit communis haec actio. Ac de Filio apparet Ioan. 5.vers. 21. Sicut Pater excitat mortuos et viuifecat: ita et Filius, quos vult viuificat. De Spiritu

sancto vero item apparet Psalm. 104 vers.3o. Emitteris spiritum tuum et creantur, et
 1135 Respond. Non assignari a Paulo hic propriam et incommunicabilem Patris operationem,
 nisi quatenus ille est reliquarum personarum ratione principium, sed communem trium
 actionem describi: quae tamen in Patris persona hic consideratur, quatenus Pater pro tota
 diuina natura saepe proponitur, et in eo contrahitur quicquid trium personarum commune
 est. Quod fit, quia Christum nobis hic subiicit Paulus, considerandum vt hominem. Ergo
 1140 in persona Patris contrahit quae sunt totius Deitatis propria, id est, trium personarum
 communia. Coram fesu Christo, qui testatam fecit) Cùm multa sint, quae de Christo et
 aliis personis proprie incommutabiliter dici possint, veluti quod incarnatus est, passus,
 mortuus, resurrexit, hoc potissimum delegit Paulus, quod ad praesentis loci et argumenti
 circumstantiam maxime facere videbatur, et ad superiorem de testimonio fidei

CXPVT. VI.

1145 perhibendo exhortationem erat aptissimum. Est autem illa confessio Christi, de qua
 Ioan.18.vers. 37 mentio fit, et per quam constantissime in ipso mortis periculo com-
 parens coram iudice suo supremo in his terris veritari Dei, ac Euangelio apertissimum
 atque luculentissimum testimonium reddidit. Itaque ipsius etiam iudicis mentionem fecit
 Paulus, vt et periculi magnitudo, et mortis terror, qui ante Christi oculos obuersabatur,
 1150 notaretur a nobis, non tantùm autem vt historiae vetitas atque rei gestae tempus des-
 ignaretur. Est autem Christus nobis datus in exemplar, quod imitemur, vt ait Petrus
 in 1.epist cap.2.vers.21. Huius eiusdem confessionis meminit quoque, quanquam ob-
 scurior, Apostolus ad Hebraeos, et ad illius exemplar imitandum nos accendit cap.12.
 vers.3. Multas enim contradictiones in ea veritate asserenda passus est Christus.. Hoc
 1155 dictum Pauli explicatur in articulis Symboli Apostolici. Itaque erimus breuiiores. Vnum
 modo notandum est Ethnicos vafre et subdole tempore Imperatoris Iuliani Apostatae
 commentaria quaedam Pilati supposuisse, ex quibus inepta, blasphema, et prorsus falsa
 Christo Domino nostro affingebantur, quae et Augustinus liber 1. de Consens. Eu-
 angelist. et Cyrillus aduersus Iulia, prolixè refutauit. Appellat autem hanc Christi
 1160 confessionem bonam, non tantùm propter rem ipsam quam fassus est Christus, quae
 omnium rerum maxima, optima, fructuosissima fuit. Dei enim voluntatem et veritatem
 de salute hominum perficienda declarauit constanter asseruit Christus. Sed etiam
 bonam vocat propter finem, propter quem illud

[p.473]

474 AD I. PAVL. AD TIM.

testatus ac confessus est Christus, mimum vt Deus glorificaretur propter misericordiam
 1165 patefactam et in homines collatam Denique propter effectum vberrimum et amplissimum
 quem haec confessio protulit. Nam morte ipsa a Christo statim obsignata est et confirmata.
 Itaque illa confessio fuit verissimum testimonium Christi de voluntate Dei in saluando
 genere humano, quae multa, imo infinita postea hominum millia Deo lucrata est, quos in
 ipsa eadem doctrina confirmauit, atque etiam hodie confirmat. Talis quoque est hodie
 1170 mors piorum Martyrum. Mors autem Socratis, mors haereticorum obstinate suos errores
 defendentium non est confessio bona, tum quod de haeresi sit ista confessio non de

[p.]

1175 veritate Dei: tum etiam quod non sit obsignatio doctrinae, quae pios fructus proferat. Nam Socratis mors certe non fuit Socratis doctrinae confirmatio, sed potius fuit illius velut extinctio quaedam et suffocatio. Itaque cum morte et cum confessione Christi nullo modo est conferenda, nedum cum ea aequanda.

14 Vt serues haec mandata, maculae et culpaе omnis expers, vsque ad illustrem illum aduentum Domini nostri Iesu Christi.

E'ξηγητοῖς est. Docet enim iam de qua re tam grauem obtestationem addiderit et praemisit. Nimirum vt pastores omnes, imprimisque Timotheus ipse seruet superius mandatum, idque constanter et pure donec Christus illustri suo illo et secundo aduentu appareat in suorum ple

CAPVT VI

1180 nam consolationem, et victoriam. Mandati nomine complectitur Paulus superiora praecepta a se tradita: et ipsum Timothei munus, id est, demandatam illi prouinciam in Ecclesia Ephesina, in qua eum purum et immaculatum versari vult, atque iubet. Quod si tanto viro hac exhortatione fuit opus, quid nobis? Et certe nunquam satis ad officium excitari, aut expergefieri possumus, quia etiam vigilantissimis et perfectissimis obrepunt
1185 saepe multae tanquam tepiditates, vel animi et zeli remissiones: denique vitia et errata imprudentibus, propter quae Dei gloria retardatur, Ecclesia offenditur, et nos ipsi coram Deo rei simus. Itaque attente et diligenter omnibus in vniuersum Christianis: imprimis autem pastoribus in suo munere fideliter et constanter peragendo vigilandum est, atque incumbendum.

1190 Sed haec est magna eorum consolatio, quod munus ipsum quod habent, mandatum Dei appellatur. Ex quo intelligunt primum se Dei ipsius esse voce vocatos, et hanc sibi delegatam esse a Deo non ab hominibus tantum prouinciam, vt in ea mtrepiue, conidentence aideriterpersentur. Deinde auxilium sibi a Deo semper affuturum, qui eos in ea statione collocauit Actor. 13.vers.3. Coloss.4. vers.17. Galat.1.vers.15.sup.1.vers.1.et
1195 12 denique ex eo ipso cogitent pastores sibi huius muneris demandati rationem esse Deo reddendam, a quo illud habent.

Expers maculae) Docet iam secundo loco non tantum quam in rem sit incumbendum pastoribus Paulus: sed etiam quomodo, nempe ea conscientia et fidelitate, eaque diligentia et purita

AD I. PAVL. AD TIM.

1200 te, vt nulla ex parte sibi suoque muneri desint, nec quenquam vel vita vel negligentia offendant demque viuant ireprenensibiles, vt loquutus est sup. 5.vers.22.

Ergo verba haec sic interpretor, vt ad ipsum Timotheum referantur: non ad mandatum, etsi tamen id patitur ratio Grammatices. Postea vocem πῦλον refero ad leuiores delicta: vocem autem ἀνέπληπτιον ad grauiora peccata, quae et scelera et crimina nominantur,
1205 vt apparet ex cap.3.huius epistolae.

Vsque ad illustrem) Docet tertio loco, quam constanter in tota superiori doctrina ipsoque suo munere fit et omnibus Christianis et pastoribus perseuerandum. Nimirum

vsque ad secundum Christi aduentum, quem Illustrum appellat. Similis locus Tit.3.vers.13.1.Thess.2.vers.19.

1210 Est autem huius sententiae et consolationis vsus duplex. Primus quidem aduersus ignauiam nostram, ne fathisca mus, aut deficiamus longi assiduique laboris pertaes, quasi nimium diu nos exerceat et in certamine retineat Deus. Secundus autem vsus est aduersus impatientiam, ne Deum existimemus vel mentitum: vel diutius, quam par sit, promissorum suorum implementum differre. Nec enim prius certandi finis erit, quam

1215 Christus aduenerit iudex viuorum et mortuorum.

Appellat autem hunc Christi aduentum Ε'πμισerae illi conditioni, qua nunc premimur Deo vero seruientes, opponamus: tum vt hac cogitatione omnes afflictiones quas pro Christi nomine pati hic necesse est, lubenter deuoremus, in i

CAPVT VI.

[p.17]

psius coelestem gloriam intentis fixisque penitus oculis intuentes. Atque haec consolatio
1220 et admonitio non tantum illo saeculo fuit opportuna atque necessaria, quo vera Dei Ecclesia passim ab omni mundo spernebatur atque irridebatur: velut mundi reiectamentum quoddam vt ait Paulus 1. Corint.4 sed etiam hac nostra aetate certe quidem est vtilissima, qua et ab extraneis, id est infidelibus, et ab intraneis, id est, hypocritis non minus ufligimur, spernimur, irridemur, quam olim vere pii, et homines Christiani. Haec
1225 enim molesta et dura conditio manet Ecclesiam Dei omni tempore Psalm.123.

15 Quem temporibus suis ostendet ille beatus et solus Princeps, Rex regum, et Dominus dominorum.

Α' ξησις est. Amplificat enim superiorem exhortationem tum a temporis definiti certique circumstantia: tum a Dei ipsius, cuius doctrina seruari praecipitur, et cui veri et fideles Ecclesiae pastores seruiunt, dignitate, et comparatione. Continet quoque hic locus ὑποφοραν. Occurrit enim tacitae obiectioni piorum, qui illustrem illum Christi
1230 aduentum iamdudum expectantes, nondum tamen eum videbant. Ergo ne vel animis denielanit poit longam expectationem illius aduentus: vel obrepat blasphema ista cogitatio, qua si Christus venturus non sit, et ab eo Ecclesia delu datur, hoc responsum tanquam necessarium animorum fluctuantium pharmacum et remedium subiicit Spiritus sanctus, Nimirum tempora istius aduentus esse certa quidem illa et defjnita: sed soli Deo nota, et
1235 constituta.

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.110]

2 Nostra infirmitas, qui varie tentamur, fluctuamus, et agitamur, vbi tot nobis obiectos aduersarios, in tot tela nos incurrere videmus, dum in Dei metu, in officio, in munere, in professione nominis Christi perseueramus. Itaque sustentandi, contrillandr; corroSo-
1240 randique sumus aduersus tot hostes, obiecto potentiae Maiestatisque Dei clypeo, et foelici illo beatóque statu, qui nos in aduentu Christi certissime manet, constanter in fide perstantes.

Magna igitur nostrae temeritatis et impatientiae repressio, magnum lorum est, quod ait Paulus, Tempora illius foelicis et expectati a nobis aduentus esse quidem certa:

sed soli Deo cognita neque Deum vel momentum vllum dilaturum, cū tempus a
 1245 se decretum impletum fuerit, quin Christum exhibeat redemptorem nostrum, et vitae
 aeternae donatorem ac assertorem. Eodem vero modo, quo hic de secundo aduentu
 loquitur, de primo quoque Galat.4.vers.4.Ephes.1. vers. 1o. ait tempora illius certa
 fuisse a Deo constituta, post quae completa Christus venit, atque homo factus est. Scit
 enim Dominus non tantū, quae nobis dona sint salutaria: sed eorum conferendorum et
 1250 communicandorum tem

CAPVT VI.

[p.47]

pora et tanquam maturitates, quia solus est Sapiens. Et vt in rebus his terrenis et
 naturalibus, quibus producendis aliquod a Deo definitum est tempus, patientes esse
 solemus, veluti anni tempestates expectamus: frugum maturitatem non praecipitamus,
 dierum incrementa non vno momento esse lubenter ferimus Iac. 5. vers.7. sic in his
 1255 quoque donis coelestibus et salutaribus accipiendis patienti nos esse animo oportet, et
 legitimū eorum reuelandorum tempus expectare.

Tribuit autem Paulus Patri eam secundi et gloriosi Christi aduentus manifestationem:
 at alibi Christo ipsi videtur vindicari Tit.2.vers.13.1. Thessalonic.4. vers.17. Respond.
 Quia Christus me nouis nomo de mimus propontus est, Patri tribuuntur, quae sunt propria
 1260 Dei opera, atque etiam ea ipsa, quae Christo conueniunt quoque, quatenus ipse Deus est.
 Sic dicitur Pater suscitasse Filium: dicitur etiam Filius seipsum suscitasse.

Beatus, solus princeps. etc. Est diuinae maiestatis descriptio ex variis illius attributis,
 vt hanc omnium hominum, quantumuis potentum, viribus et dignitati opponamus, cū
 ab illis propter Christi Euangelium, subsannamur vel affligimur, vel de die aduentus
 1265 Christi, tanquam impedito, ipsi cogitamus. Maxime vero illo seculo fuit necessarium
 oculos fidelium traducere ab eo splendore, qui in Ecclesiae hostibus apparebat, ad
 incomparabilem illam vnius Dei maiestatem, thiscerent pii, qui se a potentissimis illis
 rerum dominis, imperatoribus et Magistratibus Romanis, a fastuosis Iudaeis, denique ab
 vniuerso mun

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.300]

do sperni videbant et se velut mundi sordes et immunditiem abiici, vt docet Paulus I.
 1270 Corinth. 4.vers.5. qualis est hodie Gallicanarum Ecclesiarum status, quibus Dominus
 ipse magna sua misericordia aliquando succurret. Praeclare vero et recte annotat Chrysost.
 hic apparere, quantus sit Pauli in Dei maiestate celebranda zelus, vti alibi quoque saepe
 idem potest a nobis obseruari. Hic enim sibi temperare non potest, sed pulcherrima
 1275 variorum epithetorum congerie admirabilem et incomprehensibilem Dei maiestatem esse
 docet, nōsque in eius admirationem rapit. Itaque manum, quod aiunt, non potest tollere
 de tabula. Sic autem sunt commemorata haec omnia ve quidam gradutio niis obieruata
 fuisse videatur. Appellat enim Deum primum beatum: deinde solum potentem: tum
 postea Regem regum et sic deinceps crescente vocum significatione rem ipsam auget.

1280 Sed quaeritur, cur Deum beatum et potente vocet, qui potius est ipsa beatitudo, et
 potentia dicendus, quam beatus et potens. Sunt enim hae voces, quibus vtitur Paulus,
 παρὼ ὑμῶν, vt Dialectici loquuntur, quae alterius rei, velut qualitatis, participationem

et attributionem denotant fieri in subiecto, de quo vsurpantur. Et tamen Deus nullius beatitudinis communicatione est beatus, nullius potentiae participatione potens: sed est
 1285 ipsa et beatitudo et potentia, et eo ipso beatus et potens, quia est ipsum illud quod est. Omnia enim quae Deus habet sunt Dei essentia: non qualitates: nec alio quam seipso Deus vel beatus est vel potens. Respond. Nos homines cogi cùm de

CAPVT VI

[p.481]

Deo loquimur cuius natura nobis est incomprehensibilis, nostro more, nostrisque verbis loqui, vt aliquid de eo pro ingenii nostri captu dicamus et explicemus. Quod etsi non est
 1290 aequale Dei ipsius maiestati et essentiae: ex nostro tamen more sentiendi et loquendi verum est. Itaque Deum dicimus et beatum et potentem, non quasi compositam illius naturam statuentes: non quod illi qualitates et accidentia tribuere velimus, et aliud quid praeter simplicissimam ipsius essentiam in eo fingere: sed quod humanus captus atque humanum eloquium aliter explicare commode et satis intelligenter seipsum non potest,
 1295 cùm de Deo est nobis agendum. Cùm igitur sic loquatur Deriphitus de Deo, neque non ipinde eo sic loqui metuamus, et Deum appellare beatum, potentem, sapientem, et c. Quod fit citra vllam Dei blasphemiam, si, quemadmodum diximus, fuerit acceptum.

Beatus) Μακάριος. Est Deus omnis foelicitatis fons, et scaturigo, quam et in se, et a se habet, non aliunde, vt angeli, beati: vel etiam vt homines. Sic etiam ab Ethnicis dii ipsorum appellantur μακάριον vt passim ab Homero, quod sit memtibus hominum
 1300 inscripta a natura haec sententia Nihil Deum esse posse, quin illud idem sit beatum in se, et corruptionis omnis expers et immune. Id quod vox Μακάρι proprie significat, quasi per epenthesein literae μ voce deducta a vocabulo ἀκα- tūs quod insecabile et imminutum significat. Sic Erasmus ex Grammaticis interpretatur. Secutus sane est Paulus vulgarem
 1305 et tritam vocis huius significationem, qua beatum et foelicem aliquem

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.402]

ab astrorum quidem influxu loa.19.v.11. Rom. 13.V.I.

Potens, Rex regum, Dominus dominantium) Haec omnia viribus hominum quantumvis magnis opponuntur, vt confidentius constantiusque in Dei metu omnes, et quisque in suo munere pergamus, coniectis in vnus Dei potentiam incomprehensibilem oculis,
 1310 et in ea ipsa retentis. De voce Αὐνάρις mouet controuersiam Eras. vtrum potentem significet: an praefectum et praesidem, qui illius suae potentiae et authoritatis specimen in aliquo populo, vel prouincia regenda exhibeat, nimirum, ne Dei potentiam otiosam fingere videamur. Respondet igitur ille non nudam et otiosam potestatem significari: sed negotiosam, vt ita loquar, et quae in alicuius rei regimine se proferat. Dei enim
 1315 potentia in totius huius mundi, et singularum eius partium regimine se exerit. Quod quidem verissimum est, tamen tam subtiliter et acute non videtur hoc loco philosophari Paulus. Sed omnem omnium rerum potestatem vni Deo asserere voluisse, omnem item maiestatem, dignitatem, ne potentum regum, imperatorum, aut totius mundi splendore exterreamur et dimoueamur a nostro officio et vera ipsius doctrina. Ergo Rex regum
 1320 hic appellatur. Sic Apocalyp.17.vers.14.19. vers.16, et cap.1. vers.8. Ηβαντοκράτωρ tanquam υτοκράτωρ, vt quidam volunt. Videtur autem hoc sumptum ex Psalm.95.

vers.3.96 vers.10. Ex hoc vero ipso ratio intelligitur cur Dominus dicatur dare regna cui velit: et cui item velit ea adimere Daniel.5. vers.14.item cur dicatur omnis potestas esse superne, id est, a Deo, non

CAPVT VI.

[p.483]

1325 ne insanos Astrologos iudiciarios probemus.

Solus) Hoc ipsum primùm non excludit, neque tollit regna politica. Sunt enim et ea ipsa a Deo. Itaque quando subalterna sese mutuo non euertunt :recte et Deus solus rex agnosci potest, et reges etiam terreni pro regibus a nobis agnoscuntur, quia eos nobis ipse praeposuit, quasi suos in his terris vicarios et legatos in iis. quae ad vitae huius terrenae rationem pertinent. Deinde, quod dicit Paulus, Solus, etsi ad patrem referri videtur, non excludit tamen filium, vel Spiritum sanctum, sed in persona patris contrahit, et proponit, quae generaliter in tota diuina essentia sunt nobis meditanda et consyderanda, quia de filio mentionem fecit Paulus, tanquam de homine. Nam de Deitate Filii quid sentiat idem Paulus extat luculentissime scriptum Romanor.9. vers.5. Atque haec solutio ad
1330
1335 sequentem versiculum etiam est accommodanda.

6 Qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem vidit nemo hominum, neque videre potest: cui bonor et robur aeternum. Amen.

Επεξεργασία est, et valde necessaria commoratio in imperuestigabili Dei maiestate explicanda, atque supra omnem rerum tum visibilium, tum etiam inuisibilium, dignitatem et eminentiam euehenda. Etsi vero Exod.34.v.6. pulchra quorundam Dei attributorum enumeratio continetur, et Psalm.50. tamen quae hoc loco recitantur, longe splendidius
1340 atque apertius, quam vllus alius scripturae locus, Dei ξοχιω et praestan

404 AD I. TAVL. AD TIM.

tiam nobis describunt. Itaque est hic locus singularis et egregius, vti et ille, qui est sup.cap.1. vers. 17. qui huic similis est. Quatuor autem attributa referuntur hoc versiculo, nempe. 1 Quod solus habeat immortalitatem. 2 Quod lucem inhabicermacemiauenn 5 oueui nemo vnquam viderit. 4 Quod illi soli Honos et gloria debetur.

1345 Ac primum epitheton excutiamus. Dicitur igitur solus Deus habere immortalitatem, θανα- σίαν dixit Paulus. Immortalitas mortem, tanquam existendi finem, excludere tantum videtur: non etiam principium existendi remouere. Itaque non satis magnifice hoc de Deo videri potest Paulus dixisse. Neque enim sequitur, vt quod immortale est, sit aeternum cùm multa existendi principium habeant, quae tamen minime sunt habitura
1350 finem. Itaque δόττητα potius appellant, quam θανασίαν illam diuinae naturae παρξν, et existendi modum vt est Hebr.7.vers.3. Vnde Paulus Romanor. 16. vers.26. Deum αιώνιον, id est, aeternum appellat, vt est Isai.57.vers.15. Respond. Immortalitatem proprie hoc loco accipi. Itaque dico eam complecti aeternitatem, id est, et principium et finem existendi plane secludere. Nam quae immortalia dicuntur, neque sunt aeterna,
1355 illa improprie talia sunt, quia alieno tantùm beneficio, non autem sua vi et potestate viuunt, subsistunt, et talia durant, quemadmodum Angeli, et humanae animae. Dei enim

sustentatione perdurant et subsistunt, non sua ipsorum. Praeclare enim Irae.lib 4 cap 37. Vita hominis, id est, animae, est visio Dei. Quod ab eo sumptum saepe recitat Augustinus.

CAPVT VI.

[p.485]

- 1360 Itaque nec Angeli, nec humanae animae per se sunt immortales. i. sua vi et potestate propria, sed quatenus a Deo in sua natura sustentantur, et conseruantur, tales permanent. Id quod etiam in Timaeo Plato, quanquam Ethnicus, agneuit, et scripsit. Nec tamen propterea Angelos et animos humanos negamus esse immortales: sed tantum per se negamus tales esse. August. in liber de Immortalitate animae, et liber 12. de Ciuit.
- 1365 Dei item liber 1.cap.2. de Origine animae ad Hierony. Tract.in Ioan. Euang. 19. et infinitis pene aliis locis. Vti enim corporis vita est anima: ita animae vita Deus est. Ergo solus Deus immortalis est vere propriaque substantia, id est, $\psi\sigma\acute{\iota}\alpha$, non autem $\kappa\omicron\upsilon\omega\nu\acute{\iota}\alpha$ quadam, quales Angeli et hominum animi, quia perpetuam durationem et finis expertem tribuit Angelis et hominum animis Deus, vt ait Theodorit. Dialog.3. qui est impatibilis.
- 1370 Ipse autem eam a se habet. Bernard. quoque serm. 31.in Cantic. Cantico. hunc locum praecclare explicat, at que idem quod Theodorit. sentit.

Cur autem solus Deus sit immortalis ratio duplex affertur I quia est incorporeus. Vti enim Deus solus immortalitatem habet, ita incorporeitatem vt ait Bernard.serm.5.6. et 81.in Can. 2 ratio, Quia est immutabilis omnino Deus Iac. I.vers.17. et haec verissima

1375 ratio est, quam liber 1.de Trinit. et liber 6. cap.6.item liber 2. contra Maxim. atque liber 7.cap.6. de Genesi ad liter. Augusti. copiose explicat. In omni enim mutabili natura mutatio est mors, quia facit aliquid in ea non esse quod erat: et aliquid abesse, quod prius inerat Angelos autem esse mutabiles ostendit lapsus

400 AD I. TAVL. AD TIM.

- eorum qui similis cum aliis naturae fuerunt Item et humanos animos esse quoque mutabiles, casus primi hominis certissime docet, per quem tanta et animi et corporis in
- 1380 deterius immutatio in nobis facta est. Ergo ii quodammodo mortales, quia sunt mutabiles.

Secundum Epitheton est, Qui lucem habitat. inaccessam. Hic locus est etiam vberimus, quem tamen breuiter contrahemus in pauca. Primum vero videndum est, unde sumptum sit hoc Pauli dictum. Nec enim haec fuit particulariter facta Paulo

1385 reuelatio de natura Dei. Plane vero consentit hic locus atque haec descriptio cum ea, quam de maiestate Dei incomprehensibili Prophetiae tradunt. Est igitur similis huic locus Psal. 93.veri.I.Ilai.6.veri.2.57.verf. 15. Ezechiel, 1. et 10. Tanta enim est haec lux, qua Deus vndique circumseptus effulget, vt Angeli ipsi beati illius fulgore perstringantur, at que faciem suampropterea obtegant, et operiant.

- 1390 Sed dissimiles huic videntur alii quidam esse Scripturae sacrae loci. Imprimis ii omnes, in quibus dicitur Deus habitare in nube, vel ex turbine et caligine loquutus fuisse, vti Exod.14, et 20. Leuitic. 16.Iobus 38.vers.1 Item vbi dicitur Deus fuisse cum leui vento, non cum igne, quemadmodum cum apparuit Eliae 1. Regum. 19. vers 12. Respond. In nullo iustiusmodi scripturae loco veram Dei sedem describi, quemadmodum
- 1395 hic: sed ea tantum signa et Symbola declarari, per quae hominum oculis sese parefecit

in hoc mundo pro re rum, temporum, personarum, quibuscum illi res erat, conditione, vsu, et diuersa ratione. Ergo ill

CAPVT . VI.

[p.487]

Praeterea obstat huic loco, quod omnino sequi inde necesse est, si vera sit haec sententia, nimirum Deum, qui est maiestas illa infinita, certo tamen loco contineri, et concludi, quia dicit Paulus eum $\kappa\epsilon\ \nu$, id est, habitare, at que lucem quidem. Quod sentire plane est blasphemum. Hoc etiam argumentum sensit Chrysost. cuius verissima est haec responsio, nimirum de Deo ista dici ex nostrae cognitionis imbecillitatis sensu, et modo per $\nu\theta\rho\ \pi\omicron\tau\pi\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\acute{\alpha}\nu$ quandam. Neque enim, quantumuis nitatur humanum ingenium, quicquam satis magnifice et digne de Dei maiestate vel concipere vnquam vel dicere potest. Ergo proposita in superiori epitheto Dei maiestate, nunc ipsius solium lucidissimum et splendidissimum describit, vt vndique effulgeat nobis augusta, ex omni parte sacrosancta, et veneranda Dei illa gloria animis nostris obuersetur, et splendeat. Ex quo fit, vt et lucis et sedendi voces hoc loco fint metaphoricae, non autem natiua et primaeva significatione sumendae. Nec enim, vt praeclare docet etiam hunc locum explicans August.in Psal.33. et in epist. ad Italicam Deus loco comprehendi villo poroiaueciriniodo, qui locum omnem ipse superat, capit et excedit. Ex eo autem, quod ad literam, vt aiunt, hic locus, ac quidam similes alii accepti sunt, insulsum et plane puerile commentum suum de loco, vbi Deus tanquam in recessu et specu quadam abditissima habitet, finxit atque excudit impius Mahumetes.

Neque etiam hic quaerendum est, vtrum lux illa, in qua Deus, qui est aeternus, habitare dici

D I. TAVL. AD TIM.

[p.400]

tur fuerit, antequam lux illa de qua Genes.1.facta mentio est, crearetur et extitisset. Neque enim hic lucis vocabulum natiuo significato sumendum est: sed pro eo splendore, maiestate, statu qui omnem admirationem cogitationemque humanam longe superat, habetque optabilem et laetissimam meditationem, qualis est nobis ipse lucis aipectus, vt ex Ilai.57. vers.15. satis perspicui potest et quidem tantam, vt ad eam humanae etiam memtis acies caliget.

Ergo huius epitheti duplex est sensus. Primus quidem, vt omnem nobis diuinae maiestatis curiosius perscrutandae pruritum (qui ex magna quadam vanitate nasci solet) adimat, ac tollat. Praeclare enim Bernar. serm. 62.in Cantica opprimitur scrutator maiestatis Dei: non tamen voluntatis. Nam vt ii flammis statim correpti et consumpti sunt, qui tres illos adolescentes Abdenagum, Mizaelum, et Sydracum in fornacem coniecerunt. Daniel. 3. Vti puniti sunt Betsemitae, quod in arcam Domini inspexerint 1. Samuel.6. Sic consumuntur et obruuntur Dei maiestate, qui in eam curiose, et aliter, quam oportet, intueri atque inquirere volunt. Denique hoc ipsum est, quod ait alibi Paulus, Dei maiestatem, atque iudicia esse imperuestigabilia atque $\nu\epsilon\grave{\xi}\epsilon\rho\epsilon\upsilon\iota\eta\tau\alpha$. Ergo praeclare Bern.ser.31.in Can. ad Deum accedendum, est, ait, nonirruendum, ne irreuerens scrutator maiestatis opprimatur ab ipsius gloria et splendore. In quo tamen illud est diligenter obseruandum quod idem Bernard. dixit serm.62.opprimi scrutatorem

1435 maiestatis Dei: non item voluntatis. Nam eam voluntatem Dei, quam quidem nobis notam

CAPVT VI..

[p.489]

esse voluit, inquirere diligenter et licet et concessum est, vt docet exemplo Patrum Pet. 1. epi. 1. V. II. Dicitur haec Dei lux inaccessa. Ne proprio Marte propriisque ingenii nostri, quantumvis viuidi, viribus ad eam accedere tentemus. Qui enim sic ad eam adire tentant, excaecantur illius fulgore. Sed prius a Dei spiritu nos illuminari petamus et patiamur.

1440 Nam illuminatis patet facilis ad illam Dei maiestatem et lucem intuendam accessus: et Deus ipse prius eos illuminat, a quibus se videri et sua arcana cognosci, atque tanquam conspici vult. Ps 34. v. 6. Cùm autem ad eam venire volumus, neque locorum mutatione, neque corporis agitatione ad Deum appropinquamus: sed claritatibus, incorporeis et spiritualibus, suisque muneribus, qualis est fides, vitae sanctitas, zelus verus ad eam

1445 accedere nos oportet, vt ait Bernardus, et ex Bernardo Anselmus.

Porro secundus huius epitheti vsus est. Quod cùm dicitur Dei domicilium lucidum esse: imo esse lux ipsa, culpa omnis nostrae de Deo ignorationis in nos ipsos transfertur. Nec enim Deus in tenebris habitat, vt agnosci aut videri non possit: sed in luce splendidissima. Ergo quod eum, illiusque admirabilem maiestatem cernere non possumus, id aciei nostrae imbecillitatis, et ingenii tenuitate fit, non ipsius quidem loci, in

1450 quo Deus est, obscuritati tribuendum est. Omnia enim quodammodo Dei ipsius maiestatem nobis repraesentant, et illustrant, quocunque conuertamus oculos, vt docet Paulus Rom. 1. vers. 20. Sed imprimis verbum Euangelii, in quo se nobis in Christo perspicuum et aspectabilem reddit, eum

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.450]

1455 nobis lucidissime demonstrat. Denique ex hoc ipso loco intelligitur, quam vanum et blasphemum fuerit Manichaeorum delirium, qui deum saum, quem tenebrarum Deum esse et alterum principium fingebant, in tenebris spississimis, non in luce habitare docuerunt.

Tertium epitheton est, quod ait Paulus, Deum nemo vnquam vidit. Ergo vt lucidustus est: ita est inuisibilis Ἀόρατος vt ait Paulus sup. 1. vers. 17. Haec epitheta quia sunt diuinae essentiae propria attriouta, iuin leuio et umgerner obseruanda a piis omnibus, vt ex iis Dei maiestas tanquam aliqua delineatione et rudi pictura in animis nostris informari possit.

1465 Similes loci huic plures in tota scriptura sup. 1. vers. 17. Ioan. 1. vers. 18. Exod. 33. vers. 20, 21, 22. Genes. 32. vers. 30.

Dissimiles autem alii quoque scripturae loci, et in speciem cum hoc pugnantes. Ac primus quidem is, qui est apud Paulum 2. Corinth. 3. vers. 18. vbi ait nos sideles per lucem Euangelii etiam resecta facie Dei gloriam intueri. Secundus autem quod Deus saepe patribus visus fuisse dicitur, vt Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Mose, et aliis plerisque

1470 Respondeo Omnia illa quae obiciuntur, κατότι esse accipienda, non eo significato et modo, quo hic loquitur Paulus. Agit enim de ipsius diuinae essentiae intuitiua, vt loquuntur in scholis, visione, quo modo a nemine vnquam mortali visus est, non autem de Symbolica repraesentatione aut explicatione. Ac ne quidem cùm videbatur Christus

1475 in his terris, qui Deus conspicuus fuisse dicitur fup3 vers.16. ipsius diuina essentia oculis

CAPVT VI..

[p.491]

humanis cernebatur: sed illius tantum humanitas conspiciebatur, quae velut velum, certe augustissimum, Deitatis Christi templum fuit. Hebr. 10.vers.20. Ergo quod Dei faciem et gloriam in Euangelii luce et praedicatione iam intueri dicimur, id dicitur comparate ad patres, qui sub lege, vmbris et caeremoniis vixerunt, vt ex eo Exodi loco, qui est
1480 cap.33.vers.20, et 23. apparet. Patres enim posteriora Dei in legis vmbris viderunt: nos autem in Euangelii luce et implemento videmus faciem ipsam, et ipsam vmbrarum veritatem: non tamen ipsam Dei essentiam, qualis in sese est, propterea videmus. Sed et cum Abrahamus scribitur vidisse Deum, id certe metonimicôs intelligendum est, quia signa et Symbola ocuns cernebat, per quae Deus se praesentem illic esse testabatur,
1485 ipsam autem Dei essentiam non videbat. Sic in columba visus est Spiritus sanctus a Ioanne Baptista Luc.3.vers.22. Iren.libus 4. cap.37.explicat.

Quod autem haeretici quidam senserunt ipsam Filii Dei θεότητα fuisse per sese semper visibilem, quiu natrious apparuitset lair aite quamn incarnaretur Christus, nempe quando cum illis est colcutus. Itaque quod hoc loco dicit Paulus, Deum videri non
1490 posse, de sola Patris persona et Deitate accipiendum, plane (inquam) hoc falsum est: et praecclare ab Augustino refutatum in liber 8.de Genesi ad literam.

Quaeritur autem vtrum vox haec δεις νθρώπων ad homines tantum sit referenda, et eos quidem adhuc mortales vel hic degentes, an Angelos etiam, imprimis beatos complectatur: atque pios

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.492]

1495 defunctos et iam in coelum receptos quia de Angelis scriptum est, Matt.17.eos videre faciem Patris, id est, Dei: et de piis beatis Matth.5.vers.8. Mundos corde visuros esse Deum. Hic praetermitto vanas et curiosas Scholasticorum quaestiones, quae de Dei visione fiunt in liber 4. Sentent. Lombard. distinct. 49. Item non afferam ea, quae proluxa epistola ad Paulinam et ad Dardanum de Videndo Deo disserit Augustinus, itemque
1500 liber 1. de Trinitate cap.6. Sunt enim ex iis quaedam δηλα, quaedam etiam curiosa, quod tanti viri pace dictum sit. Neque item dicam quod Ansel. Hominum nomine hic carnales duntaxat comprehendendi, non etiam pios, renatos, et in Dei obsequium iam formatos homines. Haec enim interpretatio minime vera est. Respondeo igitur superiori quaestioni breuissime ex Theodorito in Polymorpho, itemque ex Bernardo serm. 81. in
1505 Cant. Ne ab Angelis quidem ipsis beatis Dei essentiam cerni posse, nisi per quandam συγκατάβαση, et quasi sui demissionem, vt loquitur Theodorit. Soli enim sibi Deus est et visibilis et comprehensibilis. Ergo multo minus a piis in coelum traductis ipla Dei οοσια, qualis quataque est, et ipsa per se videri potest, si nequit ab Angelis. Neque certe tam de hoc nobis est quaerendum, quam via ipsa per quam peruenire ad eum possimus,
1510 et scrutanda et tenenda nobis. Est autem illa via vera in Christum fides, Vitae puritas et sanctificatio item pietas charitasque sincera.

Addidit autem hoc epitheton Paulus tum vt esset superioris tanquam explicatio quaedam, tum etiam ne ex harum rerum, in quibus aliqua Dei

CAPVT VI.

[p.493]

1515 praesentia cernitur aspectu, diuinae maiestatis emi nentiam metiamur et aestimemus. Denique vt sit haec tanquam hypophora quaedam, et tacita responsio ad eorum obiectiones et dubitationes, qui idcirco Deum esse vel negant prorsus, vel dubitant, quod ab ipsis oculis illius $\sigma\acute{\iota}\alpha$ minime cernitur. Itaque dixit Paulus neminem vel vidisse Deum antea, vel nunc, vel in posterum etiam videre posse. Caro enim et sanguis neque sunt, vt ait Bernard. diuinae essentiae capaces, neque capabiles.

1520 Quantum epitheton sequitur in quo totius superioris diuinae naturae descriptionis fructus, scopus, et finis continetur nempe, vt vni Deo laudem omnem, gloriam, et potentia omnium rerum tribuamus, idque non ad tempus aliquod tantum: sed in aeternum, et in secula et vltra. Haec particula sup. cap. Medouiquupurocepheutocle, ce lape recurrit, idcirco a plerisque exposita est, et a nobis latiùs non traderur. Vox Amen ipsius Pauli
1525 assensom in eas omnes Dei laudes declarat, et eas quasi sialla queaulalandacaa teuiniaes,

17 Iis qui diuites sunt in hoc seculo, denuntia ne efferrantur animo, neque spemponant in diuitiis incertis, sed in Deo viuo, qui praebet nobis omnia copiose ad fruendum.

E $\pi\acute{\alpha}\nu\delta\omicron\varsigma$ est et regressio. Intermissam enim de diuitum, et diurtiarum cura, vsu, totòue hoc argumento exhortationem repetit. Idque duplici de causa. Primùm quod, vti ex Iac.2. apparet, facile sint in reliquos iniuriosi diuites, iamque in Ec

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.494]

clesia quidam tales existerent. Praesertim autem in amplis et opulentis ciuitatibus saepe id accidere et cernisolet. Hoc autem et ipsis diuitibus exitiosum est: et caeteris in Dei
1530 Ecclesia praebet offendiculum. Cui malo remedium afferendum fuit. Atque tale quid iam tunc in Ephesina Eccieila coneigme, veriime mit ex eo sit, quod non frustra has praeceptiones de diuitiis repetit Paulus.

Secunda vero huius regressionis causa est, ne, cùm superioribus versiculis tam acerbe in diuitiarum appetitum inuectus esset, diuites Christiani omni spe et salutis, et bene vtendi suis diuitiis se destitutos esse statuerent et quererentur. Itaque eas abiicerent, tanquam omnino cum Christiani nominis professione pugnantes et $\sigma\upsilon\zeta\acute{\upsilon}\gamma\omicron\varsigma$, Deoque exosas. Neque enim supra diuitias perse damnauit Paulus, quemadmodum recte Augustinus scribit: sed diuitiarum morbum: neque praecipit Paulus diuitibus, vt suas diuitias
1540 abiiciant, quod insanus ille Antisthenes philosophus et post eum Aristippus fecit: sed vt iis bene vtantur, tum ad Dei gloriam: tum ad suam ipsorum salutem, et proximorum commodum et aedificationem. Haec igitur causa est repetitae huius exhortationis, vt hoc tam necessario praecepto, tanquam praeclaro colophone et fine, totam hanc epistolam tandem clauderet Paulus.

1545 Ergo quid haec praeceptio contineat sigillatim nobis expendendum est. Duo vero obseruemus hoc loco, et Quibus praecipiat, et Quid praecipiat. Praecipit igitur Paulus diuitibus, et iis quidem, qui in hoc seculo diuites sunt. Quae verba

CAPVT VI.

[p.495]

suo momento non carent. Primum enim ostendunt esse duplex diuitum genus. Vnum eorum, qui in hoc seculo et rerum terrenarum ratione solū diuites et abundantes censi possunt. Hi sunt, quos vulgus hominum diuites appellat, et de quibus agit hoc loco Paulus. Aliud est diuitum genus, eorum nempe, qui in futuro seculo vel rerum coelestium spiritualiumque ratione et copia sunt diuites, opulenti, abundantes, de quibus loquitur Iac .2. v.5. Paul. 2.Cor.8.v.9. Apoc.2.v.9. Qui diuites fide, et bonis operibus diuites, et haeredes in regno Dei dicuntur, quales sunt omnes vere filii Dei, vtcunque in hoc mundo sint egentes, atque etiam Iro ipso, vt est in Prouerbio, pauperiores. Qualis fuit Iobus in mediis afflictionibus: qualis item fuit ille languens Lazarus, et vlceribus plenus et fame oppressus, de quo Luc.16. Praeclare enim Ambrosius epist. 1o.omnis Christianus (vt antea diuinitus lapiens est, e diues, rrorum autem spiritualium diuitum diuitiae, vt recte dixit August. in serm. de verbis Euangel. sunt non quidem pecunia, sed iustitia: quae certe vere sunt diuitiae, neque amitti possunt, quemadmodum etiam docet D. N. Iesus Christus.

Sed addit quoque alia de causa haec verba Paul.in hoc seculo, vt ipse contemptim de his diuitiis loqueretur, quibus minime fidendum esse demonstrat, quasque res esse vanas, incertas, caducas pronuntiat. Itaque vt diuites ipsos melius deprimeret, diuitias eorum huius seculi appellat, id est, euanidas et fallaces, et instabiles, qualis est huius ipsius seculi et mundi conditio, et eorum omnium, quae in eo sunt. Qua ratione etiam voce

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.490]

οράγ σελλε vsum esse Paulum putant, non autem voce λέγε, vel διδάσκο, quod diuitum ingenium subiiciendum sit, et contundendum, cū nimium per se semper insolescat. Certum autem est hoc vocabulo seriam admonitionem a Paulo significari quae diuitibus a pastore, et crebro quidem, subiierdeote at medicauis

Ergo duo maxime vult effagi a diuitibus, superbiam animi nimirum, et spem vanam, quae ex opum abundantia ab illis concipitur. Vtrunque sane vitium non modo diuitibus familiare est: sed connatum et pene a diuitiis inseparabile, cumiisque coalescens et ab incunabulis crescens, vt qui diuitias accipiat, simul quoque eademque manu haec vitia quodammodo acceptare videatur. Quorum vitiorum vana spes est animi superbiae fons et mater: Ex illa enim haec producit, tanquam foetus infoelicissimus. Id quod exemplo Ezechiae regis, quanquam alias pii, comprobatur, qui nimia sua foelicitate intumescens sese nimium extulit. Isai.39. Neque id tamen ipsarum opum, aut rerum, in quibus illae diuitiae consistunt, vitio, aut culpa accidit: sed nostra vitiositate dumtaxat, et humani ingenii vanitate, quae per peccatum nobis infusa est nimirum.

Ne haec vitia rebus ipsis a Deo esse iniecta

CAPVT VI

[p.497]

credantur et ita Deo opum ipsarum creatori vitium impie ascribatur, sed vt nostrae corruptionis et reuemonis nae reuitarie en isdamo vis et magnitudo intelligatur, damneturque.

Superbiam igitur ex animi superbi cogitatione describit Paulus dum eam ἀηλοφροσύνην
 1585 esse declarat idem Paulus Rom.12.vers.16. Recte igitur quidam dixit, Vt vter, inflati sunt
 superbi. Si attendis eos, falleris: si appendis, vanos et vacuos reperiēs, elatos tamen
 semper, et magnifice de se sentientes comperies.

Alterum vitium est vana spes, cuius causa est, quia diuitiae sunt incertae, imo fallaces,
 et deceptrices, vt ait Christus, Matth.13.vers.22. Mar.4.v. 19. Neque enim cūm haberi
 1590 creduntur, tenentur sed statim effluunt. Neque cūm tenentur stabiles Iunt, vt eripr nobis
 ab aliis non pofsint, aut apud nos ipsae per se perire, et consumi nequeant Luc 12. De
 quo argumento infiniti sunt tum in Prouerbiorum liber 11.vers.28.13.vers.8. tum etiam
 in Ecclesiaste loci, qui sunt cum hoc conferendi.

Nec obstat huic loco Prouerbiorum cap. 14. verneie voriten diuitia dicuntur esse
 1595 diuitum corona. et Ecclesiastic.7.vers.12. In vmbra argenti requiescet homo. Respond.
 Additum est Sapientum, id est, horum esse coronam qui recte diuitiis vtuntur. Non sunt
 autem stultorum diuitiae iis ipsis corona, quia vt est Eccles. 4.vers.13. praestat pauper
 sapiens rege et diuite stulto.

Caeterum his vitiis contrarias virtutes iam videamus, quas diuitibus consecandas
 1600 esse docet Paulus. Sunt autem hae tres. 1 Spes siue fiducia in Deo viuio. 2 Benignitas. 3
 Facilitas siue

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.330]

comitas morum.

Pulchra vero est haec antithesis inter Spem et fiduciam in incerto diuitiarum, et inter
 Spem siue fiduciam quae ponitur in Deo viuio, et asfatim omnia nobis praebente, non
 1605 tantūm ad tenuem et necessarium vsum, sed etiam ad liberalem et opiparum. His autem
 epithetis, quae hic Deo tribuumtur, non tantūm verus Deus ab omni humani ingenii
 figmento, quod pro Deo habetur, non etiam solūm ab omnibus idolis iam receptis pro
 diis secernitur: sed etiam verissima nostrae fiduciae in eum collocandae ratio, causaque
 explicatur, nenpe, quod sit ipse omnis vitae fons, siue tempotariae, siue etiam aeternae.
 1610 Deinde, quod quaecunque ad vitam hanc etiam tuendam sunt necessaria, abunde et
 copiose ille vnus omnibus nobis suppeditat, et subministrat, vt ab eo solo pendere
 debeamus, quacunque ratione vel viuere, vel vitam ipsam tueri et conseruare cupiamus.
 At qui hae caulae sunt, cur oiuites conndant suis opibus et diuitiis, quod per eas solas se
 vitam hanc tueri et sustinere posse credant. Quorum ratio non tantūm ex hoc Pauli loco
 1615 refutatur: sed etiam ex ea parabola, quain amert enriltus Luc 12.vers.16. et sequenti.

Vnus Deus) appellatur, non tantūm quod et in sese, et per sese viuatur, sed quod
 omnibus, quae viuunt, vitam largiatur. Quaecunque enim viuunt, illius beneficio et dono
 viuunt, tam Angeli, quam vermes ipsi, vt ait Augustinus.

Praebet idem Deus omnia, idque πυσίως, id est, affatim et copiose: sed (vt ait Iacobus)
 1620 etiam be

CAPVT VI.

[p.499]

nigne. In quo pulcherrima est annominatio ad vocem πλεσίων, quos exhortatur Paulus.
 Non sunt enim illi diuites vere et proprie: sed Deus est dides, qui et omnia ponidet, et

abunde cunctis latgitur et opulenter.

1625 Quod autem additur, Nobis, ad suscepti argumenti rationem est accommodatum, quod ea vitia, quae taxat hic Paulus, in solos homines cadant: quódque nostra causa tantùm institutae sunt hae praeceptiones. Neque vero restringit Paulus admirabilem illam Dei benignitatem vel ad solos pios et fideles homines, cùm etiam impii et reprobi eam sentiant in hac vita, vt est Matt. 5.vers.45. vel etiam ad solum genus humanum, cutir etiailli ortita aminantia pareat Deus, illisque victum suppetitet Psal 104 Matth.6.vers.26.

1630 Psa. 36.vers.5. Imo infinita Dei beneficia in omnes mundi huius et creaturas et partes diffunditur, et se exerit.

E'ίς πόλυσον, id est, ad fruendum. Quia distinguit Augustinus lib 1.de Doctr. Christ. inter frui et vti: et fruitionem ad res diuinas: vsum ad terrenas et caducas refert: idcirco sic hunc locum explicat, et post eum Beda, vt de vita aeterna bonisque coelestibus tantùm accipiendum putet, quia fruendi verbo vsus est Paulus. Sed primum

1635 falsa est ista distinctio Augustini (pace tanti viri dictum sit) cùm aequae et proprie, et frui, et vti dicamus rebus siue terrenis siue coelestibus: etsi apud Iurisconsultos aliquod discrimen statuitur inter vsum et fructum: et inter ius vtendi, et ius fruendi re aliqua, quae iurisconsultorum distinctio ad Theologos minime pertinet. Deinde in

AD I. PAVL. AD TIM.

1640 verbis Graecis, id est, inter χρ ος et Α'πολύη nulla huiusmodi differentia reperietur obseruata, vt χρῆς tantùm de bonis terrenis: πολύον de bonis coelestibus tantùm accipiatur. Denique hic ipse locus ostendit, de bonis terrenis praecipue agi, in quibus diuites huius seculi spem ponunt, quae tamen a solo Deo dari docet Paulus hoc loco. Quid igitur sibi vult haec dicendi ratio? Nimirum, non ea tantum nobis a Deo suppetitari

1645 quae necessaria sunt ad stricte, anguste, duriter, et tenuiter vitam hanc tuendam et sustentandam: sed benigne, profuse, largiter et liberaliter, multa etiam nobis a Deo praeter necessarium vsum tribui. Hoc dicunt septuaginta interpretes in veteri Testamento ωμε ν Mautem Tullius liber 1. de Legibus Prodigere, vt ex hac tam liberali Dei in nos benignitate intelligamus non tantùm quam luitiuo hDeo iperandum sit, quam in

1650 diuitiis: sed quam opulentiùs et liberalius a Deo omnia accipiamus, quam vlli diuites a suis opibus habeit ponn. E mhique ex hoc loco immensae Dei benignitatis in homines commendatio fieri debet.

[p.309.]

18 Vt aliis benefaciant, vt diuites sint operibus bonis, faciles ad impartiendum, facilis conuictus.

Sequuntur aliae virtutes duae, quae superioribus etiam vitiis, quae in diuitibus notauit Paulus, opponuntur. Hae autem sunt, Benignitas, et Comitas. Ac benignitas quidem siue

1655 beneficentia est verissimus diuitiarum fructus. Comitas vero velut condimentum ipsius beneficentiae, certe

CAPVT . VI.

superbiae illi, quam reprehendit supra Paulus, virtus est plane contraria atque repugnans.

[p.501]

Beneficentiam autem variis verbis designauit tum ad illius virtutis commendationem: tum etiam ad explicationem. Nam eam commendant hae voces Α'γαθοργε v, et Πιλετε v v εφγοις καλο ς. Explicant istx αμεταδότοςθ).

Itaque hic bona opera designantur, non tam quidem omnia in genere illa quae scriptura Bona opera vocat, et praecipit: quanquam diuites Christiani iis omnibus animum applicare debent: quam quae Charitatis et Eleemosynae opera sunt, et huic argumento conueniunt: quod ea sint praecipua, in quibus diuites sese debent exercere, et quorum praestandorum causa diuitias a Domino acceperunt. Omne autem proximi subleuandi et beneficentiae genus complectitur Paulus, cū vult ita diuites suas opes collocare et dispensare, vt ditiescant abundantque in omni genere bonorum operum, non vt vnus aut alterius tantū beneficii in proximum exhibitione sibi satisfaciant, quasi sint satis officio functi; sed congerere cumulare, et addere eos oportet beneficia beneficiis minime propterea fathiscentes, quia pluribs subueniant: vel quia vni et eidem saepius iam contulerunt donaruntque aliquid: in quo ipso praeclara est annominatio, et argumentum a coniugatis a Paulo perstrictum. Oportet enim Πλυσίος πλυτε v, id est, diuites congerere: sed in acerui genere, quem fieri iubet Paulus, differentia esta Illi enim vt plurimum congerunt scelera sceleribus, vt ditiescant: at Dei spiritus vult eos congerere et cumulare bona opera bonis operibus, vt illis

AD I. PAVL. AD TIM.

ipsis suae diuitiae sint salutes. Pro γαθορργε v, legit Ambrosius θελοεργε v, quod huic loco et menti Pauli non conuenit. Bona igitur opera vocat Paulus ea, per quae in proximum beneficium confertur, et illi bene fit, quemadmodum idem loquitur Galat.6.vers.9.1o. quanquam verbi Graeci significatio etiam ad alia operum genera pertinet. Bona vero opera sunt eleemosynae, quia a bona radice, id est a fide et vera Christianaque charitate nascuntur. Alias ipsa pecuniae datio quae fit pauperi, per se potest esse opus indifferens, vt docet Paulus 1.Corinth.13.vers.3. vel etiam malum, vt si pauperi dem, quem inescare cupio, vt hac liberalitate postea persuasus a me facilius iuguletur, vel laedatur, exemplum est Matth.6.vers.1.2. 3. eleemosynarum quae damnantur. Ergo non tam externum opus in istis rebus est opus illud quod bonum appellatur, quam fons, origo, finis et scopus ipse, vnde illae eleemosynae proficiscuntur: et ad quem tendunt. Quod idcirco notandum est, quia homines infideles et hypocritae haec opera externa longe potiora melioraque putant, quam veram in verum Deum fiduciam, carnis mortificationem, spiritus renouationem, quoniam speciem maiorem sanctitatis et humanitatis prae se ferre videantur. Bonum enim opus metiuntur ex eo quod est et apparens, et alteri vtile et commodum. Bona sunt quidem haec opera quatenus ex vera fide et charitate fiunt: et ad Dei gloriam et obsequium proximique aedificationem penitus referuntur.

Quod addit, faciles ad impertiendum, ostendit verissimam liberalitatis, quae in diuitibus esse de

[p.JUa.]

CAPVT VIS

bet, vim et naturam, quae in eo est, vt non tantū velint benefacere: sed reipsa benefaciant, quia dare possunt. Nam in iis, qui possunt praestare aliquid, vera charitas non

[p.2]

est in lingua, neque tantum in affectu ipso largiendi: sed in ipso opere et praestatione, quemadmodum Ioannes et Iacobus docent I. Ioan.3.vers.18. Iac.2.vers.15.16. Qui nihil habent, quod donent, propter rerum omnium inopiam, qua premuntur, in iis syncerus
 1700 bene faciendi et largiendi affectus et commiserationis plenus, est sane laudabilis, uti in Petro et Ioanne fuit Actor.3.vers.6.

Denique sequitur tertia virtus, cum Christianis omnibus, tum vero diuitibus imprimis consecranda et digna, Nempe comitas, communicabilitasque siue affabilitas. Hanc enim descripsit Paulus voce κοινωνικός. Haec benignitas nostra est velut condimentum et
 1705 lepos quidam: et omnis vitae nostrae commendatio, atque conuersationis iucunditas, quae alios homines ad nos allicit, fastumque omnem animi et superbiam deiicit, qua plurimum diuites laborant.

19 Recondentes sibiipsis fundamentum bonum in posterum, ut apprehendant aeternam vitam.

Αἰτιολογία est et commendatio vsus diuitiarum imprimis autem Beneficentiae, quae maxime, uti supra docuit, diuites decet. Est autem ducta haec siue ratio, siue commenda-
 1710 tio a fructu siue effecto. Nimirum, quod illa sit vitae aeternae consequendae certissimum testimonium, et tanquam arrhabo, et pignus quoddam a Dei spiritu im-

AD I. PAVL. AD TIM.

missum. Cur autem cum tria quaedam a diuitibus exegerit, in vna praesertim beneficentia commendanda immoretur, haec ratio est, quod cum natura sint homines et tenaces, et auari, difficillime ad exercendam munificentiam erga alios adducuntur, et de ea virtute
 1715 persuadentur, adeo ut facilius diuites, et fiduciam in Deum: et erga homines comitatem quandam simulent, quam beneficentiam, quoniam nisi opere ipso et eleemosynae praestatione appareat, solo ore, solaque animi compatiens et miserantis protestatione non potest fingi, aut cuiquam a diuitibus persuaderi. Quanto igitur maior tenacitas cum ditescendi, aut diuitias retinendi animo coniuncta est: tanto magis fuerunt ad liberali-
 1720 tatem et benignitatem diuites exhortandi. Itaque consulto et de industria in hac virtute praecipue commendanda et praedicanda insistit Paulus.

Vtitur autem ea dicendi ratione, ex qua non tantum optimum et praestantissimum beneficentiae praeconium auditur: sed aculeus quidam ad eam animis iniicitur etiam auarissimis, cum nempe ait, eos qui benefaciunt, thesaurum sibi recondere, eumque et
 1725 firmum, et bonum. Itaque accommodat Paulus suam orationem ad diuitum affectum, qui in eo toti sunt, ut thesaurizent sibi. Id quod eos facturos esse pronuntiat, et longe vberius, vtilius, certius, meliusque opes suas largiendo pauperibus quam opes congerendo. Nam et in vita aeterna thesaurizant stabilem aceruum. Itaque praeclara est haec Augustini sententia et obseruatio ex hoc loco in serm. de Verbo Euangel.5 Non enim quia dico, ut
 1730 facile tribuant, eos spoliari

[p.304.]

CAPVT VI

volo, non nudare illos volo, non inanes relinquere. Doceo lucrum, cum ostendo, ut thesaurizent sibi. Non dico, ut perdant, sed quo migrent ostendo. Haec Augustinus.

[p.5 09]

Ergo qui benefacit et largitur proximo, ille thesaurum coelestem sibi congerit, condit, et coaceruat, omni terreno et numanothelauo ionge praeicantiozem. Similis locus Luc 12.vers.33. Nam qui dat pauperi foeneratur Deo, vt ait Solomon.

Appellat autem has ex benignitate nostra erga alios comparatas opes thesaurum coelestem, itemque Fundamentum, et Bonum quidem. Fundamenti vox opponitur tum incertitudini, tum crialiritugnitui terrenarum opum. Sunt enim non tantum incertae: sed, etiamsi teneantur caducae, quia consumuntur, et ipso vsu pereunt. At coelestes opes neque auferri possunt, neque consumuntur vnquam.

Bonum autem appellat. Quae vox oponitur et terrenarum opum fallaciae, et miseriis, quas eadem opes pariunt in animis diuitum, tum vt quaerantur, tum vt conseruentur. Itaque non tam commoditas quaedam, quam incommoditas magna, nisi bene iis vtamur, in iis opibus inesse videtur. Vnde proprie non videntur appellendae Bona quaedam, sed impedimenta, et laqueus.

Quod addit seipsis et in posterum $\sigma\upsilon\alpha\iota\mu\upsilon\pi\acute{\alpha}\ \text{C}\alpha\iota\omicron\delta$ caret. Nam sua quaerunt diuites. Sibi autem, vt ait Paulus, has coelestes opes congerant. Itaque eo in benefaciendo largiendoque alacriores et promptiores esse debent. Cum autem ait, id in posterum, appariturum, omnem eorum cogitationem ab huius vitae, et status intuitu auertit, et

AD I. PAVL. AD TIM.

ad coelestem vitam traducit. Denique tollit adimitque omnem querimoniam, si fortasse conqueruntur et aegreferant se neque in hac vita, neque statim has coelestes opes et thesauros percipere. In futura enim vita promittuntur illis non in hac.

Denique ipsum pulcherrimum beneficentiae nostrae fructum exponit iam aperte, quem nenpe vocat apprehensionem vitae aeternae. In quo duo quaeruntur, Primum quomodo eleemosyna et liberalitas dicatur esse modus vitae aeternae consequendae. Res. Quia sunt hae virtutes et haec opera bona, verae fidei, veraeque charitatis in nobis inhabitantis certa testimonia, effecta et fructus 2. Pet.1.vers.10, Iacobus 2. Electionem enim nostram confirmant et ratam faciunt. Sunt igitur signa viae et itineris illius, per quod in coelum nos ituros esse Dominus pronuntiauit: non autem sunt haec opera causa vel pretium vitae aeternae, quoniam illa est gratuitum Dei donum, vt ait Paulus Romanor.6, vers.23.

Secundo loco quaeritur. Quomodo hoc sit conciliandum cum iis locis scripturae, vbi non ex operibus, sed ex fide nos saluos fieri dicimus Romanor.3.et 4.1.Pet.1.vers.9. Respond. Quod haec bona opera, quae sunt eleemosinae, neque hic constituentur, neque hic commemorantur tanquam causa ipsa vitae aeternae vel per sese, vel in nobis: sed tantum velut signa, testimonia, fundamenta ex quibus intelligimus nos ex eorum numero esse, quibus vita aeterna a Deo gratis promissa est: quatenus nimirum cum bona opera in vniuersum, tum haec imprimis sunt adoptionis no

CAPVT VI.

strae, et gratuita Dei de nobis electionis signa et consequentia, itemque fidei nostrae certissimi fructus, vt docet Iacobus 2. Per se enim Eleemosinae, quantumuis magnae non possunt esse pretium vitae aeternae, imo nullo modo vllius coram Deo, nisi in Christo,

[p.100.]

[p.]

sunt pretii. Sunt enim res nimium exiguae et nullo modo cum regno Dei comparandae, quin etiam extra Christum Deo displicent. In nobis autem esse salutis causae non possunt, quia futiquar eus qu'antum ad communis charitatis officium praestandum tenemur, facimus, vt male ex hoc loco Papistae merita operum confirmare conentur.

20 Timothee, depositum serua, et auersare profanos de rebus inanibus clamores et oppositiones falso nominatae scientiae.

Conclusio totius Epistolae, in qua quid maxime sit Pastori fidei et amanti Dei gloriae, gregisque sui aedificationis fugiendum inculcat. Non frustra id quidem, neque temere: sed quod hoc inanis metaeologiae vitium fore tanquam fontem omnis corruptelae, quae in vera Theologia postea inducta est, iam tunc praeuideret, atque praediceret Spiritus sanctus. Ergo et mature et serio huic malo prospici et cauere voluit. Atque haec causa est, cur hanc admonitionem repetat, quae sup.vers.5. et cap.1.vers.6. tam diligenter posita erat. Primum autem breuiter Timotheo, id est, cuilibet legitimo pastori suum munus commendat, atque ad illud strenue obeundum exhortatur, cum ait, serua depositum. vti Coloss.4.v. 17. Archippum quoque de suo officio breuiter

AD I. PAVL. AD TIM.

admonet. Facit enim cum nostra segnities, tum ipsius muneris onus et magnitudo, vt huiusmodi cohortationes etiam optimis quibusque sint necelariae, quando et pro seipso quoque a tota Ecclesia Deum orari voluit Paulus, vt recte suo munere fungere-
tur Ephes.6.v19. Depositi vero nomine quid hic Paulus significet quaesitum est. Alii referunt ad dona Timothei peculiaria. Alii ad doctrinam cognitionemque fidei, quae
omnium Christianorum communis est. Alii ad munus ipsum pastoris, quo tunc in Eccle-
sia Ephesina fungebatur ad tempus Timotheus. Ego vero cum hic in persona Timothei
omnium fidelium Ecclesiae pastorum conditionem pingi et describi putem, refero vo-
cem depositum ad ipsius, id est, pastorum munus. Quanquam enim fuit Euangelista
Timotheus: non autem vni alicui Ecclesiae addictus pastor, tamen Euangelistae munus
tunc in Ecclesia publicum munus fuit et Ecclesiasticum: et quo tempore haec scribebat
Paulus, Ephesi velut pastoris partes susceperat ad tempus Timotheus. Est igitur pastoris
munus Depositum, sed Dei depositum, non autem hominum, cui propterea illius depositi
ratio reddenda est. Quanquam autem hominum suffragio pastores eliguntur, eius tamen
electionis vis et autoritas a Deo ipso authore: non ab hominum voce pendet. Itaque
non tam homines, quam Deus ipse cuique pastori Ecclesiam, et gregem cui praesicatur
commendat, et velut depositum, quod repetiturus est, tradit seruandum ad tempus. Vnde
illa est eiusdem Pauli sententia Act. 20. versa8. Attendite igitur vos ipsos, et totum

CAPVT VE

gregem, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos, etc. Et Apocalyps.cap.1.v.2. et
Malac. 2. nomine Angelorum et Nuntiorum Dei appellantur Ecclesiae pastores. Ergo
huius depositi rationem reddent. Neque Domini sunt gregis sibi commissi, vt etiam
Petrus ait 1.Pet.5. sed Deus iple mus gregis Doinus est. v ti depositarius rei apud se
depositae Dominus non est: sed tantum est illius custos ad tempus.

Seruare autem est non modo gregem Domini non minuere, sed etiam augere. At que ita se gerere, vt se Dei donis indignos et spoliandos non praebeant, qui ea habent, quique
 1810 Ecclesiae praeficiuntur. Cùm enim Dei donis abutimur, aut ea Ipermime, ne que Minnue
 grorlam impendimus, tunc iis priuamur a Deo, ita quidem vt etiam auferantur ab eo, qui
 vel nihil vel pauca habet, quia quod habet talentum non conuertit in lucrum creditoris et
 Domini, a quo acceperat Matth.15.

Cur autem depositum sibi datum non seruent homines, duplex causa est, vel quod
 1815 doctrinae fideique puritas violatur et in haeresin vel mataeologiam conuertitur: vel quod
 turpis vitae exempla caeteris praebent, Deumque ipsi offendunt. Quo vtroque vitio
 carere debent, qui depositum et dona sibi a Deo collata habere, retinere et ferdate m
 idam iarttem cupiunt.

Atque vt depositum Dei a nobis seruandum est: ita illius corruptela fugienda atque
 1820 auersanda est. Ea autem est vniuersa mataeologia et quaestionum, oppositionum, con-
 tentionum et inanium speculationum plena disputatio, ostentatio, et scientia, quam falsam
 scientiam appellat Paulus, quae facit vt a vera fide illiusque doctrina lon

AD I. PAVL. AD TIM.

[p.P]

gissime aberramus, et diuertamus.

Ergo non taxat Paulus hoc loco apertas et manifestas haereses: sed quid minus,
 1825 nimirum, quaestiones tantum ipsas et disputationes, ex quibnulla aedificatio, nullaue
 pietatis accessio nobis fit: sed quae totae in curiosa et inani rerum cognitione et inuesti-
 gatione versantur. Quales sunt Scholasticorum hodie omnes scholae, et qualis omnis
 Theologia, quae ab illis appellatur. Pingit igitur graphice Paulus illud malum, quod iam
 regnat latissime in Papatu, vtinam etiam in nullis Euangelicis Ecclesiis. Istorum metho-
 1830 dum docet versari primùm in oppositionibus. Certe de quolibet fidei articulo in vtranque
 partem disputandum est in eorum scholis. Neque potest optimus et egregius doctor inter
 eos censeri, qui non sit Quod libetarius, et in vtranque partem, Academicorum more, de
 quolibet apice Theologico disputare paratus pro et contra, vt ipsi loquuntur, vt nihil sit
 apud eos tam certum, et deimirum, quod non in dubium reuocari possit contrariasque
 1835 rationes habeat.

Finem autem harum quaestionum et oppositionum docet esse vanam cognitionem et
 prorfus inutilem, imo vero etiam profanam, et in Deum ipsum tandem blasphemam.

Denique modum et rationem earundem quaestionum habendarum et tractandarum
 explicat quam docet esse clamorem. Id quod ipsa experientia docet. Inde fit vt eorum
 1840 alii sint Reales, alii Nominales, alii Scholastici Thomistae, et ita se in varias sectas et
 haereses quae nunquam tamen inter se placari poterunt, dissecent, atque

CAPVT VI.

[p.511]

ambitiosissime partiantur.

Neque tamen damnat Paulus omnes omnino συζητήσεις et quaestiones, quae de
 causis et modo salutis nostrae, fieri et agitari possunt: cùm ipse iubeat Episcopum esse
 1845 λεδάλικδν, id quod sine disputatione fieri non potest: et cùm Paulus ipse laudet Apollo,
 quod fuerit in Iudaeis refutandis acutus et solers Tit 1.vers.9. Actor.18. vers.27. Sed

eam demum tractandae fidei rationem improbat, ex qua nihil pietatis, nihil aedificationis, mim denque fonur emergie, aequae colligitur, quales sunt pene omnes Scholasticorum contentiosae, et operosae disputationes, quae in ipsorum scholis magna Monachorum corona habentur.

1850 Nec vero ignorauit Paulus quo potissimum fuco ilti homines le suarque illas inutiles disceptationes tegant, ac commendent, nimirum Scientiae, Sapientiae, Theologiae. Sed hunc fumum discutit, cū tam praeclaro nomine donari falso hanc cognitionem et studium respondeat.

1855 Falso enim nominatur γνσις, cū qui ea praediti sunt, semper querant, ad ipsam autem veritatis cognitionem nunquam perueniant, vt ait idem 2.Corinth.3.vers.7. Denique ista est profanatio verbi Dei, et euersio, non autem professio et intelligentia. Veteres, velut Augustinus, Ambrosius, Chrysostomus, Beda. et alii pro κενοφωνίας legunt per diphthongum κανοφωνίας, id est, Nouitates verborum. Et certe vtrunque vitium et
1860 vanitatis et nouitatis inter se coniunctum est et affine: atque Scholasticis vtrunque accidit, vt dum nubes et inania captant pro solida fidei doctrinanoua quoque et inaudita rerum vocabula, et pror

AD I. PAVL. AD TIM.

sus inepta et barbara excudant, qualia apud eos sunt pene infinita. Praeclare tamen Augustinus libus 15.contra Faustum cap.3. Non omnis nouitas est fugienda:non omnis
1865 vetustas appetenda. Nam et Christus nouumse praeceptum dare dixit, et οκούσιον Patres vocemvt ait Athanasius tunc temporis nouam aduersus Arrianos induxerunt ad nouo nompe morum ertos nigulandos. Sed istorum noua vocabulares ipsas obscurant, et plane inuoluunt.

[p.512]

21 Quam nonnulli prae se ferentes, circa fidem aberrarunt a scopo. Gratia sit tecum Amen.

A'τιολογία, confirmat enim superiorem sententiam ab effectu, ne frustra aut temere
1870 istam mataeologiam tam seure damnare videatur. Euentus enim ipse iam tempore Pauli docuit omnes huiusmodi inanes quaestiones et clamoris, et ineptae occupationis plenas verissimam esse doctrinae fidei pestem, et labem. Nam ex iis qui, eas funt consecrati, quidam a vera fide iam defecerant Quod si obiicitur. At nondum erat nata scholastica Theologia, quae demum fub Innocentio3. et post Alberti Magni tempora extare coepit,
1875 Thoma Aquinate nimirum multum eam promouente et commendante. Respond. Aliae quaestiones iam tempore Pauli pro vera et solida fidei doctrina inuehebantur tum a Iudaeis, tum ab haereticis, de quibus cap 1.et cap.4. et hoc ipso capite facta mentio est, quibus postea depulsis et explosis in earum locum scholastica et inanis Theologia, quae in Papistarum scholis viget, substituta

CAPVT VI.

1880 est. Itaque iam tunc Scholasticae Theologiae et Mathaeologis quos hic reprehendit Paulus semina iaciebantur. Talis quoque est iuris Canonici ars et scientia, quae et ipsa

[p.513]

quoque verissima est verae sacraeque l'heologiae, quae ex vno Dei verbo haurienda est, pernitens pestis et corruptela.

1885 Aruuie Puume precauonemee mus confirmationem ac velut suum de ea votum et sigillum cùm ait Amen.

1890 Gratia, de qua agit, est Dei gratia, quae etiam nostrae salutis causa est. Est enim ea, per quam a Deo in ipsius filiorum numerum adoptamur, illique per Christum placemus et reconciliamur. Subscriptio vero quae huic Epistolae addita est, tanquam haec Epistola Laodiceae scripta esset (que hic dicitur Metropolis Phrygiae Pacatianae) est falsa, vt
1895 verissime variis rationibus euincit D. Th. Beza. Etsi enim Phrygiae Pacatianae facta est mentio in 5. Synodi, quae est Constantinopolita. actis: tamen neque apud Plinium qui post obitum Pauli scripsit, istius Phrygiae Pacatianae facta mentio est: neque apud vllum veterem scriptorem. Deinde ex Epistola Pauli ad Coloss.cap.2. vers.1. quae postrema aetate Pauli ab eo scripta est, et ante hanc ipsam, apparet Paulum nunquam Laodiceam
1895 adiisse quae in Phrygia sita erat, et Colossis atque Hierapoli vicina vt ipse testatur. Laus Deo. FINIS